


Gesamtkatalog 6052


210 fols


Sign (iii) 4 a-38 r 8 28 AG

Factor (iv) 28 6.1 A 3.4 AG

Types 7







139
incarnatione ihesu xpi loqui incipiemus de qua dicit apostolus paulus verba in thema te posita. ubi tria mysteria erunt declaranda.

Primum dicitur charitatis.

Secundum tarditatis.

Tertium temporalitatis.

¶ De varijs opinionibus circa incarnationem xpi. si homo non peccasset.

Capitulum primum.

Primum mysterium declarandum dicitur charitatis. In quo deuote considerandum est quod ardentissima fuit erga nos charitas dei patris qui pro nobis peccatoribus filium suum carnem assumere et crucem fecit subire. Sed pro spirituali non quidem curioso ingenij nostri exercitio circa dubium illud aliquoties per insudabimus quo queri solet. An si non peccasset adam xps fuisset incarnatus. Et de hoc apud theologos peritissimos duplex extat opinio. Prima eorum qui tenet quod si nunquam adam lapsus esset adhuc deus homo factus fuisset. et ut dicit Bonaventura in iij. distin. i. Isti distinguunt de incarnatione. Nam cum incarnatio sit carnis assumptio. caro assumpta potest considerari dupliciter. aut quantum ad substantiam aut quantum ad defectum passibilitatis. si fiat sermo de ipsa quantum ad defectum passibilitatis et mortalitatis tunc si non peccasset homo et redimendus non esset xps mortalem carnem non assumpsisset. Si vero loquamur de incarnatione secundum quod dicit assumptionem humane nature simpliciter. id est sine defectibus et penalitatibus. sic volunt isti quod si nunquam peccasset homo. adhuc xps fuisset incarnatus. Assumunt autem huius opinionis confirmationem septem persuasivas rationes.

Prima dicitur hominis perfectio.

Secunda humane nature dispositio.

Tertia dei manifestatio.

Quarta humane nature exaltatio.

Quinta meriti comparatio.

Sexta matrimonij significatio.

Septima anime xpi nobilis conditio.

Prima ratio confirmans opinionem prefatam dicitur hominis perfectio. Incarnatio quippe facit ad hominis perfectionem. et per consequens ad perfectionem uniuersi in hoc quod completionem dat humano generi. Primo quantum ad illud quod respicit naturam. Secundo quantum ad illud quod respicit gratiam. Tertium quantum ad illud quod respicit gloriam. Primo quantum ad illud quod respicit

naturam. quod in incarnatione est consummatio modorum educendi hominem in esse. Quadruplex namque modus est educendi hominem in esse. Primum nec de viro nec de muliere sicut fuit adam. Secundus de viro sine muliere. sicut eua. Tertius de viro et muliere. sicut educimur omnes. Quartus de muliere sine viro. sicut eductus est xps. Sed hic quartus est in incarnatione. ergo si homo steterisset incarnatio fuisset. aut si non. tunc vnus modus productionis hominum deficeret. et sic vniversum perfectum non esset quod est maximum inconueniens. Dicit namque Augustinus in li. de libero arbitrio. quod vniversum hoc tantum perfectum quod nemo potest in eo imperfectum aliquid rationabiliter inuenire. nec rationabiliter aliquid addere. ¶ Secunda incarnatio facit ad perfectionem hominis quantum ad illud quod respicit gratiam. Nam xps est caput ecclesie non solum secundum diuinam naturam. sed etiam secundum humanam sicut dicit Augustinus super Iobem. Sed si homo non peccasset adhuc esset corpus ecclesie. aut ergo dei filius incarnaretur. aut corpus ecclesie remaneret accephalum sine capite. ¶ Tertio incarnatio facit ad perfectionem hominis quantum ad illud quod respicit gloriam. Ut enim inquit Augustinus li. de spiritu et anima. totum hominem assumpsit ut totum beatificaret. ut siue intus ingrederetur siue extra egrederetur parua inueniret. Sed homo debebat totus beatificari. et ita plene si non fuisset lapsus sicut postquam cecidit. Ergo si adhuc non peccasset xps fuisset incarnatus. ¶ Secunda ratio pro predicta opinione dicitur humane nature dispositio. Dicit enim glosa super illo verbo ad hebreos. Musque apprehendit angelos non angelice nature data est et dignitas ut ei persona diuina vniretur. Si ergo humane nature nihil datur frustra. Si non peccasset talis dignitas non remaneret vacua. sed adhuc vniretur cum diuina natura. ¶ Tertia ratio dicitur dei manifestatio. Nam ita decebat deum manifestare suam potentiam. sapientiam et bonitatem si homo steterisset sicut si lapsus esset. ergo si omnia ista facta sunt in opere incarnationis videtur quod incarnatio adhuc fuisset. et peccato hominis non interueniente. ¶ Quarta ratio est humane nature exaltatio. In incarnatione siquidem filij dei humana natura est plurimum exaltata. Si ergo deus incarnatus ex hoc quod humana natura peccat. videtur quod homo reportat commodum de malicia sua. quod non decet iustum

b 2



retributorem. Quinta ratio dicitur meriti comparatio. Tante utique nobilitatis et difficultatis est mereri et vendicare siue acquirere sibi infinitum bonum, sicut satisfacere pro offensa que est contra infinitum bonum. Si ergo homo non poterat satisfacere pro se de offensa qua offenderat deum, sic nec per se potest mereri habere deum, ergo sic opportunum fuit filium dei incarnari homine cadente ut pro homine satisfaceret, sic videtur quod opportunum fuit dei filium incarnari homine stante ut hoc mereri possit per eum. Sexta ratio dicitur matrimonij significatio. Si equidem homo lapsus non fuisset, nihilominus fuisset sacramentum matrimonij. Si vero sacramentum matrimonij in coniunctione sexuum dicit siue significat coniunctionem christi et ecclesie quantum ad naturarum unionem propter inseparabilitatem. Unde apostolus ad ephesios, v. ait. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in christo et in ecclesia, ergo si homo stetisset aut sacramentum matrimonij esset falsum signum, aut dei filius fuisset incarnatus. Septima ratio dicitur anime christi nobilis conditio. Si incarnatio facta est principaliter propter peccati expiationem sequeretur quod anima christi facta sit non principali intentione, sed quadam quasi occasione. Sed inconueniens est nobilissimam creaturam occasionaliter esse introductam, cum agens intendat principaliter opera nobiliora. Igitur videtur quod inconueniens sit dicere incarnationem factam esse propter hominis reparationem. Predictis itaque rationibus muniti affirmant plerique, quod si non peccasset Adam adhuc christus carnem assumere non refugisset. Sed aliorum secunda opinio est, quod si non fuisset peccatum hominis, neque fuisset aliquo pacto incarnatio subsequuta. Et isti quidem rationes pro alia parte siue opinione productas primo soluere et nihil illas valere contendunt. Deinde seipsum muniunt viriliter et defendunt tam rationibus catholicis quam auctoritatibus fidedignis. Dicunt ergo quod prima ratio debilissima est, quia dum dicitur quod deum conueniebat incarnari propter perfectionem vniuersi quodammodo deum intra perfectionem vniuersi concludit, et quandam necessitatem incarnationis imponit ei, quod contra mentem philosophi, qui, xi. Metaphysice ait, quod deus supra omnem ordinem vniuersi ponendus est, sicut non dicitur esse dux de exercitu sed supra exercitum. Et ad illud quod dicitur de

multiplici modo educendi hominem. Respondetur quod ille quartus modus educendi hominem non est de perfectione vniuersi, sed supra perfectionem. Ideo Jeremias, xxxi. ca. dicit. Nouum fecit dominus super terram semina circundabit virum, ex quo non sequitur, quod si homo stetisset quod talis modus producendi hominem esset, nec ex hoc sequitur quod vniuersum sua perfectione careret. Sicut etiam non potest argui imperfectio vniuersi quantum ad suscitationem mortui quam deus non fecisset si homo perstitisset. Posset etiam dici quod de illo modo productionis non potest argui veritas incarnationis, quia deus posset producere hominem de muliere absque viro qui tamen non esset deus. Ad aliud vero quod sequebatur in prefata ratione quod incarnatio facit ad perfectionem hominis quantum ad illud quod respicit gratiam ex quo christus est caput ecclesie secundum humanam naturam. Respondetur quod duplex est proprietas capitis. Una que attenditur secundum conformitatem ad membra. Alia que attenditur secundum gratuitam donorum influentiam. Ratione prime proprietatis christus est caput ecclesie in quantum homo. Ratione vero secunde caput est in quantum deus. Et hac ratione principaliter tenet rationem capitis. Ideo esto quod incarnatus non esset adhuc ecclesia capite non careret, quia sicut ecclesia angelorum habet caput deum, ita ecclesia hominum, quare non sequitur quod corpus ecclesie esset acephalum, quamuis non haberet caput secundum omnem proprietatem. De illo vero quod dicitur quod incarnatio facit ad perfectionem hominis quantum ad gloriam, respondetur quod illa non est ratio precipua incarnationis sed annexa principali, pro eo quod si nunquam deus incarnatus esset, homo glorificatione corporis sui et visione dei perfecte et totaliter beatus esset. Visio enim christi corporalis spectat non ad essentialis completionem beatitudinis sed ad quoddam accidentale gaudium. Nam gloria corporis et sensuum exteriorum erit per redundantiam delectationis venientis ab anima ex visione dei, ut dicit Augustinus in epistola ad dioscorum. Unde multum derogare videtur summo bono, qui dicit ipsum non sufficere absque bono creato sibi adiuncto ad hominem perfecte beatificandum. Secunda ratio soluitur, quia illa idoneitas et congruitas data humane nature ad incarnationem attenditur ex parte reparabilitatis hominis principaliter quamuis ratione dignitatis et aliarum conditionum aliquo modo attendatur. Ideo sicut homo non fuisset

reparatus si non cecidisset quis esset reparabilis sic deitati non esset vnitus quis eet vnibilis. Nec tñ frustra fuisset illa potentia quia multe sūt potentie z idoneitates que ad actuz non reducuntur z tñ frustra non sūt qz dignitati z nobilitati nature attestantur. Nec dicitur potentia frustra si non reducitur ad actuz sed tunc frustra est cum ad actum non reducitur. z tñ ad actum exigit eam reduci tempus z locus. ¶ Scda ratio frinola censetur ex eo qz deus sufficienter manifestauit suam potentiam sapientiā z bonitatem per opus creationis rerum distinctionis z ornatus. licet istam manifestauerit in opere incarnationis dum ppter hominis lapsum decuit xpm carnē assumere. ¶ Quarta adhuc ratō inficitur. qz licet per xpm incarnatum sit exaltata humana natura nō tñ segtur qz homo ex hoc reportet cōmodum de malicia sua. qz incarnatio nō fuit ex malicia hominis. sed ex sūma benignitate z sapientia dei. Quia enim sapientia dei vincit maliciam. Hinc est qz non patitur esse malum aliquod de quo non eliceat bonū z etiam maius bonū. Alioquin non perfecte maliciaz vinceret. Propterea contra preuaricationē ade qui totum genus humanū interfecit statuit rectitudinē scdi ade qui pro toto genere humano posset satisfacere. Et cuius obedientia mlto plus sibi placeret qz inobediētia ade potuit sibi displicere. Quare filium dei incarnari non fecit nostra malicia sed dei charitas nimia z misericordia. ¶ Quinta ratio nihil concludit qm non eodem mō se habent meritum vite eterne z satisfactio pro offensa. Mā ad meritū vite eterne sufficit complacentia ex parte merentis. ad hanc aut complacentiam sufficit diuina gratia. Et qz grām diuinā poterat homo habere per missionē spūs sc̄i z filij in mente absqz filij missione in carnē. Hinc est qz ad pfectionē meriti vite eterne nō oportuit incarnationē interuenire. Ad satisfaciendum aut nō solū requirit qz satisfactio placeat sed qz damnū recompensare valeat. z honorē deo sublatū restituat. Et ideo non tanta fuit necessitas incarnationis propter necessitatez merendi sicut propter necessitatē satisfaciendi. Et qz istud sit verum patet in angelis quorum natura non est vnita verbo z tñ meruerunt vitam eternā. Insuper esto qz tante difficultatis sit mereri vitam eternā sicut satisfacere pro offensa. tñ nō oportet qz propter hoc

necessaria sit incarnatio xpi pro eo qz spiritus sc̄tus ipse qui p charitatē mouet aiām dignācam facit gloria sempiterna. Sed ad satisfaciendū necessaria est incarnatio. qz ut aiunt omnes theologi. Cōgruentissimus modus satisfaciendi fuit per mortē z passionem xpi. sicut congruentissimus est ad merendū per charitatem z dilectionem. ¶ Sexta ratio ad hoc non potest militare qz matrimoniū duplicē habet significationē. significat enim coniunctionē dei ad ecclesiam fm charitatem. Et significat etiam coniunctionē naturaz in persone vnitate. dictāqz significationē habet fm statum nature lapse. primā vero habuisset si stetit homo. Et ideo non esset falsuz signū. sicut enī matrimoniū nunc est in officiu z in remediū tunc aut solam in officiu sic modo hz duplex significatum tunc vero vnū. ¶ Septima insuper ratio nō admittitur nec acceptatur qm deus ab eterno presciuit lapsum humani generis qd tñ fecit qz se reparaturuz cognouit. Et ideo principalis in intentione fuit reparatio lapsi qz conditō eius ad lapsum possibilis. Et propterea nō sequit qz aia xpi facta sit quadā occasione z nō principali intentione. H enim teneret si deus in conditōne generis humani non precognouisset hominis lapsū. Ex quibus oibus qui tenent qz non fuisset incarnatus xpus si non peccasset adam. asserunt qz opinio ista eoz magis deū honorat qz prima qz deū intra perfectionem vniuersi includit. hoc vero supra oēm ordinem vniuersi ponit illuz De quo vide Bonauentu. in scdo di. xv. q. iiii in littera. Insuper fortificatur eoz sententia tali ratione. Si deus assumpsit humanā naturam. Aut hoc fuit propter humanā dignitatem. Aut propter necessitatē. Si ppter dignitatem cum angelica natura sit dignior qz humana magis debuit assumpsisse angelicaz. Si propter necessitatē z necessitas indigentie non sit nisi propter peccatum. ergo videtur qz precipua ratio incarnationis fuit redemptio humani generis lapsi. Accedit ad hoc ad firmitore confirmationē qz oēs doctores famosi celeberrimi ita expresse tenent z loquunt. Vñ super illo verbo matthei. xviiij. ca. Venit fillus hominis querere z saluum facere quod perierat. Aug⁹ in li. de verbis apli sic dicit. Si hō non peccasset filius hominis nō venisset. Et iterū super illo dicto apli prime ad tbi. primo ca. Xps iesus venit in hunc mundum saluos

facere peccatores. Aug⁹ ait. Nulla causa fuit
veniēdi xpo dño nisi peccatores saluos facere
Tolle morbos tolle vulnera ⁊ nulla erit causa
medicīne. Et super illo verbo Matth. i. Ipse
enī saluū faciet populum suū a peccatis eorū
Augusti. refert. si homo nō peccasset virgo nō
peperisset. Et idem super isto verbo psalmi.
Infixus sum in limo profundi. vtinam mane
ret homo in eo quod deus fecit. Si maneret ī
eo quod deus fecit nō in limo infixus esset quē
deus genuit. Et iterum Augustinus sup illo
verbo Joan. xi. ca. Dñe ecce quem amas ifir
matur. Si peccatores dñs nō amaret ad terrā
de celo nō descendisset. Et ad idem est dictuz
Gregorij in hymno. Exultet iam angelica.
vbi ait. Mihil enim nobis nasci p̄fuit nisi re
dūmi profuisset. Et leo papa in sermone de na
tūitate inquit. Si homo ad imaginem ⁊ si
militudinem factus in suo honore mansisset
creator mūdi creatura nō fieret neq; sempiter
nus temporalitatem subiret. aut equalis deo
patri dei filius formaz serui assumeret. Et ne
vltorius defatigetur animi auditorum cum
vtraq; opinio stare possit. Ego dico q; si non
peccasset homo. quid fuisset. nobis reuelatum
nō est. Sufficere nobis debz q; xps factus est
homo vt peccatum generis humani deleret.
hic dirigenda est cōtemplatio nostra hoc pie
ad mentē reuocandū. Considerem⁹ ergo quā
ta fuit admiranda charitas dei patris qui p̄
prio filio suo nō pepercit sed pro nobis omni
bus tradidit illum. De hoc sic scribit iōan. iij.
c. Sic deus dilexit mūdum vt filium suū vni
genitū daret vt omnis qui credit in illum nō
pereat sed habeat vitam eternā. Quod hie
ronymus admirans in epistola ad damasum
papam inquit. Que maior potest esse clemen
tia q̄ vt dei filius. filius hominis. putaretur
decem mensū fastidia sustineret. partus ex
pectaret aduentum. per singulas adoleret eta
tes. ⁊ post contumelias vocū alapas ⁊ flagel
la crucisq; pro nobis fieret maledictū vt nos
a maledicto legis absolueret. Et Gregorius
reclamando sic patrem eternū alloquitur. O
inextimabilis dilectio charitatis. vt seruū re
dimeres filium tradidisti. Et merito quilibet
in stuporem verti debet cum audit deum car
ne vestitum passibili. ⁊ humiliatum vsq; ad
formam serui. non propter suam sed propter
nostram indigentiam vt nobis pereuntibus
ferret opem.

¶ Tempus incarnationis xpi merito dicitur
temp⁹ plenitudinis respectu dei. respectu an
geli. ⁊ respectu hominis. **Capitulum. ij.**

¶ Secundum mysterium declarandum de
incarnatione xpi dicitur tarditatis. In
quo fideliter confitemur xpm rationabiliter
distulisse tempus incarnatiōis vsq; ad sextaz
etatem mundi. Quare autem nō. ante volue
rit incarnari dixi in quodam sermone de an
nūciatione virginis. qui licet alibi sit notatus
tamen pro huius operis perfectiōe etiam in
hoc libro scribitur. Nunc vero aperiēdum est
cur tempus illud quo deus homo factus est
ab aplo tempus plenitudinis appellatur. Et
ad hoc rōdet dñs Bonauen. in. iij. di. i. in de
claratiōe littere q; sic dicitur. **¶** Primo respe
ctu dei. q; in incarnatiōe est facta plena parti
cipatio diuinitatis. Dñ ad coloces. ij. c. di
cit Apl's. In xpo habitat ois plenitudo diuī
nitatis corporaliter. **¶** Secdo dī tempus pleni
tudinis respectu angeli q; per xpm reparata
est angelorum ruina. Ideo dauid in ps. cix. ait
Iudicabit in nationibus implebit ruinas.
¶ Tertio dī tps plenitudinis respectu homi
nis. tum quia plene a culpa liberatur. tum q; q;
plene est de veritate necessaria edoctus. tum
quia plena gratia diffusa est in credentes. vñ
dicitur Joannis. i. ca. q; iōannes baptista te
stimonium perhibens de xpo ait. De plenu
dine eius accepimus omnes ⁊ gratiam pro
gratia. quia lex per moysen data est. gratia ⁊
veritas per iesu xpm facta est.

¶ Qualiter accipiendum sit medium tempo
ris in quo xps incarnatus est.

Capitulum. iij.

¶ Tertium mysterium declarandum de in
carnatione xpi dicitur temporalitatis:
Et in hoc inuestigādum est. An xps incarna
tus sit in medio tps. Et quidam arbitrantur
q; sic. ppter verba Abacuc prophete dicentis
ca. iij. Dñe audiui auditionem tuam ⁊ timui.
Dñe opus tuū in medio annorum viuifica il
lud. In medio annoz notū facies. Cum irat⁹
fueris mie recordaberis. Que verba vt dicit
in argumēto in Abacuc intelliguntur de xpo
Ex quibus id videtur affirmari. q; de⁹ homo
factus est in medio tps. At ⁊ alij cōtrarium
sentiūt tenentes q; xps in vltimis tpsibus visi
biliter deus ⁊ homo mundo apparuit. Nam
Aug⁹ super. iij. ca. iōanis inquit d xpo. Iter
ipsius est caro p nobis assumpta. Qui enim

ubi est quo it. nisi qz ad nos n veniret si for
 mam visibilis carnis no assumeret. Ideo fati
 gatus erit ab itinere. Quid est aliud qz fati
 gatus in carne. Quare ergo hora sexta. quia
 etate seculi sexta. Lõputa tanqz vnam horam
 vnam etate ab adam vsqz ad noe. Secundã
 a Moe vsqz ad abraham. Tertiam ab abrahã
 vsqz ad dauid. Quartã a dauid vsqz ad trãl
 migrationẽ babilonis. Quintã vsqz ad bap
 tismũ ioãnis. Sextã vsqz ad cõsumationẽ se
 culi. hec ille. Constat autẽ qz sexta etas in qua
 xps venit non est in medio temporis cum sit
 vltima. ergo magna restat in hoc perplexitas
 quam amouẽdam puto ne in dubio animus
 in cõtemptũ cadat scripturaz sanctaz. Et p
 prerea dicere possumus qz mediũ sumitur du
 pliciter. s. stricte z punctaliter pro eo tempore
 quod equaliter distat ab extremis. s. principio
 z fine temporis. Et accipitur large p eo. s. qd
 est inter illa extrema verba. itaqz Abacue me
 dium temporis designãt. Hoc mō scdo qz si
 stricte vellemus intelligere tũc nobis esset cer
 titudinaliter cognita hora iudicij qd in fine
 tpmũ z cõsumatione seculi fiet cõtra id quod
 saluator nr dixit Marci. xiiij. Et matth. xxiiij.
 ca. De die aut illa z hora nemo scit. Qd quod
 Aug. li. xviiij. de ci. dei. dicit. frustra ãnos q
 remanent huic seculo computare ac diffinire
 conamur. cum hoc no esse nr̃m ex ore veritatẽ
 audiuimus. Sufficiat igit nobis agnoscere qz
 incarnatus est xps inter principiu z finẽ tem
 poris qd est mediũ valde latum no at in extre
 mitatibus in principio. s. z fine. De ãnis Xo
 qui fluxerunt a principio mudi vsqz ad incar
 nationẽ xpi varia est opinio. Mas fm Bedã
 fuerũt ãni quicqz milia centũ nonagintanouẽ
 Alij vero cõputant ãnos tria milia nongen
 tos sexaginta. Mõ tñ propter hoc cuiqz durũ
 videri debet. cũ difficillimũ credam puncta li
 cere posse seruari memoriã ãnorum in rebus
 gestis. Debemus itaqz nos oi curiositate de
 posita redemptori nostro gratias quas pos
 sumus dicere. quia non expectamus amplius
 cum in carnem venturum qui iam venit z vi
 am fecit omnibus vt facile saluari possumus
 aperuitqz ianuam regni celozũ ad quod nos
 ipse perducatur qui vinit z regnat in secula se
 culozũ.
 ¶ Sermo quartus in quo tractatur de incar
 natione dñi nostri iesu xpi a cuius explicita fi
 de iam nullus excluditur.

In hoc apparuit cha

ritas dei in nobis qm filium suum
 vnigenitum misit deus in mundũ
 vt viuamus per eum Verba sunt Joannis
 prime sue canonice ca. iij. Refugit quozũdãz
 animus deum incarnatum audire qui blas
 femiam arbitrantur quod nos ad laudem cre
 atoris nostri accedere cõfitemur. Tunc qui
 dem illum benedicimus cum stabili fide credi
 mus cum pro nobis hoielem factus. Vt aut cõ
 fundant increduli z mens bonozũ in ipsa ve
 ritate letetur in hoc sermone de incarnatione
 iesu xpi benedicti verba faciemus. de qua lo
 cutus est ioãnes in verbis in themate positũ
 vbi tria mysteria occurrunt cõsideranda.
 Primum dicitur possibilitatis.
 Secundum necessitatis.
 Tertium credulitatis.
 ¶ Qualiter fuit possibile deum carnem assu
 mere. Capitulum. i.
 Primũ mysteriũ cõsiderandũ dicit pos
 sibilitatis in quo ostendemus qz deum
 incarnari fuit possibile. Et hoc fm Tho. iij.
 parte. q. i. triplici ratione
 Primo ratione omnipotentie.
 Secundo ratione excedentie.
 Tertio ratione convenientie.
 ¶ Primo ostendit impossibilitas incarnatõ
 nis ratione oipotentie. Nam cum deus sit oi
 potens potest omne illud quod nec contradi
 ctionem includit nec aliquem defectũ in deo
 ponit. iuxta verbũ angeli ad virginẽ beatissi
 mam Luce. i. dicentis. Non erit impossibile
 apud deum omne verbũ. Sed deũ humanam
 naturã assumere nec cõtradictionẽ includit.
 nec aliquẽ defectũ in deo ponit. qd patet. qz
 diuina natura vniri humane in vnitatẽ per
 sone no est aliud qz diuinã psonã que ab eter
 no fuit hypostasis respectu diuine nature cõ
 hypostasim respectu humane nature in tem
 pore. hoc at n dicit aliquã imperfectionẽ sed
 potius dignitatẽ z nobilitatẽ. Sicut enĩ cum
 deus sit bonus ab eterno in nullo fit deroga
 tio bonitati sue dũ est causa bonitatis creatu
 re in tpe. qzuis bonitas creata longe sit infe
 rior bonitate increata. Sic cũ persona filij dei
 sit hypostasis itelligibilis itellectualis z spũa
 lis z increata ab eterno. in nullo derogat ei si
 fit hypostasis rõalis nature create in tempe.
 Et quẽdmodũ deus de nõ creante fit creans

in actu absq; aliqua sui mutatione. sed solum
facta mutatione ex parte nature create. Sic
persona filij dei que n̄ erat hypostasis huma-
ne nature in actu absq; aliqua sui mutatione
vel innouatiōe facta est hypostasis ipsius so-
la mutatione facta ex parte assumpte nature.
Hinc leo papa in sermone ait. In vtraq; ei⁹
natura idem est dei filius. nostra suscipiens
& propria non amittens. in homine homines
renouans in se incōmutabilis perseuerans.
Deitas enim que illi cuz patre cōis est nullū
detrimentū omnipotētie subiit nec dei for-
mā serui forma violauit. qz sūma & sempiter-
na essentia que se ad humani generis inclina-
uit salutem. Nos quidē in suā gloriam trans-
tulit. sed qd̄ erat esse nō desijt. Secūdo osten-
ditur possibilitas incarnationis ratione exce-
dētie. vt enim inquit Hilari⁹. Plura potest
deus facere q̄ intellectus intelligere. Sed ho-
mo potest rationabiliter dicere & intelligere
deum incarnatuz. Tum propter sue potentie
sapientie & bonitatis eminentem manifestatō-
nem que facta est in humani generis assump-
tione. Tum propter operum diuinorū excel-
lentem cōsumationē que facta est cū vltimū
cōiunctū est primo. Tum propter pcti satisfā-
ctionem. ¶ Tertio ostenditur possibilitas in-
carnationis ratiōe cōueniētie. Nam eorū est
facilis vnio que ad inuicem similitudinē hnt
Sed homo creatus est ad imaginē & similitu-
dinē dei. ergo sibi vniri potuit humana natu-
ra in vnitatē persone. Sed ex ista rōe tria pos-
set quis querere. An humana natura sit ma-
gis assumptibilis a filio dei q̄ quelibet alia
natura. Et posset aliquis arguēdo probare q̄
nō. maxime ex duobus. Primo quia Aug⁹
in epistola ad volustianū inquit. In rebus mi-
rabiliter factis tota ratio facti est potētia fa-
cientis. Sed potentia dei facientis incarnatō-
nem que est opus maxime mirabile nō limita-
tur ad vnā naturā cū potentia dei sit infini-
ta. ergo natura humana n̄ est magis assumpti-
bilis a deo q̄ aliqua alia creatura. Scdo simi-
litudo est ratio faciēs ad incarnationis cōgrui-
tatē. sed in natura angelica inuenit̄ expressior
similitudo dei q̄ in humana. vt dicit Grego-
rius. xxxvij. li. moralū. & in omelia de centum
ouib⁹. ergo natura angelica magis erat vnibi-
lis q̄ humana. Ad hoc plene intelligendum
dicit Tho. in. iij. parte. q. iij. Qd̄ aliquid assum-
ptibile d̄ q̄si aptū sumi a diuina p̄sona q̄ qui

dem aptitudo nō potest intelligi fm potētia
passiua naturalē que nō se extēdit ad illud qd̄
transcendit vnio p̄sonalis creature ad deum.
Vñ relinquit q̄ assumptibile dicat̄ aliquid f̄z
cōgruentiā ad vnionē predictaz que attendit̄
fm duo in humana natura. s. fm eius digni-
tatem & fm eius necessitatē. Scdm dignitatē
qz humana natura inquantū est rationalis &
intellectualis nata est attingere aliquatū ipm
verbū per suam operationem cognoscendo &
amando ipm. Scdm necessitatez at̄ qz indige-
bat reparatione cū subiaceret originali pecca-
to. Nec duo at̄ soli humane nature cōueniūt
nam creature irrationali deest dignitas. ange-
lice vero necessitas. Cum ergo dicimus q̄ cre-
atura irrationalis non est assumptibilis. non
ita dicimus q̄ subtrahamus aliquid diuine
potentie. sed ad ostendendū cōditionē creatu-
re que ad hoc aptitudinē nō habet. de angelo
vero iam dictū est q̄ nō erat in eo necessitas
propter peccati angelici irremissibilitatem.
¶ Quinq; rationibus precipuis fuit neces-
sarium ex parte hominis xpm̄ incarnari.

Capitulum .ij.

Secundū mysteriū cōsiderandū de incar-
natiōe xpi d̄ necessitatis. Vbi queritur
an fuit necessariū xpm̄ incarnari. Et ad hoc
dicit sc̄tus Tho. iij. parte. q. i. q̄ necessitas ista
refer̄ ad hoīem p̄ xpm̄ incarnatū redimendū
Et fm hoc necessariū d̄ dupliciter. Vno mō-
sine quo nō potest quis cōsequi finē vt cibus
necessarius est ad vite sustentationē. Alio mō-
per qd̄ melius peruenitur in finē. vt equus est
necessarius etiam homini sano vt melius iter
perficiat. Nō fuit necessariū primo mō xpm̄
incarnari. qz deus cuius sapiētie nō est nume-
rus. nec est finis. potentie & virtutis eius. po-
tuisset suauolūtate & auctoritate hoī lapso suc-
currere. Fuit tñ scdo modo necessarium. quia
per xpm̄ incarnatū homo melius potest in fi-
nem suum peruenire. Et hoc multiplici ratōe
¶ Prima dicitur fidei roboratio.
¶ Secunda spei subleuatio.
¶ Tertia charitatis inflāmatio.
¶ Quarta vite exemplatio.
¶ Quinta hominis instructio.
¶ Prima ratio dicit̄ fidei roboratio. magis
quidem roboratur homo in fide ex eo q̄ ipsi
deo incarnato loquent̄ de mysterijs inuisibi-
libus credit. Vnde Augustinus libro. ix. de ci-
uitate. dei. Vt homo inquit fidentius ambus

laret ad veritatem ipsa veritas dei filius ho-
mine assumpto constituit atq; fundavit fides
¶ Motādū hic propter illud verbū hoīe assū-
pto. q; ephesina sinodus dicit q; persona non
assumpsit hominē. Ex quo scūs Tho. iij. pte.
q. viij. ait. *¶* Locutōes doctoꝝ qui dicūt xpm
assumpsisse hoīem nō sunt extendende tanq̄
proprie sed pie sunt exponēde. vt dicamus ho-
minē assumptū q; eius natura est assumpta.
Et quia assumptio terminata est ad hoc q; fi-
lius dei sit homo. ¶ Scda rō quare meli⁹ hō
saluatur per xpm incarnatū dicitur speci suble-
uatio. Subleuatur quippe spes nostra vt fu-
turam beatitudinē expectemus dū xps in sua
incarnatōe nobis ostendit quāta est erga nos
dilectio dei patris. ¶ Hinc Aug⁹ li. xiiij. d. trini.
inquit. Nihil tam necessarium fuit ad erigen-
dam spem nrām q̄ vt demonstraretur nobis
q̄tū diligeret nos deus. Quid vero huius rei
isto iudicio māifestius q̄ q; dei filius nostre
nature dignatus ē finire p̄sortiū. ¶ Tertia rō
dicitur charitatis inflāmatio. Quis nā tam
durus tam inhumanus tā ferreus sit qui deū
nō diligit a quo tantū se diligi cōspicit vt nō
nisi amore dignet̄ assumere formas serui. ¶ Iō
Aug⁹ li. de cathetizandis rudibus ait. Que
maior causa est aduentus dñi nisi vt ostende-
ret deus dilectionē suā in nobis. Et infra sub-
dit. Si amare pigebat saltem reamare nō pi-
geat. ¶ Quarta ratio dicitur vite exēplatio.
Habet nāq; hoīes xpm exemplar oīs virtutū
z bone beateq; vite. Et ideo Aug⁹ in quodā
sermone de natiuitate dicit. Homo n̄ erat se-
quendus qui videri poterat. Deus sequendus
erat qui videri nō poterat. vt ergo exhiberet̄
homini z qui ab hoīe videret̄ z quē homo se-
queretur deus factus est homo. ¶ Quinta rō
dicitur hoīs instructio. Instruitur enī vnus-
quisq; vt intelligat quāta sit hoīs dignitas.
ne illam coinquinet peccādo. ¶ Propterea Au-
g⁹ li. de vera religione inquit. Demōstrauit
nobis deus q̄ excelsū locū inter creaturas ha-
beat humana natura in hoc q; hominibus in
vero homine apparuit. Et leo papa in sermo-
ne de natiuitate sic sequitur. Agnosce o xpia-
ne dignitatē tuā z diuine consors factus na-
ture noli in veterē vilitatē de graui cōuersa-
tiōe redire. Non valet ergo quispiā recte se
cetero excusare. si ad paradisi delicias nō festi-
net. cū tot ac tāta preconia de vite eterne im-
marcessibili gloria vndiq; sonant.

¶ *¶* tpe isto oēs obligantur credere explicitē
mysteriū xpi incarnati. Capitulū. iij.
¶ Tertiu mysteriū cōsiderādū de incarna-
tiōe xpi dicitur credulitatis. In quo vi-
dēdū est. An credere mysteriū xpi sit de neces-
sitate apud oēs. Et ad hoc dicit scūs Tho. ij.
ij. q. ij. *¶* Via hoīs veniēdi ad iusticiā ē myste-
rium incarnatiōis z passiōis xpi. Dicitur enī
Actū. iij. ca. Nō est aliud nomē datum hoī-
bus in quo oporteat credētes saluos fieri. Et
Augustinus in li. de correptione z gratia in-
quit. Illa fides sana est qua credimus nullum
hoīem siue maioris siue parue etatis liberari
a contagione mortis z obligatione peccati
nisi per vnum mediatorē dei z hoīm iesuz
xpm. ¶oportuit ergo mysteriū incarnatiōis
christi aliquāter omni tempore esse creditū
apud oēs. diuersimode tñ fm diuersitatē tem-
porum z personaz. Mas añ statū peccati ho-
mo habuit explicitā fidē de xpi incarnatione
fm q; ordinabat̄ ad cōsumationem glorie. nō
aut̄ fm q; ordinabat̄ ad liberatōez a pctō per
passionē z resurrectionē q; homo nō fuit pre-
scius peccati futuri. videt̄ aut̄ incarnationis
xpi prescius fuisse. ex eo q; dixit. ppter hoc re-
linquet homo patrē z matrē z adheret̄ vro-
ri sue. vt dī Genesis. ij. ca. Ex hoc ap̄lus dicit
sacramentū magnū esse in xpo z in ecclia. qd̄
quidē sacramētū nō est credibile primū hoīez
ignorasse. Post peccatū aut̄ fuit explicitē cre-
ditū mysteriū xpi. nō solū q̄tū ad incarnatio-
nem. sed etiam q̄tū ad passionē z resurrectio-
nem quibus humanū genus a peccato libera-
tur. Qualiter z patres antiqui patriarche. s.
z prophete prefigurarūt xpi passionē quibus-
dam sacrificijs z añ legem z sub lege quozuz
quidē sacrificioꝝ significatū explicitē maio-
res cognoscebant. minores aut̄ sub velamine
illoꝝ sacrificioꝝ credentes ea diuinitus cē di-
spōsita. quasi de xpo venturo habebant fides
velatam. Post tempus at̄ gratie reuelate tā
maiores q̄ minores tenent h̄re fidē explicitā
de mysterijs xpi p̄cipue q̄tū ad ea que cōiter
in ecclesia sollēnizant̄ z pponunt̄. ¶ Sed con-
tra ista posset quis obijcere. ¶ Pr̄mo q; null⁹
tenet̄ credere qd̄ nō cognoscit. Sed hoīes nō
cognoscunt mysteriū incarnatiōis. q; iohes
baptista videt̄ illud ignorasse cū exns in carce-
re misit ad xpm discipulos dicens. Tu es qui
uenturus es añ aliū expectam⁹. Scdo q; dio-
nysius dicit in li. de celesti ierarchia. Multū

gentiliū salutem adepti sunt per mysterium
angeloz. et tñ isti nō habuerūt de xpō fidem
implicitā nec explicitā. His rñdetur ad pri-
mū q̄ iōānes n̄ ignorauit mysteria xpī incar-
nati qui dixerat iōānis. i. Ego vidi et testimo-
niū perhibui q̄ hic est filius dei. Vnde nō di-
cit. Tu es qui venisti. Sed tu es qui venturus
es. querens de futuro non de preterito. Simi-
liter nō est credendū q̄ ignorauerit eū ad pas-
sionē venturū q̄ dixerat. Ecce agnus dei et.
pronūcians eius imolationē futurā. Potest
ergo dici s̄m Gregoriū q̄ inquisiuit ignorās
an ad infernū in propria persona esset descen-
surus. Vel s̄m Ambrosiū nō quesitū ex dubi-
tatione siue ignorantia sed magis ex pietate.
Vel sicut Crisostomus dicit. n̄ quesitū quasi ipse
ignoraret sed vt per xp̄m satisficeret eius di-
scipulis. Ad quoz instructionē xp̄s rñdit si-
gna operum ostendēs. Ad dictum vero dio-
nyssij rñdet Tho. q̄ multis gentiliū fuit facta
reuelatio de xpō. vt patet de iob qui dixit. xix
ca. Scio q̄ redemptor meus viuit. Et idem d̄
Sibillis. Si qui tñ saluati fuerūt quibus reue-
latio nō fuit facta nō fuerūt saluati absq̄ fi-
de mediatoris. q̄ et si n̄ habuerūt fidem expli-
citam. habuere tñ fidē implicitam diuina pro-
uidentia credentes deū esse liberatores hoim
s̄m modos sibi placitos. et s̄m q̄ aliquibus ve-
ritatē cognoscētibus ipse reuelass̄. hec Tho.
Quare credere mysteriū xpī hoc tpe obligan-
tur oēs hoies mūdi. cum nullus iam de igno-
rantia nisi voluntaria excusare se possit. Ip̄m
quippe incarnandū predixerūt prophete. In-
carnatum vero post eius ascensionē in celuz
predicauerūt apostoli. quoz sonus exiuit in
omnē terram. Pro ipso insuper eiusq̄ nois
confessione tot milia viroz ac mulierum letā-
ter et libentissime martyriū violentāq̄ mortē
tulerūt. Fuerūt adhuc sapientissimi vtriusq̄
lingue grece. s. et latine eruditissimi doctores
qui tanta in laudē xpī scripserūt vt nullus eū
iam venisse ratiōabiliter dubitare possit. Ob
quod Maximus in sermone de martyribus
inquit. Non sine magno discrimine religio-
nis veritatem disputamus quam tantorum
sanguine cōfirmatam videmus. Magni pe-
riculi res est si post prophetarum oracula. p̄
ap̄torum testimonia. post martyruz vulnera
veterem fidem quasi nouellam discutere pre-
sumas. et post tam manifestos duces in erro-
re p̄maneat. hec ille. Credamus ergo in xp̄m

illumq̄ totis visceribus diligamus. vt sic me-
reamur fieri participes gratie sue p̄ quā tan-
dem ad vitam perueniamus eternā. Amen.
¶ Sermo quintus de incarnatione xpī in quo
cōfutantur errores illorum qui mundanam
sapientiam sectantes male sensere de xpō.

Ades uestra non sit

in sapientia hoim sed in virtute
dei. doctoris gentium verba sunt
ista originaliter. i. ad Corinthios
ca. ij. Propter vanam curiositatem hominū
qui se ingenio ac proprijs sensibus archana
dei comprehendere putant. exorte sunt opini-
ones multe false quidem et omnino spernēde
Nec siquidem mos est superboz vt de seipsis
presumentes cum dei magnalia virtute pro-
pria nō possint attingere in errorum foueas
dilabantur. Cum ergo audiūt in incarnatione
iesu xpī factam vnionē naturaz in persona
diuina. Et q̄ vnus idē qui erat ab eterno de-
ipse ex tempore verus erat homo statim a ve-
ritate discedūt. Contra quos in hoc sermone
de incarnatione xpī dicturi erimus sub titulo
de falsis erroribus circa xp̄m incarnatum. in
quibus heretici quidā sapientia mundana in-
flati ceciderūt. Nam et doctor gentium in ver-
bis propositis admonet cūctos fideles vt re-
iectis naturalibus ratiōibus que ortū hnt ab
humana sapientia credant simpliciter et pure
his que nobis virtus diuina reuelauit. Ob qd
cuitare debemus tres errores principales.
Primus error est circa verbum eternale.
Secundus circa animam rationalem.
Tertius circa naturam corporalem.
¶ De tribus opinionibus falsis circa verbum
eternale quas heretici maligni inuenerunt.

Capitulum. i.

Primus error circa xp̄m incarnatum ē
circa verbum eternale. in quo triplex opi-
nio falsa continetur.

Prima dicitur productionis.

Secunda conuersionis.

Tertia filiationis.

¶ Prima opinio falsa dicitur productionis
Cōfiteatur quidē fides catholica deū ab eter-
no verbum produxisse qd et deus est. At Eu-
nomius hereticus dicebat verbum nō ab eter-
no sed ex tpe productū. sequens quorundam
philosophoz opinionē. qui dicebant a deo ef-
fluxisse quandā mentē in qua esset oim rerū

forme quam vocabant paternus intellectum
Et hanc Avicenna super primo de celo et mun-
do dixit esse primam intelligentiam mouentes
primam celum. Sed ut sic loquentes reprobe-
mus. videndum prius est quid sit verbum in di-
uinis. Et ad hoc dicit Franciscus de marone
in quodam sermone. Verbum est secunda in tri-
nitate persona per modum nature et intellectus
producta. De hoc Augustinus. vi. de trinita-
te ait. Verbum solus filius accipitur. et eo di-
citur verbum quo filius. Et in. xv. li. de trinita-
te. Idem Augustinus inquit. Ipsa proprietatis persona-
lis filij diuersis nominibus significat. ad exprime-
dam diuersimode perfectionem eius ut osten-
datur patri equalis dicitur filius. ut ostendatur
patri per omnia similis dicitur imago. ut ostendatur
immaterialiter genitus dicitur verbum. Ad ha-
bendam autem aliqualem noticiam istius verbi ut
refert Bonaventura in. i. di. xxvij. considerare
debemus qualiter verbum reperitur in nobis. Nam
vox significatiua in nobis dicitur verbum. sed
tamen large et denominatiue in quantum significat
interiorem mentis conceptum. sicut vrina dicitur
sana in quantum est sanitatis indicatiua. Et ideo
proprie dicitur verbum id quod per vocem signi-
ficat. scilicet interior mentis conceptus. Unde Ari-
stoteles in. i. periermeniaz. Voces inquit sunt
note. id est signa earum que sunt in anima passionum
Et ideo conceptus mentis interior etiam si nu-
quam per vocem designaretur proprie dicitur verbum.
Hinc Augustinus. xv. de tri. ait. Quisquis potest in-
telligere verbum non solum antequam sonet. verum
etiam antequam sonorum eius imagines cogitatio-
ne innouantur. potest videre aliquam illius verbi si-
militudinem de quo dictum est. In principio
erat verbum. Aduertendum tamen quod duplex est nobis
conceptus mentis interior. Unus informis et
imperfectus. Alius formatus et perfectus. Cuius
ratio est quod cognitio nostra procedit de im-
perfecto ad perfectum. Et ideo de re primo habemus
conceptum confusum et imperfectum. ut dicitur in. i. phico-
rum. Et talis conceptus non dicitur proprie ver-
bum. sed cogitatio. procedendo autem peruenimus
ad habendum conceptum rei perfectum et determi-
natum quod a philosophis vocatur diffinitio a scitis
autem verbum. In deo ergo ponitur verbum non ad
similitudinem verbi large dicti quod est ipsa vox
significatiua vel conceptus rei imperfectus quod in deo
nihil est sensibile vel imperfectum. Et propter hoc vox
est significatiua que est sensibilis et ipsa cogitatio
que licet sic intelligat tamen imperfectionem

23
implicat non habent ibi locum. sed ibi ponitur ver-
bum in quantum importat conceptum rei perfectum.
Quia deus unico actu intelligendi seipsum
et omnia alia concipit perfecte. Ex quo patet dif-
ferentia verbi nostri ad verbum diuinum. quod verbum
nostrum in mente plurificatur. Quot enim sunt
ibi conceptus perfecti vel formati tot sunt ibi
verba. In deo autem est verbum unicum quod non
est ibi nisi unus conceptus perfectissimus. It-
erum verbum in nobis est accidens et quid tran-
siciens. quod non semper actu intelligimus. Sed in
deo idem est quod substantia diuina. Est et ver-
bum semper actu permanens et eternum. Et ut in-
quit Augustinus. nos frequenter cogitamus
que nescimus. et sic verbo nostro coniuncta est
fallacia frequenter que nolumus. et tunc iun-
cta est displicentia. que non possumus. tunc iun-
cta est impotentia. verbum autem diuinum est verissi-
simum placentissimum omnipotentissimum. Et de
illius eternitate loquitur Ioannes cum dicit in
principio sui euangelij. In principio erat ver-
bum. Augustinus. li. vi. de tri. in principio. ait sic di-
ctum est quasi diceret ante omnia. Non sciendum quod prin-
cipium in diuinis. aliquando est nomen essenziale et sic
conuenit toti trinitati. sic sumitur in ea. id est extra de-
um. tri. et fide ea. cum dicitur. Unum vniuersorum princi-
pium. Aliquando est nomen personale et quandoque signifi-
cat patrem qui est principium sine principio. sic
sumitur ab Augustino li. iij. de tri. ubi dicit. Pater
est principium totius deitatis. quandoque signifi-
cat filium qui est principium de principio. sicut
sumitur ab apostolo ad hebreos. i. Et tu in princi-
pio. id est in filio terram fundasti. Quandoque signifi-
cat patrem et filium qui sunt unum principium spiritus
sancti. Quandoque significat eternitatem. et sic accipi-
tur a iohanne. In principio. id est ab eterno. Hinc
Anastasius in suo simbolo ait. Eternus pater
eternus filius eternus spiritus sanctus. Et hilarius
in li. de tri. Inter gignere et gigni nullum cadit
medium. Magister vero sententiarum di. ix. primi li-
brat verbum esse eternum. Primo ex ratione sum-
pta a simili et est talis. Splendor est eiusdem du-
rationis cum igne et tamen est generatus ab igne. er-
go multo fortius cum filius sit splendor patris
quod ab ipso genere erit ei coeternus. Secundo
inducit Augustinus Augustinum qui ait. Filius dei
est virtus et sapientia ergo si non est eternus
aliquando fuit deus sine virtute et sine sapien-
tia quod est impossibile. Scotus vero et Bona-
uentura super prefata di. dicunt quod procedens est po-
sterius duratione eo a quo procedit triplici ratione.

Primo ratione limitationis potentie.

Secundo ratione modi producendi.

Tertio ratione libertatis.

¶ **Primo** ratione limitatōis potentie qm̄ pro
ducens non habet a principio sue durationis
potentiā p̄ductiuā p̄fectā. sicut homo a prin
cipio pueritie nō h̄z potentiā generandi p̄fe
ctam. Et iō eius filius necessario est posterior
eo duratōe. **¶** **Secdo** rōe mōi p̄ducēdi. Qm̄ ei
aliquid p̄ducit p̄ motū qui motus est in tpe
oportet q̄ p̄ductū sit posterius p̄ducēte du
ratione. qz p̄ductū h̄z primo esse in illo instan
ti in q̄ terminat ille motus. **¶** **Tertio** ratione
libertatis. Qm̄ aliquid p̄ducit libere et non de
necessitate nature. tunc productū est posteri⁹
p̄ducēte. qz tale agens p̄t expectare ad p̄du
cendū suū effectū. Sicut creare a deo cuius po
tentia est p̄fectissima et sine transmutatione et
motu. tñ creatura non est sibi coeterna qz ab
eterno p̄ducere noluit. Et si obstarēt quis q̄
sp̄s sanctus p̄ducit p̄ modū volūtatis. et tñ
est eternus. Dicit Riccardus in. i. di. x. qz cre
ature emanāt a deo p̄ modū volūtatis nō tñ
de necessitate. sed in diuersitate substantie.
Sp̄s aut̄ sc̄tus emanat a suo principio per
modū voluntatis de necessitate imutabilita
tis et in idempritate substantie. Redeamus
iam ad verbi eternitatem concludētes q̄ nul
lo mō potest poni in diuinis q̄ filius sit po
sterior patre. **¶** **Primo** qz nulla est ibi potentia
productiua imperfecta. potuit nanqz ab eter
no p̄r generare filiū. **¶** **Secdo** qz verbum nō pro
cedit p̄ motū et mutationē. **¶** **Tertio** qz filius p̄
cedit a patre de necessitate nature qz deus ne
cessario intelligit se. quare et filius patri est co
eternus. **¶** **Secunda** opinio falsa circa ver
bum eternale d̄r conuersionis. Quidā hereti
cus cui nomē Apollinaris. tenere presumpsit
q̄ verbum sit in carnē conuersū. propterea qz in
euāgelio d̄r. verbum caro factū est. Sicut aqua
conuersa est in vinū. de qua Iobis ca. ij. scri
bit̄ vt aut̄ gustauit architrīclīnus aquā vinū
factū. S; h̄ nō est simile. qz aqua potuit in vi
num conuerti. verbum aut̄ dei in carnē conuerti
impossibile est. Qd̄ sc̄tus Tho. in. iij. sūme cō
tra gentiles probat triplici ratione.

Primo ratione immutabilitatis.

Secundo ratione simplicitatis.

Tertio ratione incōmunicabilitatis.

¶ **Primo** ratiōe imutabilitatis. Est vtiqz de
imutabilis. Omne aut̄ qd̄ p̄uertit̄ in aliud mu

rat. Cū ergo verbum dei sit deus. impossibile ē
q̄ fuerit in carnē cōuersū. **¶** **Secdo** fuit ipossi
bile rōe simplicitatis. deus est sūme simplex
Si ergo verbum dei est in carnē cōuersū. oportet
q̄ totum verbum sit conuersū. qd̄ autē in
aliud conuertit̄ definit esse qd̄ erat. sicut aqua
in vinū cōuersa nō est amplius aqua. seque
retur ergo s̄m Apollinarē q̄ post incarnatōz
v̄bū dei n̄ erit. qd̄ est impiū et iniquissimū di
cere. **¶** **Tertio** est impossibile q̄ verbum dei cō
uertat̄ in carnē rōne incōmunicabilitatis. Forūm
enī q̄ non cōicant in materia et in genere vno
impossibile est fieri cōuersionem. Mā ex linea
non fit albedo qz sunt diuersoz generū. neqz
corpus elementare potest conuerti in aliquod
corpus celeste vel in aliquā corporeā substan
tiam et ecōtra qz nō cōueniūt in materia. ver
bum aut̄ dei cū sit deus nō cōicat in materia
nec in genere cum quocūqz alio eo q̄ deus ne
qz in genere est neqz materiā habet. ergo im
possibile est verbum in carnē fuisse conuersum
dic̄t̄ igit̄ caro factū propter illā indissolubile
vniōnē qua sibi copulauit humanā naturam
ita mirabiliter q̄ vnus et idem erat dei et vir
ginis filius nature diuine et humane proprie
tate salua. De hoc sic eleganter loquitur leo
papa in sermone Verbum dei. deus qui erat in
principio apud deū p̄ qd̄ facta sunt oia et sine
quo factū est nihil propter liberandū a morte
eterna hominē factus est homo. Ita se ad su
sceptionē nr̄e humilitatis sine diminutione
sue maiestatis inclinans vt manens qd̄ erat.
assumens quod non erat veram formam ser
ui forme in qua deo patri equalis est vniret.
Et tanto federe vtranqz naturā consecraret
vt inferiorem assumeret glorificatio nec supe
riorem minueret assumptio. Salua igit̄ vtri
usqz pp̄rietate substantie et in vnā coeunte p̄
sonā suscipit̄ a maiestate humilitas. a virtute
infirmitas. ab eternitate mortalitas. et ad de
ponendū conditionis nostre debitū natura
inviolabilis nature est infusa passibili. At et i
creduli instant perscrutari tante vniōnis mo
dum. et hoc aliquo exemplo suaderi sibi flagi
tant. Quibus ego respondeo q̄ in vanū labo
rant qui audire debent suauissima verba leo
nis pape iam nominati in sermone de natiui
tate dicētis. Excedit quidem dilectissimi mul
tumqz supereminet omnē humani eloquij fa
cultatem diuini operis magnitudo. Et inde
oritur difficultas fandī vnde adest ratio non

facendi. Quia in dño nro ihu xpo filio dei nõ
solũ ad diuinã sed ad humanã spectat natu-
ram quod dictũ est per prophetã. Generatio
nem eius quis enarrabit. vtrãq; eni substan-
tiã in vnã puenisse psonã nisi fides credit ser-
mo nõ explicat. Et ideo nõq; materia deficit
laudis. qz nõq; sufficit copia laudatorũ. Van-
deamus igit q ad eloquẽdũ tante materie sa-
cramentũ impares sumus. Et cũ salutis nre
altitudinẽ attingere nõ valemus. sentiamus
nobis bonum esse q vincimur. Memõ ad co-
gnitionẽ veritatis magis appropinquat qz
qui intelligit in rebus diuinis et si multũ pro-
ficiat semp sibi superesse qd querat. Nec ille.
Quare fideliter cõfitemur ita incarnatũ ver-
bum dei. ut ille q erat dei filius ab eterno eter-
no fm diuinã naturã. de virgine fm humanã
nasceret ex tempore. Et qui erat deus impas-
sibilis immortalis z gloriosus fm diuinitatem
passibilis esset mortalis z humilis fm huma-
nitatem. ¶ Tertia opinio falsa circa verbum
eternale dicit filiatõnis. Nam quidã heretici
ut paulus samosetanus. Eberintus z Ebion di-
xerunt q licet verbum caro factum sit tñ xps
nõ est dei filiõ per naturam sed p gram siue p
adoptionem cõtra quos dixi plene in sermõe
Tu es xpus filius dei vini. in quadragesimali
super. vi. fer. iij. ebdomade. in quadragesima.
ostendiq; q xpus est natus ex deo patre z ex
virgine matre fm veritatem nature.

¶ De tribus falsis opinionibus adinuentis
circa aiam xpi. Capitulum secundum.

Ecudus error a nobis vitandus de xpo
incarnato est circa animam rationalem
de qua triplex opinio falsa reperitur.

Prima dicitur negationis.

Secunda ignoracionis.

Tertia contagionis.

Prima opinio falsa circa aiam xpi dicitur ne-
gationis. Pleriq; nãq; heretici negauerunt
expresse xpm habuisse aiam rationalem dicen-
tes q loco aie fuit diuinitas eiõ. Sumpserũt
ãt occasionem erroris qz nescierũt intelligere
illud dictum Jobis. i. Verbum caro factum est
Ex quo arguebãt q denominatio fieri debet
a digniori. Cum ergo aia dignior sit corpore
si in xpo fuisset aia iohannes dixisset Verbum
aia nõ verbum caro factum est. Sed cõtra istos
dicit sanctus Tho. in quarto cõtra gentiles.
q deus forma corporis esse non potest. ppter
sumam simplicitatem suam z perfectionem.

84

qz ut dictum est in sermõe de deo nõ venit in
compositionem alicuius create nature neq;
ut principium formale. Insup subtracto eo qd
est de ratione hominis verus homo esse non
potest. Anima aut principaliter est de ratõne
hois qz est eius forma. ergo si xps aiaz nõ ha-
buit verus homo nõ fuit cõtra id qd Apulus
dicit. i. ad thimotheũ. ij. ca. Unus est media-
tor dei z hoim homo xps ihus. Ideo fides ca-
tholica predicat vba athanasij in suo symbo-
lo dicentis. perfectus deus pfectus homo ex
aia rationabili z humana carne subsistens. Ad
illud vero Jobis verbũ caro factum est. Rñdet
dñs Bonaventura in. iij. di. ij. q iohãnes lo-
quitur p sinecochen accipiendo ptem pro to-
to. hic vero modus loquendi frequenter inue-
nitur in scriptura. vñ Isaie. xl. Omnis caro
fenu. i. ois homo. Et Luce. iij. ca. Videbit ois
caro. i. ois homo salutare dei. Et math. xxiiij.
Misi breuiati fuissent dies illi nõ fieret salua
ois caro. i. ois homo. Et Genesis. vi. ca. Dis
quippe caro corruperat viã suã. z sic de alijs
Vnus est at iohes locutione per sinecochen.
qz natura assumpta notior est nobis ex parte
substantie corporalis qz spiritualis. Et cogni-
tio nostra incipit ab his que sunt magis nota
In assumptione igit carnis includitur assum-
ptio aie rationalis. qz si assumpsit carnẽ mltõ
magis aiaz. Ideo denominatio nõ semper fit
a digniori. sed et a notiori. ¶ Secũda opinio
falsa circa aiam xpi dicitur ignoracionis fuit
eorũ qui dixerũt xpm a principio assumpsisse
aiam sicut est aia nostra tanq; tabula rasa in
qua nihil est depictuz. Sed cõtra istos est ve-
ritas fidei que excludit a xpo omnẽ ignoran-
tiam. tum qz ut dicit mgr sniaruz in. iij. di. xv.
Non cõueniebat in xpo ignorantiam esse. qz
aia eius debuit esse plena luce sapientie z re-
ctitudine iusticie. Ignorantia at priuatio est
scientie. z potest esse via in errorem z obliqua-
tionẽ a rectitudine iusticie. tum qz nõ expedi-
ebat nobis xpm aiam cũ ignorantia habuisse
Venerat enim nos dirigere z docere qd face-
re nõ potuisset si fuisset ignorans. Vñ Ansel-
mus li. cur deus homo inquit. Quõ illi crede-
rent hoies si illum scirent nescientem. Igitur
ut dicũt oēs theologo sacri in. iij. di. xiiij. Aia
xpi ab instanti creationis lustrata fuit splen-
dore scientie. fm at Alexandrũ de ales in. iij.
sume. In xpo fuit multiplex modus sciendi.
Primus fm naturã diuinã. z ibi scia idẽ est

quod idipsum. Et iste modus fuit in filio dei ab eterno. Secundus modus est secundum gratiam unionis qui modus differt ab omni alio sciente incommunicabilis cuicumque alteri creature. Tertius secundum gratiam comprehensionis in quo concitant angeli beati et anime sancte. Quartus secundum naturam integram anime secundum quem habuit Adam sciam in statu innocentie. Quintus secundum penalem naturam assumptam. Sextus est quedam gratia data christo ad cognoscendum res secundum naturam et progressum temporis. Quantum ad primum modum sciendi similiter se habet christus ante incarnationem et post. Quantum ad secundum habuit cognitionem omnium eorum que pertinebant ad mysterium incarnationis passionis et redemptionis. Quantum ad tertium habuit cognitionem omnium eorum que pertinebant ad suam gloriam et suorum et eorum qui ordinantur ad illam. Quantum ad quartum modum habuit noticiam eorum que cognouit adam in statu innocentie. Quantum vero ad quintum didicit diuersas penalitates per experientiam in affectiuas quas tamen cognouit secundum alium modum. scilicet secundum gratiam cognitionis que data est sibi per gratiam unionis. Secundus modus cognitionis est ad cognoscendum per experientiam non ut prior qui fiat affectiue sed cognitiuue ex sensibus. Contra ista opponunt se plerique tenentes quod in christo non fuit alia scientia preter diuinam quod si per illam cognoscebat omnia superfluum fuisset quod esset in eo alia scientia. Tamen hi sic asserentes damnantur in. vi. si nodo. Ephesina. Et propterea dicit sanctus Thome in. iij. parte. q. ix. Quod filius dei humanam naturam integram assumpsit non solum corpus sed animam. Et ideo oportuit quod haberet sciam creatam propter anime perfectionem. Anima enim secundum se considerata est in potentia ad intelligibilia cognoscenda. quod est sicut tabula rasa. et tamen possibile est in ea scribi propter intellectum possibilem in quo est omnia fieri ut dicitur in. iij. de anima. Quod autem est in potentia est imperfectum nisi reducat ad actum. Non autem fuit conueniens quod filius dei humanam naturam imperfectam assumeret sed perfectam. utpote qua mediante totum humanum genus ad perfectum erat reducendum. Et ideo oportuit quod anima christi esset perfecta per aliquam scientiam que esset proprie perfectio eius. Alioquin esset imperfectior animabus aliorum hominum. Quod autem christus cognouit omnia per scientiam diuinam illud fuit operatio increata que est ipsa dei essentia. Dei enim intelligere est sua substantia ut probat Aristoteles. xij. me-

thaphy. unde huiusmodi actus non potuit esse anime christi cum sit alterius nature. Si ergo non fuisset in anima christi alia scientia preter diuinam nihil cognouisset et ita frustra fuisset assumpta anima humana cum omnis res sit propter suam operationem. Propter predicta dubitatur an anima christi comprehendat diuinam essentiam. Et posset argui quod sic. Primo quod Isidorus dicit. Trinitas sibi soli nota est et homini assumpto. Igitur homo assumptus comunicat cum sancta trinitate in illa notitia sui que sancte trinitati propria est. Huiusmodi autem est noticia comprehensionis. ergo anima christi comprehendit diuinam essentiam. Secundo magis est uniri deo secundum esse personale quam secundum visionem. Sed sicut dicit Damascenus in. iij. li. Tota diuinitas in unitate personarum est unita humane in christo multo ergo magis tota natura diuina. videtur ab anima christi. Et ita videtur quod anima christi comprehendat diuinam essentiam. Tertio illud quod conuenit filio dei per naturam uenit filio hominis per gratiam ut Augustinus dicit in primo de trinitate. Sed comprehendere diuinam essentiam uenit filio dei per naturam ergo filio hominis per gratiam. Respondet sanctus Thome. iij. parte. q. x. Quod sic facta est unio naturarum in persona christi quod tamen proprietates utriusque nature inconfusa permansit ita. scilicet quod increatum manserit increatum. et creatum manserit infra limites creature sicut Damascenus dicit li. ij. Est autem impossibile quod aliqua creatura comprehendat diuinam essentiam ut dicimus in sermone de gaudio beatorum eo quod infinitum non comprehendit a finito. Nam ut Augustinus dicit li. lxxiiij. q. Quod aliquis comprehendit finitum est sibi. Sed essentia diuina non est finita in comparatione ad animam christi cum in infinitum eam excedit. igitur anima christi non comprehendit diuinam essentiam. Ad primum autem obiectum dicitur quod homo assumptus comunicat diuine trinitati in sui cognitione non ratione comprehensionis sed ratione cuiusdam excellentissime cognitionis pre ceteris creaturis. Ad secundum vero respondet. Quod nec etiam in unione que est secundum esse personale natura humana comprehendit dei uerbum siue naturam diuinam que quousque tota unita fuerit humane nature in una persona filij non tamen fuit tota uirtus diuinitatis ab humana natura quasi circumscripita ut dicit Augustinus in epistola ad Volusianum. Ad tertium Non dicimus quod uerbum illud Augustini est intelligendum de gratia unionis sed quod omnia que dicuntur de filio dei secundum diuinam naturam dicitur de filio hominis propter identitatem

suppositi. Et sicut hoc vere potest dici quod filius hominis est comprehensor diuine essentie non quidem sicut animam sed sicut diuinam naturam per quem modum potest dici quod filius hominis est creator. hec Theophrastus. Licet itaque anima illa non comprehendat diuinam essentiam tamen nullam habuit ignorantiam. Quare nos non erramus preclarissimum duccem sequentes qui Jobis. viij. ca. dixit. Ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tenebris. Tertia opinio falsa circa christum incarnatum quantum ad eius animam dicitur contagionis hec inuoluit quorundam animos ita ut impie assererent christum habuisse animam peccatricem. Contra quos clamant et auctoritates sanctorum et rationes theologorum. Unde petrus prima sua epistola. ca. ij. ait. Peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius. Et Gregorius in. xij. moralium inquit. Nullus homo sine peccato est nisi ille qui in hunc mundum non venit ex peccato. Et Augustinus in expositione. psalmi. xxx. Christus omnes peccatores inuenit solus sine peccato venit. Et Augustinus in li. de nuptiis et concupiscentia. Desub peccato nascimur. et per unum solum qui sine peccato natus est liberamur. Et idem in Enchiridion. Per mediatorum qui solus sine peccato natus est reconciliari nos oportebat. Adagister vero sniarum in. iij. di. xij. et omnes theologici cum eo dicunt quod non solum christus non peccauit imo nec peccare potuit. quoniam ut inquit Hieronymus de media villa in suo. iij. et Anselmus libro cur deus homo. Christus peccare non potuit in quantum deus ut patet neque in quantum homo quod erat comprehensor non solum viator. Et sic angeli beati peccare nequeunt ita nec ipse potuit peccare est in quantum viator ex eo quod tantam habuit gratie plenitudinem quod equabat et implebat totam capacitatem anime sue. ideo non fuit passibilis ad contrariam priuationem que est per peccatum Et si obijceretur quia Damascenus dicit omnia que in nostra natura plantauit deus assumpsit verbum. Sed deus plantauit in nostra natura liberum arbitrium quo possemus esse vel boni vel mali pro libito ergo et christus habuit liberum arbitrium. ex consequenti potentiam peccandi. Respondet Alexander de alessandro in suo. iij. summe. quod potentia peccandi sumitur dupliciter. Nam aliquando pro potentia que peccat aliquando pro potentia ad peccandum disposita. Primum non fuit in christo potentia peccandi. quod fuit in eo liberum arbitrium quod est potentia que peccat. Sed non fuit in eo potentia peccandi ad peccandum. scilicet dispo-

sita. quod ut predictum est liberum arbitrium christi gratie plenitudine confirmatum deficere nunquam potuit. De tribus falsis opinionibus excogitatis circa substantiam corporis christi.

Capitulum tertium.

tertius error a nobis euitandus de christo incarnato est circa naturam corporalem De ipso quidem corpore ihesu benedicti tres falsas opiniones inuenimus.

Prima est manicheorum.

Secunda valentinianorum.

Tertia sarracenorum.

Prima opinio falsa et stultissima est manicheorum. Isti ut isidorus dicit li. viij. ethy. a quodam persa cui nomen erat manes. manichei sunt appellati. Ponentes duo principia omnem veritatem tam theologorum quam philosophorum. De christo vero asserunt eum assumpsisse corpus fantasticum et apparens. et quod ea que sicut hominem gessit. scilicet quod natus est. quod comedit. quod mortuus est et similia in veritate non fuerunt. sed in quadam apparitione. Et hec opinio bestialis totum incarnationis mysterium ad quandam fictionem deducit Contra quam opinionem est scriptura sancta. dicit enim Jobis primo ca. Verbum caro factus est. scilicet sicut existentiam non sicut apparentiam. Et apostolus ad Romanos primo ca. factus ex semine dauid sicut carnem. Et christus post resurrectionem dixit discipulis Luce ultimo ca. Palpate et videte quod spiritus carne et ossa non habet sicut me videtis habere. Sequeret insuper sicut istos deliros manicheos quod christus non vere redemit nos contra id quod scribitur Apocalipsis primo ca. Dilxit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et. v. ca. Redemisti nos domine deus in sanguine tuo. Sequeret ad hoc quod apostoli fuerunt testes resurrectionis christi mendaces de quibus dicit Actuum. iij. ca. Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis ihesu christi domini nostri. Sunt et alia multa que opinione manicheorum irrationabiliter ostendunt et stultam Contra quos non multum elaborandum puto cum facile sit eos fatuos cognoscere quod deum fallaces delusores et mendaces primo predicant. deinde apostolos omnes euangelistas et doctores mendacium testes accusant. Secunda opinio falsa de corpore ihesu benedicti fuit valentinianorum. Hi confitentur christum habuisse verum corpus tamen non terrenum. quod portauit illud de celo. et nihil de matre virgine accepit et per eam quasi per aquam ductum transiit. occasionem autem huius erroris

acceperunt ex quibusdā verbis sacre scripture male intellectis. videlicet. qz Johis. iij. ca. scribitur. Nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo filius hoīs qui est in celo. Et iohis vi. ca. xps dixit. Descendi de celo. que verba ipsi exponūt quasi xps corpus suūz de celo tulit. Sed talis error veritatē carnis excludit a xpo. qz caro vera nō formatur ex materia celesti sed ex elementis. Et xpus veram carnem assumpsit. Et beata virgo eius benignissima mater tenet fm veritatem nature ut dicem⁹ in sermōibus de laudibus ipsius virginis clementissime. Et mattheus describit genealogiam xpi fm eius temporalē natiuitatem. Ideo catholice dicim⁹ xpm sūpsisse corpus d̄ massa nobis cōformi. Quare autez hoc fecerit dicemus in sequentibus. ¶ Tertia opinio falsa d̄ corpore xpi fuit Sarracenoꝝ qui dicunt xpm assumpsisse naturā humanā sine penalitatib⁹ ita qz nunq̄ passus est famez neqz sitim neqz labores neqz dolores. contra id qd̄ scribitur. Isaie. liij. ca. Dolores nostros ipse portauit. Quibus declarādū est qz decuit xpm nostras cōmunes penalitates accipere fm dñm Bonauent. di. xv. tertij. maxime ppter tria. Primo propter fulcimentū nostre fragilitatis ut sic declaret qz fm veritatem assumpsit nr̄am naturā. z hec est ratio magistri sniarum in littera. Secdo propter precium nostre salutis. ut sic nos redimeret. Tertio propter exemplum vīrtutis z precipue humilitatis z patiētie. ut d̄r. xciiij. di. in. ca. dñs. Motandū tñ fm magistrum. Qz ex alia cā sunt penalitates in nobis z in xpo. In nobis sunt ex necessitate contracte. In xpo ex voluntate assumpte. Ad a Bonauentura sic declarat. Nos penalitates a parentibus trahimus propter legē ppagationis z legem cōcupiscentie que militat in istis mēbris. Nam passibilis generat passibilē. Et habens legem cōcupiscentie in mēbris generat filium subiectū concupiscentie ex reatu cuius cōcupiscentie insūt proli oēs penalitates. Et propterea dicuntur iste penalitates in nobis cōtracte quasi ex cōcursu duoz tracte videlicet ppagationis nature z corruptionis cōcupiscentie. In xpo autē secus est. Ipse enim neutro mō fuit propagatus. nec fm propagationem legis naturalis. nec fm corruptionē libidinis. Sed spūs sanctus adueniens in ipsam virginē fecundam carnem eius ab oī feditate corruptionis purificauit. passibilitatē tñ relit-

quit. Ex illa autē carne ipse filius dei edificauit sibi corpus immaculatum. z illud corpus vn̄uit sibi z anime rationali. que quidē imunitatem habuit a culpa z in se z in carne cōiuncta. Et sicut imunitatē habuit a reatu culpe. sic s̄z ordinem diuine iusticie imunitatē habere debuisse a debilitate miserie. Ergo in carne illa remansit penalitas. hoc fuit ex dispensatione ipsius assumptis cōcurrente simul acceptatione ipsius aie rationalis que in primo instanti sue creationis habuit vsum cognitōnis z placuit sibi tali corpori vn̄iri. ppter salutem humani generis. Et sic patet qz tales effectus in xpo fuerunt non necessitate generationis sed voluntate dispensationis voluntate diuina pueniente. sed voluntate creata concomitante. Dicimus autē ipsos fuisse auctoritate diuina non tanq̄z infligente de nouo. sed tanq̄z a relinquentē in acceptatione aie xpi cū in eius arbitrio esset. z potestate illos defect⁹ excluderet. hec Bonauent. Sngiamus ergo vanitatem hereticoꝝ attendentes ad verba leonis pape dicentis in quodā sermone. Cū ad intelligendū sacramentū natiuitatis xpi qui de matre virgine est ortus accedimus abijciatur procul terrenaz caligo ratiōnū z ab illuminata fidei oculo mūdane sapientie fumus abscedat. diuina est enim auctoritas cui credimus. diuina est enī doctrina quā sequimur. Et sic de xpo illa firmiter teneamus que sancti veritatis amatores nos docuerunt. ut sic mereamur consortio illoꝝ ascribi in hoc seculo dei gratiam cōsequētes z in futuro gloriam sempiternam. Amen.

¶ Sermo sextus de incarnatione xpi contra errores iudeoꝝ qui in xpm credere nolunt.

In propria uenit et

sui eū non receperunt. Scribunt hec vba Johis primo ca. ¶ Deconia incarnationis ihu xpi filij dei

multo tempore apud iudeoꝝ gentē fuerūt pclamata. Cum autē uenit plenitudo t̄pis deus homo factus ipsis iudeis ingratis visibiliter apparuit. Et sicut a postolus elegantissime dicit ad hebreos primo ca. Multipharie multisqz modis olim deus loquens patribus in prophetis. Nouissima in diebus istis locutus est nobis id ē iudeis in filio quē cōstituit heredē vniuersoꝝ p quē fecit z secula. A principio vero sui ortus vsqz ad gl̄iosā ascensionē

In celū missionēq; spūs sancti z predicationē
ap̄lorūz nihil omisit quo verius dei filius po-
tuisset cognosci. Verūtū popul⁹ ille dure cer-
uicis nō solū eū suscipere voluit messīā in le-
ge p̄missū. quinimo crudelissime p̄secutus est
vsq; quo affixus fuit patibulo crucis. Ceteris
aut nationibus in illum credentibus que vo-
ce z signis ap̄lorūm edocte omnē spurciam
ydolorūm reliquerunt. ipsi soli iudei xp̄m im-
pugnāt atq; blasphemāt. Et licet in multis q̄
volūt errant. Nihilomin⁹ in hoc sermone de
tribus erroribus eorū erim⁹ verba facturi qm̄
vt dicit ioānes in verbis p̄missis. In p̄pria
venit. q; in iudea nasci viuere cōuersari z mo-
ri elegit z sui quos peculiare cultores consti-
tuerat vnus dei veri z quibus leges dederat
tantisq; dotauerat b̄nificijs eū nō receperūt.
Qm̄ vsq; in presentem diem circa xp̄m incar-
narum errant maxime q̄tum ad tria.

Primo q̄tum ad diuinitatem.

Secundo q̄tum ad temporalitatem.

Tertio q̄tum ad passibilitatem.

¶ Ex testamentis duodecim patriarcharū
confunduntur iudei qui negant xp̄i diuinita-
tem. Capitulum. i.

¶ Primo errant iudei circa xp̄m incarna-
tum q̄tum ad diuinitatē dicūt enī q; n̄
fuit deus. Cōtra quos z si sufficiāt ea que di-
ximus in sermone de diuinitate xp̄i tñ ad eo-
rum p̄fusionē inducā aliqua dicta duodecim
patriarcharū qui de xp̄o venturo loquentes
ap̄ertissime diuinitatē eius expresserunt. De
his ita scribit Vincentius li. ij. speculi histo-
rialis. Extant testamenta duodecim patriar-
charū in quibus sunt pulcherrime de xp̄o p̄-
phetie quas nup̄ transtulit magister Rober-
tus grossum caput linconiensis Ep̄us. de gre-
co in latinū. hec ille. Ego vero ex ipsis testamē-
tis quedā extraxi que ad rem faciunt non oia
de verbo ad verbū notauī. ¶ Primū ergo di-
ctū est patriarche iude qui ait. Visitabit nos
dñs in misericordia z exurget homo de semī-
ne meo. hoc est germen dei altissimi. vt sol iu-
sticie ambulabit cum filijs hoīm in māsu-
dine z iusticia z omne pctm̄ nō inueniet in eo
Et aperient sup̄ ipsū celi ad effundendū spūs
sancti benedictionē. ¶ Scdm̄ dictū est patri-
arche Ruben. inquit sic. Quis noscet legem
dñi z sacrificia pro oī israel vsq; ad consuma-
tionem t̄p̄um p̄ncipis sacerdotū xp̄i quem
dñs qm̄ in eo elegit dñs regnare super omnes

populos z adorari semē ip̄sus qm̄ pro nobis
moriet in bellis visibilibus z inuisibilibus. z
erit in nobis rex seculorū. ¶ Tertium dictum
est patriarche Gad. Auferte odiū ab aīabus
vestris z diligite inuicem in rectitudine cor-
dis. dicite aut z vos filijs vestris vt honoret
iudam z leui qm̄ ex eis oriri faciet dñs salua-
tozem israel. ¶ Quartū dictum est a ser. Al-
tissimus visitabit terrā. z ipse veniens vt ho-
mo cum hoīb̄s manducans z bibens hic sal-
uabit israel z oēs gentes vir absconditus. di-
cite ergo filijs vestris vt nō discedant ab eo.
¶ Quintū dictū est Leui patriarche. Ecce filij
mei ostendi vobis tempora extrema qm̄ oīa
fient i israel. Et vos mādate filijs vestris vt
vniantur leui z iude. per iudam enim orietur
salus israel z in ipso benedicetur iacob. p̄ sce-
ptrum enim eius apparebit deus habitās i-
ter hoīes vt saluetur genus israel cui p̄grega-
bit iustos ex gentibus. ¶ Sextū est dictū pa-
triarche Dan. Dñs erit in medio israel z san-
ctus regnans super eos in humilitate z paup-
tate z qui credent in eum regnabunt in celis
in veritate. ¶ Septimū dictū est patriarche
Simeon. Dñs deus magn⁹ israel apparebit
in terra vt homo z saluabitur in ipso adam.
Tunc dabunt oēs spiritus erroris in cōculca-
tionez. z hoīes regnabunt super perniciosos
spiritus. Tunc resurgam in leticia z benedicā
altissimū in mirabilibus suis qm̄ deus corp⁹
assumens z comedens cum hominibus salua-
bit hoīes. ¶ Octauū est dictum patriarche
Leui. Cognoui o fili ex scriptura Enoch qm̄
in fine impie regetis in dñm manus imponē-
tes in oī malicia. Et confundentur in vobis
fratres vestri z in oībus gentibus eritis illu-
sio. ¶ Nonū est dictum patriarche Isachar.
Om̄nem agrestem feram seruituti subicie-
tis habentes vobiscum deum celi. Ambulate
cum hominibus in simplicitate cordis. ¶ De-
cimū est testimonium zabulon. Videbitis
deum in forma hominis qm̄ iam elegit dñs
nomen ei. Et rursum in malicia sermonū ve-
strozum ad iracundiam prouocabitis cum z
abiecti eritis vsq; ad tempus consumationis
¶ Undecimū dictum est patriarche Joseph
Vidi qm̄ ex iuda nata est virgo habens stolā
bissinam. Et ex ipsis pdijt agnus immaculat⁹
gr̄a dei saluās oēs gentes. regnū at eius eter-
num qd̄ nō peribit. ¶ Duodecimū est dictū
Beniamin. Adorabitis regē celorū q; in terra

apparebit in forma hoīs. Et quotq̄ credidere eū in terra cōgaudebūt ei. Ultra hec patriar chaz et pphetaz ac sibillaz testimonia diuinitas xp̄i sufficientissime demonstrata fuit q̄n sibi obediebant venti et mare. q̄n curabantur infirmi et ad vocē ipsius mortui suscitabant̄ propter que oīa ipse dicebat iudeis iōānis. x. ca. *Q̄pa que ego facio in noīe patris mei hec testimoniū phibent de me.* Hinc Gregorius in omelia de epiphania inquit. *Q̄ia elementa auctorem suū venisse testata sunt. vt enim de his quasi quodā vsu hūano loquer. deū hunc celi esse cognouerūt q̄ protinus stellam miserunt. Adare cognouit q̄ sub eius plantis se calcabile prebuit. Terra cognouit q̄ eo moriēte cōtremuit. Sol cognouit q̄ lucē sue radios abscondit. Sara et parietes agnouerūt q̄ tpe mortis eius scissa sunt. Infernus agnouit q̄ hos q̄s tenebat mortuos reddidit. Et tñ hūc quē oīa elementa insensibilia senserūt adhuc infidelium iudeoz corda deū esse minime cognouerūt. Et duriora saxis ad penitentiā scindi nolunt eūq̄ confiteri abnegant quē elemēta vt diximus signis aut scissionibus deū clamant. hec ille.*

Q̄ xp̄s iā venit quē iudei venisse negant et tps aduentus eius preterijt. Capitulum. ij.

Ecūdo errāt iudei circa xp̄m incarnatū q̄tū ad t̄p̄alitātē. nolunt quidē acceptare xp̄m venisse. sed illum dicūt venturū. Quibus veritatē aduentus xp̄i iam preteriti et cōpleti oñdere possumus maxime propter tria.

Primo propter iudaici regni defectionem. Secōdo propter imperij romani subiectionem. Tertio propter generalem confessionem.

Q̄ primo probamus xp̄m venisse pp̄ iudaici regni defectionē. Mā vt dicit Aug⁹ li. xvij. d. ciui. dei. ca. xlv. *Regnante herode alienigena natus est xp̄s. iā enī venerat plenitudo t̄p̄is si gnicata. pphetico spū p os patriarche iacob. vbi ait. Mō auferet̄ sceptrū de iuda et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est et ipse erit expectatio gentiū. Sed iudei dicūt q̄ hec auctoritas que ponit. Genesis. xlix. ca. loquit̄ de Nabuchodonosor rege babylonis qui missus est ex ordinatiōe diuina p̄ hierusale p̄ pctā populi vt habet. iij. regū. xxiiij. ca. Et extūc defecit regnū iudeoz q̄ cepit Sedechiā regē et eū excecavit. et filios eius occidit vt habet̄ ibidem. xxv. ca. nec postea aliquis de eius stirpe regnavit. Sed hoc patet esse falsū*

q̄ post captiuitatē babylonicā habuerūt duces et principes sicut p̄ de zorobabel hedsra Mleemia habuerunt et reges. Nam vt ponit Aug⁹ li. xvij. de ci. dei. Aristobolus assumpto diademate rex et pontifex fact⁹ est. Aristobolo successit Alexander et ipse rex et pontifex. p⁹ hūc vxor eius Alexandra regina iudeoz fuit cuius tpe mala sūt eos secuta grauiora. Māz filij hui⁹ alexandre Aristobolus et hircanus inter se de imperio dimicantes vires aduersus isracliticā gentē pronocauerūt romanas. Hircanus nanq̄ p̄ fratrem poposcit auxilium venitq̄ Pompeius preclarissimus princeps q̄ iudeā cū exercitu ingressus ciuitatē hierim cepit templū reseruit non deuotione suppli cis sed iure victoris. q̄ vt ipsemet testat̄ non colebat deū iudeoz. *Quā dixit vt scribit Lucanus. Cappadoces mea signa timent. Et dedita sacris Incerti iudea dei mollesq̄ sophene et c.* Et ad sancta sc̄toz quo nō nisi sumū pontificē intrare licebat nō vt venerator sed vt p̄phanator accessit cōfirmatoq̄ hircani pontificatu et subiugate gēti imposito custode. Antipatrem vinctū secū Aristobolus duxit. Et ex tunc iudei tributarij romanoz esse cēperunt fm Eutropiū li. vi. Deinde post paucos ānos herodē alienigenā habuerūt. De isto herode sic habet̄ in historia scholastica sup̄ Adachabeoz libris Eutropio recordante. *Hayus cassius vnus ex principalioribus in cōiuratione mortis cesaris occiso eo fugit in siria vbi pre ses fuerat colligens exercitū cōtra Augustū adolescentē et Marcū antoniū nepotes Julij cesaris. Ador herodes de galilea veniēs auri et bellatoz sibi duxit auxilia. Quapropter fauorē cassij meruit intantū q̄ ei promiserit ob tenta victoria iudeoz regnū. Herodes igif cum cassio ad bella profectus est. Sed duz in campis philippicis occubuit. Cassius octavianus Augustus Romā et Marcus antoni⁹ perrexit ad siria. Tunc herodes munerib⁹ placauit antoniū. qui herodes et fr̄es iudee tetrarchas fecit. *Q̄ perate post hoc antonio cū Augusto et Senatu idem herodes fuit coronat⁹ rex iudee. Deinde cōmisso prelio inter Marcū antoniū et Octavianū augustū herodes n̄ interfuit missus ab antonio cōtra regē arabū ad bñplacitū Leopatre. moliebat̄ enī morteoz oim regū orientaliū vt pro oibus ipsa regnaret. Dicto itaq̄ antonio cū octavian⁹ veniss⁹ Rhodū. herodes sibi occurrit deposito regio**

habitu dicens. Fateor me vtilē fuisse antonio
et fidelē qđ expertus fuisset si cū eo fuisset in
bello. Verū nec oīno defui frumēta et auxilia
mittens. Nec mō deessem si mihi acquiescēs
occidisset *Leopatrā* odij vestri fomitē. vna g̃
cū victo victus sū coronāq; cū fortuna depo-
sui. Ad te at̃ venio spes salutis de tua virtute
presumens. Ad hec cesar Saluus esto et nunc
certius regna meritus es vt regas plurimos
cū amicitia tanta fide tuearis. Cū aut̃ prope-
rauit Augustus in egyptū nō solū in prelijs
virtus herodis emicuit verūctiā in deserto
ita parauit necessaria vt nec aqua deesset nec
quicq; utensiliū adeo vt miraret̃ cesar. Dicit
de ipso *Josaphus*. xvij. antiquitatū libro. qđ ex
idumeaz gente paternū genus ex arabū No-
materni sanguinis originē duxit. Qui cōfir-
mato sibi regno in superbiaz erupit et iudeis
mala plurima intulit. Mā et pontifices nō iā
sū generis ordinē constituebat. sed ignobili-
bus quibuscunq; sacerdotia p̃mittebat. Sa-
crā et vestem pontificis sūmi obclusam signa-
culo retinuit non permitta vterius potesta-
te vsus eius destruxitq; libros quos habere
potuit. In quibus iudeoz nobilitas erat de-
scripta ne ipse ignobilis putaret̃. Dixim⁹ hec
oīa vt perfidi iudei narrata historie veritate
cognoscant xpm natū tpe annotato in p̃phe-
tia iacob patriarche. Et q̃uis ipsi multis cal-
liditatibus et falsis expositiōibus conent̃ illi⁹
p̃phetie verba puertere atq; corrūpere dicen-
tes. qđ nō sint dicta de xpo. Tū cōtra ipsos est
translatio caldaica qđ vbi hiero⁹ trāstulit do-
nec veniat qui mittendus est. Caldaicū habet
donec veniat messias. Et *Rabi iesu* exponēs
verba iacob dicit. Non veniet filius dauid. i.
messias donec extenderit se regnū neq; super
isrl. glo. *Rabi Salomonis* dicit. i. Romanū.
Exp̃giciscimini o iudei et nolite obdurare cor-
da ṽra. Confitemini venisse xpm et memores
estote qđ ab eius aduētū vsq; ad presentē diē
eo qđ impleta sūt oīa pdidistis oēm p̃teritā
dignitatē. Dicite queso mihi. vbi sunt illa stu-
penda miracula qđ opabat̃ virtus diuina aīq;
veniret messias a vobis desideratus. Vbi vo-
ces prophetaz. vbi victorie. i. inimicōz ṽroz
Vbi dignitas regia honorabilis et decora. disp̃
si estis p̃ orbē terraz cūctis gentibus abhoia-
biles facti. Quo pctō qua culpa irritastis deū
vt a mille quadringētis septuagintasex ānis
deseruerit vos quos fecerat antea populū

17

sibi peculiare nisi quia vnigenitū filiū suū
p̃ nobis incarnatū cōtempstis. Venit vti-
q; venit qui iam non amplius q̃ ad iudican-
dum venturus veracissime predicatur.

¶ Secundo probamus xpm venisse propter
imperij Romani subiectionē. Nullus vtiq;
sane mentis ambigit imperiū romanū fuisse
longe lateq; diffusum orbemq; terrarū sub-
egisse. Nihilomin⁹ subiecit sibi illud dñs ies⁹
xps cuius regni n̄ erit finis. Imperator quip-
pe romanoz subdit⁹ est vicario xpi a quo in-
stitui et destitui potest et ab ipso benedicatur et
coronatur. vt patet de maiortate et obe. in ca.
solite. et in clemētina romani pontifices de iu-
re iurā. Est at̃ imperator ille super oēs reges.
vij. q. i. ca. in apibus. et oēs nationes sub eo. xi.
q. i. §. hec si quis. Ipse est p̃nceps mūdi et dñs
ff. ad legē rodia. l. deprecatus. Et et iudei sūt
sub eo. C. de iudeis. l. iudei. et oēs puincie sub-
ijciunt̃ illi. lxij. di. ca. *Adrianus*. Et oīa sūt in
ptate imperatoris. di. viij. c. quo iure. Et. xxij.
q. viij. ca. *Conuenior*. Et si obijceret aliquis
dicta. Primo qđ imperator ex electione habz
ius in imperio et pōt administrare ante cōfir-
mationē pape vt p̃bat. xciij. di. ca. legimus. et
hoc dicit *Innocē.* et *Hosien.* extra de elec. in
ca. venerabilez. Secdo qđ xps soluit tributum
sicut habetur *Matth.* xvij. ca. Et. xxij. q. viij.
ca. tributū. Et. xi. q. i. ca. si tributum. Et iteruz
qđ xps dixit ioānis. xix. Regnū meū non ē de
hoc mūdo. ergo imperator nō subijcit pape qđ
vicem xpi gerit in terris. Rūdere possumus
ad primū qđ ius qđ habet imperator est qđ eli-
gitur ab illis quos papa et ecclesia instituit ele-
ctores. Nam illi qui eligunt impatorē a papa
hnt hoc ius eligendi vt in predicto ca. vena-
bilē. et in prefata clemētina Romani pontifi-
ces. Ad illud aut̃ qđ solutione tributū dicimus
sūm glosā in preallegato ca. si tributum qđ xps
fecit illud non ex debito sed ne scandalizaret
qđ aut̃ xps dixerit non esse de hoc mundo re-
gnū suū verum dixit qđ ante passionē cuz illa
verba protulit non venerat ministrari sed mi-
nistrare et hūilis in forma serui cū hoibus cō-
uersari. post passionē at̃ et resurrectionē dixit
discipulis *matth.* vltimo ca. Data ē mihi oīs
ptas in celo et in terra. Quare cū papa gerat
in terris vicē xpi superior est impatore oibus
qđ principibus terre. in qua re p̃scrutandū est
quāta fuerit virtus et potentia xpi qđ n̄ armis
et legionibus militum nō promissis bonorum

spalium urbem maximā imperiūq; romanū ad suū cultū attraxit. neq; alia causa tante no- uitate dari potest nisi patientia et miracula martyrum post predicationē apostolorū petri et pauli atq; ex post cōuersio miraculosa con- stantini. Nam imperiū vsq; ad eius tempora semper in urbe fuit. quia lepra liberatus ex de- uotione suscepti baptisimatis data libertate ecclesias edificandi tēpla deoꝝ claudi iussit. De quo sic scribit. xij. q. i. in ca. futurā. vir reli- giosissimus Constantinus primus. s. inter prin- cipes fidem veritatis patenter adeptus licen- tiam dedit per vniuersū orbem sub suo degen- tibus imperio nō solū fieri xpianos sed etiaz fabricandi ecclesias et predia cōstituit tribuen- da. Deniq; idem prefatus princeps donaria imensa cōtulit et fabricā templi prime sedis. i. lateranensis sūm glosam beati petri instituit adeo vt sedē imperialē relinqueret et beato pe- tro suisq; successoribus profuturam cōderet. hec ibi. Sic cōstantinus Bizantiū se cōtulit q̄ ciuitas cōdita fuit in trachia tpe tulij hosti- lij tertij regis romanoꝝ. quā ampliauit et suo noie appellauit cōstantinopolim. Ex quo di- eta est noua roma. vt p. 3. xi. di. decretorū. ca. sacrosca. ca. cōstantinopolitane. ca. renouātes ca. diffinimus. Meritoq; iudeis in hac parte deteriores negāt cōstantinū tā alte tāq; glō- sissime ecclesiā et pretē sedē sublimasse. Quos improbamus ex Lactantij snia in. l. diuina rum insti. sic ad constantinū loquentis. Hoc opus nūc nois tui auspicio inchoamus con- stantine impator marie qui primus Roma- noꝝ principū repudiatis erroribus maiesta- tem dei singularis ac veri et cognouisti et ho- norasti. Sed post istū cōstantinū fuerunt tot impatores vsq; ad tpa nra qui multis favori- bus multa reuerentia multaq; deuotōe xpm et suā ecclesiā sunt persecuti. Inter quos fuit ille Justinianus qui tanta edidit in honorem dñi iesu xpi et xpiane religionis augmentum. Sicut p. 3. in libro Leticis in cuius principio tractat de fide xpi tenēda. dicit nāq; C. de sū- ma trini. et fide ca. in. l. i. Lunctos populos q̄s clemētie nre regit imperiū in tali volumus re- ligione versari quā diuinū petꝝ apostolū tra- didisse Romanis religio vsq; adhuc ab ipso insinuata declarat. Et ne singla cōplectamur arguim⁹ iudeos. q̄ ille cui subijciendū erat imperiū romanoꝝ est xps. Sed iesu filio vir- ginis marie subest Imperiū romanoꝝ. ergo

ipse fuit xps. q̄ Imperiū romanoꝝ sub xpo deberet esse probat per id qd scribit Danielis ij. ca. vbi habetur. q̄ Nabuchodonosor vidit statuā magnā cuius caput ex auro optio erat pectus et brachia de argento. porro venter et femora ex cre. tibiē at ferrec. Et sequitur. Ab- scisus est de monte lapis sine manibus et per- cussit statuā in pedibus eius ferreis et fictili- bus et cōminuit eos. Per hanc statuam desi- gnantur quattuor regna magna sibi in orbe succedentia sūm q̄ Daniel diuinitus inspira- tus ibi exponit. Primum est regnū chaldeorū quod significatur per caput aureum. Secun- dum est regnū persarū quod significatur p ar- gentum. Tertium est regnum Brecorum seu alexandri quod significatur per es. Quartus est regnum Romanoꝝ quod significatur per ferrum. quod subiecit sibi oia regna mundi sicut ferrum domat oia metalla. Per lapidem autem abscisum de monte sine manibus de- signatur ipse xps siue regnū eius cui vt predi- citur subijciendū erat regnum romanoꝝ. ¶ Tertio probamus xpm venisse propter ge- neralem confessionē. omnes quidē nationes mundi xpm venisse affirmant. Iudei soli ob- stinato corde hoc acceptare nolunt qui facile cōfundi possunt preter ea que dicta sūt ex au- ctortate Aggei pphete ca. ij. vbi ait. Nolite timere quia hec dicit dñs exercituum. Adhuc vnū modicū est et ego mouebo celū et terraz et mare et aridā et mouebo oēs gentes et veniet desideratus cunctis gentibus et implebo do- mū istā glia. Et infra. Magna erit gloria do- mus istius nouissime plusq; prime. Scdm oēs expositores hebreorū iste desideratus est rex messias siue xps. Loquit ergo ppheta de glia domus dñi edificate a iudeis post reditum ca- ptiuitatis babilonice. ergo stāte illa domo ve- nit xps q̄ propheta dicit eā replendaz gloria desiderati cunctis gentibus ad eam. Domus at illa destructa est per Titū et Despasianum quadragesimosecūdo anno post passionē xpi Insup et in pallezata auctoritate dñi. Magna erit gloria domus istius nouissime magis q̄ prime. Constat q̄ loquebat ppheta de domo edificate p captiuitatē babilonicā vt dictū est. Ad cuius edificationem inducebat popu- lum et predixit gloriā eius futuram maiorē q̄ fuerit glorie domus edificate per Salomo- nem. Hoc autem nō potest intelligi propter maiores diuitias seu honores vel cultū diu-

num vel estructuras & ornamenta qz stat⁹ ppli illo tpe erat quasi nullus respectu illius stat⁹ qui fuit sub salomoc. Propter hoc dr in scdo hcsdre. **S**acerdotes qui viderant primam domum lachrymabant alijs exultantibus in dedicatione domus scde qz quasi nullius momenti erat respectu alterius. Quare non pot intelli gi maior gloria eius nisi p aduentu ipsius desiderati cunctis gentibus qui eaz glorificavit presentia sua qm in ea fuit a matre oblat⁹ fm qz predixerat Malachias ppheta. iij. ca. Statim veniet ad templu scdm suu dñator quem vos queritis & angelus testamenti quem vos vultis. Ipsam et domum honoravit qm ibi frequenter docuit & predicavit. Dicunt at aliqui iudei ad hoc. qz maior fuit gloria domus scde qz prime in annis qz plus duravit. Sed hoc non valet. qz licet veru sit qz pl⁹ durauerit h tñ no fuit ad eius gloria sed potius ignominiam qz pluribus tpiibus fuit cõculcata & dehonozata. **M**az Antiochus Epifanes posuit ibi abominandū ydolū & fecit ibi prostibula mulierū sicut patet in primo & in scdo libro machabeorum. **I**dez dicit Josaphus li. xiiij. antiquitatū. Similiter dom⁹ ipsa fuit prophanata quādo Pompeius cepit hierusalē vt diximus sup⁹ & quā ultimo p Titum fuit destructa. Ad hoc dicunt aliqui qz prima domus duravit plus qz scda qz plures anni fluxerunt a quarto anno salomonis in quo fundata est vsqz ad vndecimū annū Sedechie in quo destructa est qz fluxerunt anni quadringenti vigintiseptē fm qz potest cõputari per tpa regū intermediorū inspiciendo tertiu & quartū regum. perfecta at fuit vndecimo āno regis Salomonis & stetit perfecta quadringentis viginti tribus annis. Scda vero domus duravit fm cõputationez iudeoz quadringentis viginti annis. Quare gloria domus istius scde non aliter intelligi potest nisi vt est predictū qz xpi presentia fuit illustrata & decorata. Est insup contra iudeos perfidos ppheta Danielis ca. ix. Ipse quippe angelus gabriel ex voluntate dei reuelavit tps aduentus xpi dicēs. Septuaginte hebdomade abreniate sunt super populu tuū & sup vrbes sanctā tuā aut consumiēt preuaricatio & finez accipiet peccatū & deleat iniquitas & adducat iusticia sempiterna & impleat visio & ppheta & vngatur sanctus sanctorū. **A**d quoz verborum pleniorē habendā noticiā notandum fm Nicholaum de lira. **I**n sacra scriptura

vno modo accipit hebdomada p tpe septem annoz. Et sic sumit Leuitici. xxiiij. ca. vbi dr. **S**eptem hebdomade sūt accipiende a festo pasce que fuerunt quadragintanovem dies & in quinquagesimo die celebranduz est festum pentecostes. **A**lio mō accipit hebdomada p tpe septē annoz. Et sic loquit scriptura de hebdomada Leuitici. xxv. ca. vbi dr. **N**umerabitis septē hebdomadas annoz que faciūt quadragintanovē ānos & quinquagesimus ann⁹ immediate sequens dr iubilcus. nec inuenitur hebdomada accipi plurib⁹ modis. Non pot autem in dicta prophetia danielis accipi hebdomada primo mō qz fuisset cõpleta infra annum & dimidium. ergo per locum a diuisione oportet qz accipiatur p hebdomada annoz. Et in hoc oēs expositores conueniunt catholici et hebrei. Septuaginta vero hebdomade annoz faciunt annos quadringentos nonaginta quod tempus preterisse nullus dubitat. **Q**uanti ergo danieli angelus gabriel denunciavit liberationez populi a captiuitate babilonica & perfectā liberationē fiendam p xpm. **H**is oibus que iam retulim⁹ territi iudei ad impugnandū nos ad alia confugiunt. & dicunt qz xps non venit. Et hoc multipliciter probare conantur. Et primo adducūt Isaias. ij. ca. dicentem. **E**rit in nouissimis diebus preparatus mons dñi in vertice montiū & eleuabitur super colles. & fluent ad eum omnes gentes. Et infra **L**onstabunt gladios suos in vomeres & lanceas suas in falces. **N**ō leuabit gens contra gentem gladium. nec eribunt vltra ad prelium. **E**x istis verbis formant quadruplex argumentum. **P**rimum quia dicitur hic. **E**rit in nouissimis diebus. **J**esus nazarenus non fuit in nouissimis diebus qz post natiuitatem eius & mortē multa tempora fluxerunt ergo non fuit vere xpus cuius aduentus promittitur in nouissimis diebus. **S**ecunduz argumentū qz dicitur qz mons dñi erit in vertice montium. **M**ons ille est mons syon vbi fuit templū qui non est in aliquo eleuatus. nā vt dicunt aliqui doctores hebrei. dñs debet apportare montem **L**abor & montem synai & montem carmeli ad locum vbi est hierlm & super verticem istorum montium ponere montem syon. hoc autem nondum est adimpletuz ergo xps non venit. **T**ertium argumentuz quia in prefatis verbis dicitur fluent ad eum omnes gentes. Sed non omnes gentes credi

derunt in iesum nazarenū. ergo non fuit xps.
¶ Quartum argumentum. quia sequitur in
verbis premissis. Non leuabit gens contra
gentē rē. Sed post mortē iesu nazareni fue-
runt et in iudea bella atrocissima tempore titi
et vespasiani. ergo non fuit vere xps. ¶ Ad pri-
mū argumentū respondetur qd dies messie in
sacra scriptura dicuntur dies nouissimi tunc non
solum dies messie sed etiam aliqua tempora
ipsum precedentia vt patet Genesis. xlix. ca.
Vbi patriarcha iacob dixit filiis suis. Con-
gregamini vt annunciet que ventura sunt no-
bis in diebus nouissimis. Et ibi cōsequenter
annunciat non solū aduentū xpi. sed etiam mul-
ta que adimpleta sūt tpe regū israel et iudicū.
¶ Ad scōm dicendū. Qd eleuatio montis syon
non est intelligenda s̄m eleuationē localem sed
s̄m nobilitatē et extimationē prout etiam ex-
ponit Rabi salomon. Eleuatio ergo illa fuit
multitudo signorū et claritas miraculorū que
xps operatus est in monte syon. Vbi nanqz il-
luminauit cecum natū. ibi sanauit languidū
in probatica piscina. Vbi dem spūm sc̄m apo-
stolis dedit. ¶ Ad tertiū. Vbi dicimus qd ibi ē
distributio pro generibus singulorū non pro
singulis generum. Sicut dī omne aial fuit in
archa noe qz de singulis speciebus aialium fue-
runt ibi aliqua indiuidua. Similiter de oib⁹
generibus aliqui crediderunt xpo vt patet p
diffusionē fidei in toto orbe. Aliter potest di-
ci qd oēs in sacra scriptura intelligunt multi.
Vnde. ij. regū. vij. ca. Dixit absolon et omnes
viri israel. melius est filiū chusi rē. Certū est
enī qd n̄ erāt oēs filij israel ibi presentes sed
multi. sic est in proposito. ¶ Ad quartū r̄ndet
qd circa tpa xpi fuit pax diuturna sicut ostēdit
in sequenti sermone. Et vbi dī. Non leuabit
gens p̄ gentē gladiū rē. Aduertendū qd vltra
non importat pacis eternitatē sed diuturnita-
tē. Vñ. iij. regū. vi. ca. Vltra non venerunt la-
trones sirie in terrā israel. qd dī p̄ diuturni-
tatē non p̄ eternitatē. qz postea frequenter le-
gunt inuasisse terrā israel et depredasse. iij. re-
gū. xij. ¶ Scōdo iudei p̄ nos iducūt ad h̄ vba
Isaie ca. xi. dicentis. Egrediet virga de radice
iesse rē. vbi loquitur de aduentu messie s̄m oēs
Et sequit̄ ibidē. habitabit lup⁹ cū agno et par-
dus cū edo cubabit. Et sequit̄. Et delectabit̄
infans ab ubere super foramen aspidis. Et
in cauerna reguli qui ablactatus fuerit manū
suā mittet. Dicūt iudei qd in aduentu xpi aia-

lia siluestria sic deberēt domesticari et pacifi-
ce habitabunt cū aialibus naturaliter mā sue-
tis. Et qd aialia venenosa non nocent boib⁹
vel puer⁹ imo infātes secure ludēt cū eis. Et h̄
non est impletū ergo xps non venit. R̄ndet qd
ista est locutio metaphorica. et noiantur ibi ho-
mines nomibus aialium. Sicut genesis. xlix.
Bengiamin lupus rapax. Et dan sicut colu-
ber in via. Sic ad propositū est dicendū qd iu-
dei et gentiles qd erāt prius adinuicē nociui et
odiosi pacifice simul habitauerūt p̄uersi ad fi-
dem xpi. Vñ scribit̄ actū. iij. ca. Adulteritū
nis credentiū erat cor vnū et aia vna. Et eodē
mō dicendū est de pueris et aialibus veneno-
sis qd simplices et puri non ledunt ab eis qui
ante cōuersionē ad fidē xpi erant veneno infi-
delitatis et pfidie repleti. Qd aut talis modus
loquendi sit in predicto ca. p̄ p̄ id qd ibi pre-
mittit qd stirpē vocat radicē iesse et xpm florē
Similiter metaphorica est locutio. Erit iusti-
cia cingulū lumborū eius. ¶ Tertio iudei ar-
guūt p̄ nos. qz zacharie. vi. ca. scribit̄. Ecce vir
oriens nomē eius. vbi translatio chaldaica h̄
messias nomen eius. Et sequit̄ textus. et edifi-
cabit templū dño. Sed iesus nazareus non
edificauit aliqd templū dño ergo non fuit xps
R̄ndet qd edificauit templū de lapidibus vi-
uis et spūalibus videlicet de ipsis fidelibus. et
talis edificatio conueniebat xpo que est per-
fectissima qz regnū eius est spūale. et sic eius
templū. Rabi tñ salomon dicit qd hec aucto-
ritas intelligit̄ de templo scōdo edificato p̄ so-
robabel. Ego vbi dico qd et si intelligat̄ de xpo
adhuc litteralit̄ est impleta qz xpi virtute edi-
ficata sūt in honorē dei non vnū sed tot vbiqz
terrarū et potissimū in vrbe roma templa miri-
fica. Et non est incōueniens qd aliqui ponat̄ sin-
gularis nūer⁹ p̄ plurali et cōuerso. ¶ Quar-
to opponūt se nobis iudei allegantes illud qd
habet̄ deuterono. xxx. ca. Si ad cardies celi fu-
eris dissipatus inde retrahet te dñs deus tu⁹
et assumet atqz introducet in terram quā pos-
sederunt patres tui. Ex hoc ipsi inferunt. Quā-
simus dispersi per totum mundum et non cō-
gregati sequitur qd non venit xps. Dicendum
qd istud fuit adimpletū in reductiōe eorū de
captiuitate babilonica. Sed contra hoc obj-
ciunt per illud qd habet̄ Ezechielis. xxxix. ca.
Scient qd ego dñs illorum eo qd transtulerim
eos in nationes et congregauerim eos super
terrā et non dereliquerim quenqz ex eis. ibi in

capit
no. c
illud
cti q
mo
gene
ra re
com
lus
ante
¶ S
Jere
et ful
tur
salu
Sec
ficut
xps.
filij
xpm
lam
filij
cepe
corp
clifi
hier
fidei
rent
ratu
sunt
xto
qd h
ne m
hois
naz
Ad
plic
¶ S
de s
Jue
exce
fin
aliqu
ta v
sibi
stit
refu
hoc
Ali
loq

captiuitate babilonica multi remanserunt et
non oēs reuerſi. Rūdetur q̄ tunc fuit impletum
illud qd̄ dictum est qz nulli fuerunt ibi dereli-
cti qui uoluissent reuerſi. Nam cirus qui erat
monarcha in oibus illis regnis dedit licentiā
generaliter oibus redeundi imo dedit mune-
ra reuertentibus. ut patet herodre. i. ca. Et ideo
completū est uerbū moysi et Ezechielis qz nul-
lus derelictus est ibi qui uoluit reuerſi. Qui
autem noluerunt indigni fuerunt bñficio dei
¶ Quinto iudei obijciūt p̄ illud qd̄ habetur
Jeremie. xxij. ca. Ecce dies ueniūt dicit dñs
et suscitabo dauid germen iustum qd̄ intelli-
gitur de xp̄o. Et sequitur ibidez. In diebus illis
saluabitur iuda et israel habitabit confidenti.
Sed nunq̄ tot miserie acciderunt filiis isrl̄
sicut post mortez iesu nazareni ergo non fuit
xp̄s. Rūdetur q̄ proprie loquendo nō erant
filij israel et iuda. qz erant auersi a deo ex eo q̄
xp̄m negauerant et occiderant propter qd̄ et il-
lam miseriā meruerunt. Alij at̄ qui uere crāt
filij israel et iuda uere saluati sunt. qz xp̄m re-
ceperunt nec solū saluati sunt spūaliter sed et
corporaliter. Nam sicut dicitur in historia ec-
clesiastica. Imminente destructione ciuitatis
hierosolomytane facta p̄ ritum amoniti sunt
fideles qui erant in iudea p̄ angelū ut transi-
rent in regnū regis agrippe qui erat confede-
ratus romanis. Et etiam illi qui de regno xp̄i
sunt habitant confidenter in paradiso. ¶ Se-
xto iudei dicunt q̄ xp̄s nō uenit p̄pter illud
qd̄ habet danielis. iij. ca. Aspiciebā in uisio-
ne noctis et ecce cum nubibus celi quasi filius
hois ueniebat. hoc intelligit de xp̄o. Sed iesus
nazarenus nō uenit in nubibus celi q̄ nō fuit xp̄s.
Ad hoc dicendū q̄ scriptura loquitur de du-
plici aduentu xp̄i. s. in mundū et ad iudicium.
Primus aduentus describitur euz humilitate.
Secūds at̄ cū excellētia et p̄tate. Daniel at̄ loq̄r
de secūdo aduētū. Qd̄ patet qz paulopost dicit.
Iudiciū sedit et libri aperti sunt. Iudei autez
excecati nesciunt hunc duplicem aduentū di-
stinguere. et ideo multa erronea dicunt. nam
aliqui expectant xp̄m in aduentu suo in tan-
ta uirtute apparere et potestate q̄ oia terrena
sibi subijciat et eos liberabit et regnū eoz re-
stituet. propter qd̄ etiam xp̄i discipuli post ei⁹
resurrectionem querebant. dñe si in tempore
hoc restitues regnū israel. Actuum. i. capit.
Alij autem propter scripturas que manifeste
loquuntur de xp̄i humanitate et passione. et p̄-

pter illas que loquuntur de eius eminentia et
potestate expectāt duos messias. Unum qui
erat occidendus. Et alium qui illum resuscit-
abit et regnū israel restaurabit. Sed hoc d̄
scripturis non habet auctoritatem. licet enim
plures dicti sint messie siue vncti quod idem
est. ut dauid et saul et quidam alij nullus tñ in
scriptura dicitur uenturus ad salutem popu-
li nisi vnus. ¶ Septimo iudei arguūt q̄ xp̄s
non uenit propter illud quod scribitur Isae.
xxx. ca. Erit lux lune sicut lux solis et lux solis
septēpliciter. que uerba dicunt q̄ in aduentu
xp̄i debeat fieri immutatio corporū celestium
Sed talis immutatio non fuit facta in aduē-
tu nazareni. ergo christus nōdū uenit. Dicu-
dum q̄ illa uerba loquuntur de aduentu chri-
sti ad iudicium. Tunc enim mutabūtur et in-
nouabūtur quodāmodo corpora celestia. Et
tunc sanabitur uulnus populi et percussura
plage eius ut d̄r in textu. qz tūc destructa mor-
talitas per peccatum primoz parentuz indu-
cta qz oēs hoies resurgent ad uitam immortalē
¶ Octauo impugnant nos iudei ex dicto da-
uid in ps̄. lxxxvij. ubi habet. Sic ponā in se-
culum seculi semen eius. Sed iesus nazarenus
non habuit filios ergo nō fuit christus. Rū-
dendū q̄ habuit filios spūales per fidem non
per carnalem propagationem que semper ha-
bet turpitudinē iunctā. Et talis filiatio spiri-
tualis cōpetit ei. De tali etiam spiritali fili-
atione loquitur dauid in ps̄. lxxxi. Ego dixi di-
estis et filij excelsi omnes. Dictum sit pro ista
parte de christo qui uenit. Jam ad tertium er-
rorem delendum procedamus.

¶ Prophete predixerunt xp̄m passurum p̄
salute generis humani. Capitulum. iij.

¶ Tertio errant iudei circa xp̄m incarna-
tum q̄tum ad passibilitatem. Verbum
siquidem crucis scandalū est eis qui nullā ex-
cusationē habere p̄nt amoniti et edocti anq̄
christus uenisset p̄ dicta p̄phetaz d̄ mysterijs
passionis ei⁹. Et at̄ incredulitatē eoz uirilit̄
p̄fitemus aduertendū est q̄ passio xp̄i in uete-
ri lege fuit uerbis p̄pheticis et figuris multi-
pliciter p̄signata. Et hoc q̄tum ad tria.

¶ Primo q̄tum ad initium.

¶ Secundo q̄tum ad progressum.

¶ Tertio q̄tum ad terminum.

¶ Primo passio xp̄i fuit in ueteri lege uerbis
p̄phetaz et figuris p̄nunciata q̄tum ad il-
lius initium in quo ponunt septē ueritates.

Prima est de concilij congregatione.
Secunda de iude venditione.
Tertia de xpi egressione.
Quarta de vehementi contristatione.
Quinta de trina oratione.
Sexta de angeli apparitione.
Septima de sanguinis sudatione.
Prima veritas passionis xpi est de concilij
congregatione. de qua dicit Matth. ca. xxvij.
Conciliū inierunt oēs principes sacerdotū
iesū vt eū morti traderent. Et iohannes. xij. ca.
Collegerunt pontifices et pharisei concilium
Hoc predixit patriarcha iacob genef. xlix. ca.
fic. Simeon et leui fratres basa iniquitatū bel-
lantia in cōsilio eorū non veniat aia mea qz in
furore suo occiderūt virū. Maledictus furor
eorū qz pertinax et indignatio eorū quia dura.
Nicholaus de lira sup. xi. ca. iohannis inquit.
Pontifices erant de tribu leui. pharisei pro
magna parte de tribu symeō. Est alia prophe-
tia dauid in ps. xxi. vbi dicit. Circūdederunt
me canes multi cōsiliū malignantiū obsedit
me. Et iterū sapientie. ij. ca. scribit. Dixerunt
impij. cōueniam⁹ iustū qm̄ inutilis est nobis
et contrarius operibus nr̄is. Jeremias insup
xi. ca. ita in p̄sa xpi locutus est. Super me
cogitauerūt consilia dicētes. venite mittam⁹
lignū in panē eius et eradamus eū de terra vi-
uentiū. Lactantius No li. iij. inducit sibilla;
ita vaticinantē. Inierunt consilium detestan-
dum vt priuarent eum vita qui vt eos iustifi-
caret aduenerat. Secūda veritas passiōis xpi
est de iude venditione de qua dicit Matth. xxvi
ca. qz proditor ille neqz vendidit xpm̄ triginta
argenteis. Hoc vtiqz figuratū fuit in ioseph
de quo habet genef. xxxvij. ca. qz extrahentes
eū fratres sui de cisterna vendiderūt ismabe-
litis triginta argenteis. Et istud p̄nūciauit
zacharias in p̄sa xpi ca. xi. vbi ait. Appen-
derunt mercedem meam triginta argenteos.
Tertia veritas est de xpi egressione. de qua
fic scribitur. iohannis. xvij. ca. Egressus ē iesus
trās torrentē cedron. Hoc figuratū fuit sedi
regū. xv. ca. vbi habet qz rex dauid transgre-
diebat trans torrentē cedron. oēs aut viri qui
erant cum eo flebant. Et iterū. iij. regū. ca. ij.
fuit dictū Semei quocunqz die trāseris tor-
rentem cedron scito te interficiēdū. Quarta
veritas est de vehementi contristatione de
qz dicit matth. xxvi. ca. Lepit cōtristari et mestus
esse: et ait illis. Tristis ē aia mea vsqz ad mortē.

Hoc figuratū fuit in helia dū fugiebat p̄secu-
tionē Jezabelis postqz puenit ad speluncā qz
dixit dño vt scribit. iij. regū. xix. ca. Derelict⁹
sum ego solus et querūt aiam meā vt auferāt
eam. Et hoc predixit Jeremias in p̄sa xpi
Trenorū. i. ca. Vide dñe afflictōez meā qm̄ cō-
turbatus sum. Et daniel. vij. ca. Cogitatōib⁹
meis contristabar. et facies mea imutata est in
me. Quinta veritas est de trina orōne. dicit cni
Matth. xxvij. ca. Oravit tertio eundē sermo-
nē dicens. Hoc figuratū fuit in dauid de quo
dicit. i. regū. xx. ca. Adens dauid pronus in ter-
rā oravit tertio. Et in danielē qz vt scribit eius
dē. vi. ca. Tribus vicib⁹ in die flectebat genua
sua. Sexta veritas est de angeli apparitiōe
de qua dicit lucas. xxij. ca. Apparuit illi ange-
lus de celo cōfortans eū. Hoc figuratū fuit in
gedeone cui vt scribit iudicū. vi. ca. Apparuit
angelus dicens. dñs tecū viroz fortissime. Et
in Josue cui dixit deus iosue. i. ca. Cōfortare
et esto robustus noli timere qz tecū ē dñs de⁹.
Et hoc predixit daniel. x. ca. loquens in per-
sona xpi. Tetigit inquit me quasi visio homi-
nis. et confortauit me et dixit. noli timere par-
tibi. confortare et esto robustus. Septima
veritas est de sanguinis sudatione. Ait enim
lucas. xxij. ca. fact⁹ est sudor eius sic gutte san-
guis curretis in terrā. De hoc dixit Isaias. ix
ca. Vestimētū tuū mixto sanguie. Et ezechie
xvi. ca. Vidi te conculcari in sanguine tuo.
Secūda passio xpi fuit in veteri lege verbis
pphetaz et figuris p̄monstrata q̄stum ad
illius p̄gressū in qz ponunt septem veritates.
Prima de iudeoz et ministroz prostratione.
Secunda de xpi ligatione.
Tertia de maxille percussione.
Quarta de falsa testificatione.
Quinta de impia derisione.
Sexta de crucis baulatione.
Septima de amara potatione.
Prima veritas est de p̄stratiōe iudeoz et
ministroz qui voluerūt capere iesū. de qua sic
scribit iohannis. xvij. ca. Abierunt retrorsū et ce-
ciderūt in terrā. De hoc est p̄phetia Jeremie
qui. xx. ca. ait. Dñs mecum quasi bellator fortis.
idcirco qui persequunt me cadent et infirmi
erunt. Secūda veritas de xpi ligatiōe. de hac
dicit iohannis. xvij. ca. Ministri iudeoz cōprehē-
derūt iesū et ligauerūt euz. Hoc figuratū fuit
in iudicū. xv. ca. in filisteis qui ligauerūt sansonē
Et hoc prophetauit Jeremias ca. xij. dicens.

Dedi dilectam aiam meam in manu inimicorum.
 Et ezechiel. iij. ca. dixit. Ecce data sunt sup te vincula ligabunt te in eis et non egredieris de medio eorum.
 Tertia veritas de maxille percussione scribit enim iohannes. xvij. ca. Tunc vnus assistens ministroꝝ dedit alapa[m] iesu dicens. sic respondes pontifici. Figuratum hoc fuit. iij. regu[m]. xxij. ca. Quia sedechias rex percussit micheam pphetam in maxilla[m]. Et ipse micheas. v. ca. istud prenu[n]ciauit. Sic percussit maxilla[m] iudicis israel. Et iterum Sibilla quam supius allegauimus ait. Et in manus impias infidelium veniet. dabunt autem deo alapas in castis manibus.
 Quarta veritas est de falsa testificatione. vt enim refert Mattheus. xxv. ca. Nouissime autem venerunt duo falsi testes qui et dixerunt. hic dixit. possuz destruere templu[m] dei. Hoc preuidit in spu dauid. cu[m] dixit in ps. xxvi. Insurrexerunt in me testes iniqui et merita est iniquitas sibi. Et osee. ca. vij. ait. Ego redemi eos et ipsi locuti sunt in me mendacia.
 Quinta veritas est de impia derisione. dicit namq[ue] mattheus. xxvij. ca. Tunc expuerunt in facie eius et colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in facie eius dederunt dicentes. pphetiza nobis xpe quis est q[ui] te percussit. Hoc pphetatum est nam dauid in ps. xxi. ita in psona xpi loquit. O es videtes me deriserunt me locuti sunt labijs et mouerunt caput. Ezechiel autem. xij. ca. ita vaticinatus est. Facie tua[m] velabunt et non videbis terram. Et Sibilla de qua paulo ante retulimus ita sequit. Impurato ore expuent venenata sputa dabit vero ad verbera simpliciter sanctu[m] dorsu[m] et colaphas accipiens tacebit. ne quis agnoscat quod verbu[m] sit. vel vnde veniat vt inferis loquat[ur] et corona spinea coronet. ipsa enim insipiens gens deu[m] tuu[m] non cognouisti sed spinis eu[m] coronasti et horridum illi fel miscuisti.
 Sexta veritas de crucis baiulatione. ait enim iohannes. xix. ca. Baiulans sibi cruce[m] exiit in eu[m] qui dicit caluarie locus. Huius figura precessit quoniam tulit abrahā ligna et imposuit sup ysaac filium suu[m]. Predixit hoc etiam Jeremias. Ego quasi agnus q[ui] portat ad victimam.
 Septima veritas de amara potatione de qua mattheus. xxvij. ca. dicit. Dederunt ei bibere vinu[m] myrrhatu[m] cu[m] felle mixtu[m]. Hoc expressit dauid loquens in psona xpi ps. lxvij. Dederunt in escam meam fel et in siti mea potauerunt me aceto. Et hoc insup predixit Jeremias trenom. iij. ca. Recordare paupertatis et transgressiois. i. afflictiois mee absinthij et fellis.

Tertio passio xpi fuit in veteri lege verbis pphetaru[m] et figuris preostensa quatuor ad eius terminu[m] in quo ponuntur septem veritates.
 Prima est de crucifixione.
 Secunda de clementi oratione.
 Tertia de vestimentoꝝ diuisione.
 Quarta de flebili lamentatione.
 Quinta de pretereuntium blasphematione.
 Sexta de spiritus emissione.
 Septima de planctu et compassione.
 Prima veritas ponit luce. xxij. ca. vbi dicit. Crucifixerunt eu[m]. Hanc expressit dauid in ps. xxi. Soderunt inquit manus meas et pedes meos dinumerauerunt oia ossa mea. Que verba vt asserit Lactantius. li. iij. non de se locutus est ppheta. Sui enim rex et nunquam illa perpeusus est. spūs dei p illu[m] loquebat[ur] qui erat illa passurus post annos mille et quinquaginta. tot enim colligunt anni a dauid vsq[ue] ad cruce[m] xpi. Et Zacharias ppheta. xij. ca. dixit. Aspicient ad me que[m] cofixerunt. Et idem. xij. ca. Que sunt iste plage in medio manuu[m] tuar[um] et dicet his plagatus sum in domo eor[um] q[ui] me diligebant. i. diligere debebant.
 Secunda veritas de pia oratione vt enim refert lucas. xxij. ca. Pro crucifixorib[us] orauit dicens. pater ignosce illis q[ui] nesciunt quid faciunt. Hoc clare predixit Isaias ca. liij. Ipse inquit pro transgressoribus orauit.
 Tertia veritas de vestimentoꝝ diuisione de qua ait mattheus. xxvij. ca. Diuiserunt vestimenta eius mittentes sortes. quod a dauid ps. xxi. apertissime fuit predictum. Diuiserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem.
 Quarta veritas de flebili lamentatione. vt enim scribit mattheus. xxvij. ca. Clamauit voce magna dicens. deus deus meus quare me dereliquisti. Et de hoc predixit dauid in ps. xxi. qui ad lram intelligit de xpo vt plene dixit in sermone de passione in quadagesimali nostro.
 Quinta veritas de pretereuntiu[m] blasphematione. ait enim mattheus. Pretereuntes blasphemabant eu[m] mouentes capita sua et dicentes. salua temetipsu[m] si filius dei es descende de cruce. Hoc Jeremias ca. xx. pphetauit dicens. factus sum in derisu[m] tota die omnes subsannabant me audiu enim contumeliam multorum et terroru[m] in circuitu.
 Sexta veritas de spūs emissione vt scribit iohannis. xix et luce. xxij. Inclinato capite emisit spiritus. Et hoc vtiq[ue] sic predixit Isaias ca. liij. Tradidit in morte[m] aiam suam.
 Septima veritas

de planctu et compassione. Dictum quippe fuit
et virginem gloriose a symeone iusto ut per luce.
ij. ca. Quia ipse aiam pertransibit gladius. quod
impletum fuit dum filium unigenitum in cruce pen-
dentem amarissimis querulis defleuit. Hoc per
phetavit Jeremias. ix. ca. dicens. Vox lamen-
tationis audita est de syon. et Zacharias. xij. ca.
quod ait. Plangent cum et dolebunt super eum ut doli-
solet in morte primogeniti. Sed obstinatissi-
mi iudei pallegatas prophetias de christo intelligi
debere sua malicia negant quos tamen facile con-
vincere possumus ex verbis Rabbi moysi qui
in libro directionis populo ait. Oes prophete
non sunt locuti nisi ad dies messie. Verumtamen ne
diu contendamus cum ipsis afferamus in medium
Isaie prophete vaticinia qui de christo per generis
humani salute passuro luculentissime est lo-
cutus. Nam ca. ix. postquam predixit christum ventu-
rum deum et hominem. subdidit. Et factus est principa-
tus super humerum eius. et crucem sibi baiulando per
quam potestates aereas debellavit. et regnum suum po-
tenter intravit. Item illud luce ultimo ca. Quod por-
tavit pati christum et resurgere a mortuis. et ita in-
trare in gloriam suam. Et. liij. ca. inquit. Dne quod
credidit auditum nostro. id est passionis christi myste-
rio quod ego et alij prophete audivimus a spiritu sancto
Et brachium domini cui revelatum est quasi dicat pau-
cis. Et ascendet sicut virgultum coram eo. scilicet christus
coram deo patre. et sicut radix. scilicet sursum fructifi-
cans de terra sitienti. id est de virgine non humecta-
ta vel secundata humano semine et non est ei
spes neque decor. scilicet in passione. et vidimus eum et
non erat aspectus et desideravimus eum despectum
et novissimum virorum. virum dolorem et scientem infir-
mitatem et quasi absconditum vultus eius et despe-
ctus. scilicet pro verecundia. unde nec reputavimus eum
vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros
ipse portavit et nos reputavimus eum quasi le-
prosum et percussum a deo et humiliatum. Ipse autem
vulneratus est propter iniquitates nostras et attritus
propter scelera. disciplina pacis nostre super eum. et li-
uore eius sanati sumus. oes nos quasi oves erra-
vimus. unusquisque in viam suam declinavit et dominus
posuit in eum iniquitatem omnium nostrum. Confundantur
itaque iudei reprobi qui passionem christi deridere
solent. et inspiciant preterea que dicta sunt quod ob
nullam aliam causam in nationes dispersi sunt cum
opprobrio abiectioe et ignominia nisi quod christum
dominum crucifixerunt. Nos vero qui christiani sumus
per effectum colamus eum qui nos participes ef-
ficiat regni celestis in quo gloriosus triumphat.

deus et homo per infinita secula seculorum. Amen.
Sermo septimus de iocundissima nati-
vitate salvatoris nostri domini iesu christi filij dei et
virginis gloriose.

Parvulus natus est

nobis et filius datus est nobis. Isaie prophete vaticinantis de christo
domino nostro verba sunt ista ca. ix. So-
nuit vox leticie in terra nostra vox exultatio-
nis advenit. Auditum est verbum suave omni
iocunditate repletum. Iesus christus filius dei
in bethleem iudee de virgine natus est. Ju-
bilate deo omnes homines mundi et laudate no-
men sanctum eius. Ad hanc spirituale habendam
leticiam invitatur cunctos sancta mater ec-
clesia que verbis utitur sancti leonis pape in
sermone de natiuitate dicentis. Salvator no-
ster hodie dilectissimi natus est gaudeamus.
Neque enim parvas est locus esse tristitie ubi na-
talis est vite que presumpto mortalitatis timo-
re ingerit nobis de promissa eternitate leticia
Nemo ab huius alacritatis participatioe se-
cernitur. una cunctis leticie communis est ratio
Quia dominus noster iesus christus mortis peccati-
que destructor sicut nullum a reatu liberum reperit
ita liberandis omnibus venit. Exultet scilicet quia
appropinquat ad palmam. Gaudeat peccator
quod invitatur ad veniam. Animus gentilis quod vo-
catur ad vitam. hec ille. Ut ergo excitentur omnia
corda et hauriamus aquas in gaudio de fon-
tibus salvatoris. In presenti sermone de sin-
gulari colendissimaque christi natiuitate dice-
mus. de qua propheta Isaias predixit Verba pro-
posita. In quibus tria principaliter contemplari debemus.
Primo christum nascentem.

Secundo virginem parturientem.

Tertio visionem apparentem.

De parvitate corporis christi et qualiter christus
assumpsit carnem de materia nobis conformi
et de humilitate ipsius nascentis respectu te-
poris loci et habitaculi. Capitulum. i.

Primo contemplari debemus christum
nascentem. in quo mente pia considera-
re licet ad hec tria.

Primo ipsius parvitatem.

Secundo conformitatem.

Tertio humilitatem.

Primo consideremus christi nascentis parvi-
tatem quod natus est huiusmodi corpus parvulum sicut ce-
teri infantes qui nascuntur. Vbi advertendum

fm theologoz doctrinā. Et corpus christi in
sua cōceptione fuit in instāti formatū z q̄tū
ad p̄fectionē mēbroz z partiū ipsius perfecte
organizatū. Dñs Grego. dicit. xvij. moraliz
Angelo nūciante z spū adueniente mox ver-
bum in vtero mox intra vterū verbū caro. Et
Aug⁹ li. de fide ad petrum. Firmissime tene z
nullatenus dubites nō carnē xp̄i sine diuini-
tate in vtero virginis fuisse conceptā priusq̄
suscipere a verbo. Et mgr̄ in. iij. di. iij. Ver-
bum nō suscepit nisi carnē formatā. Hoc at̄
fuit congruū fm Bonauē. z Tho. triplici rō-
ne. ¶ Prima est ex parte vbi assumētis qz
nō debebat verbū assumere partē hūane na-
ture sed totā. z ita carnē z aiaz que nō d̄z vni-
ri nisi carni organizate. ¶ Sc̄da rō ex parte
virtutis operantis. qz virtus diuina opat̄ mi-
raculose. hoc at̄ est miraculū q̄ femina cepit
sine viro. Ideo ad ostensionē potentie subito
formauit illud corpus qd̄ natura nō pōt nisi
successiue. ¶ Tertia rō fuit ex parte virginis
p̄cipientis que statim vt cōsensit repleta fuit
spū sc̄o z mater dei effecta. z qz m̄r dei nō erat
nisi esset deus vnitus humane nature. iō sta-
tim cū cōsensit deus hō factus est. Corpus
itaqz illud sic formatū a deo puū fuit. vt mgr̄
dic̄ q̄ obiectū oculis vix videri potuiss̄. Quā-
tū vō ad quantitātē molis nō statim p̄ductū
est sed successiue tam in vtero q̄ extra. qd̄ cō-
ueniens fuit fm Bonauen. adhuc triplici rō-
ne. ¶ Primo propter legis vniuersitatis cō-
seruationē. qz deus nō operat̄ miraculis vbi
natura pōt operari. Et qz natura poterat cor-
pus illud successiue ad p̄fectam quātitatē ad-
ducere iō nō statim ex miraculo cōpletū fuit.
¶ Sc̄da rō pp̄ fidei confirmationē vt. s. osten-
deret̄ q̄ habuit verā z nō fantastiā carnem.
¶ Tertia rō propter humilitatis z charitat̄
xp̄i cōmendationē qui pro nobis cū excelsus
deus esset tam paruulus videri voluit. Quis
nā nō miret̄ videre vagientē infantē inuolu-
tū pannis in cuna. de quo cantat ecclesia illud
Ambrosij. Vagit infans inter arta conditus
presepia mēbra p̄anis inuoluta virgo mater
alligat z manus pedesqz crura stricta cingit
fascia. Transeamus o christicole deuotiōe suc-
censi. transeamus cū pastoribus vsqz bethleē
vt inueniamus infantē blanduz affabilē piū
z totū desiderabilē. Consideremus paruitatē
que videtur z adoremus diuinitatē que latet
qm̄ vt inquit leo papa in sermone festiuitat̄

21
hodiernae. dilectissimi verus venerator est z
pius cultor qui nec de incarnatione dñi aliqd̄
falsum nec de deitate aliquid sentit indignū.
paris enim periculi est malum si in illa aut
nature nostre veritas aut paterne glorie ne-
gatur equalitas.

¶ Sc̄do cōsideremus xp̄i nascentis cōformi-
tatem. Assumpsit quidē carnē de materia no-
bis z nostre nature conformi. iuxta illud apl̄i
ad hebreos. ij. ca. Qui enī sanctificat z qui s̄a-
ctificat̄ ex vno omnes. fuit autem hoc con-
ueniens vt dicit dñs Bonauen. xij. di. iij. tri-
plici rōne. ¶ Prima rō dicitur iustificatiōis
ad seruandam rectitudinē iusticie fm Ansel-
mū vt eiusdem generis esset satisfactor z pre-
uaricator. ¶ Sc̄da ratio dicitur ostensionis.
vt ostenderet nobis dulcedo misericordie dei
qm̄ ipse dñs qui contemptus fuerat ab hoie
ipse idem humano generi vniretur in chri-
sto. ¶ Tertia ratio dicitur ordinationis. ordi-
nauit quippe deus vt totum genus humanū
deduceretur ex vno primo Adam propter re-
presentationem illius vniuersalis principij a
quo oīa sunt producta. Rōnibus ergo dictis
conueniens fuit vt xp̄s carnē sumeret ex ma-
teria ab adā deriuata. que tñ ab oī infectione
imūnis fuit eo q̄ nō fuit in Adam fm semi-
nalem rōnem cū nō fuerit cōcepta ex semine
virili sed mystico spiramie. vt dic̄ sc̄tus Tho.
iij. parte. q. xxxi. Dñs leo papa in sermone de
natiuitate inquit. Alienu quippe ab hac nati-
uitate est qd̄ de oībus legit. Memo. mund⁹
sorde nec infans cuius est vnus dici vita su-
per terrā. nihil in istam singularē natiuitatē
de carnis cōcupiscentia transijt. nihil de pct̄i
lege emanauit. hec ille. Si aut̄ quereret quare
xp̄s n̄ assumpsit Adā. R̄ndet dñs Bonauen-
tura q̄ hoc fuit pp̄ter tria. ¶ Primo pp̄ter
deum qui nō debebat assumere hoīem pctō-
rem. ¶ Sc̄do propter Adam qui nō debebat
tantū exaltari. ¶ Tertio pp̄ humanū gen⁹. qz
passio innocentis magis erat grata deo pro
redemptione eius q̄ hominis peccatoris.
¶ Tertio cōsideremus xp̄i nascentis humili-
tatē. Sicut enī hūilis in forma serui dignat⁹
est apparere. ita rex iste angeloz z hoīm dñs
humilit̄ nasci voluit. Et hoc triplici respectu.
¶ Primo respectu temporis.
¶ Secundo respectu loci.
¶ Tertio respectu habitaculi.
¶ Primo nat⁹ est xp̄s hūiliter respectu t̄p̄is.

q. s. tpe descriptionis vniuersi orbis. qñ vt lu-
cas refert ca. ij. Exijt edictū a cesare augusto
vt descriptio hmoi fieret. hic Cesar augustus
octavianus fuit qui fm Suetoniū in libro de
duodecim cesaribus et Entropiū natus est in
velletrano oppido de clarissima familia octa-
uioꝝ in die illo quo Rome in curia agebat d
piuratiōe catilline octauo kl as septēbus pau-
lo ante ortum solis Marco tullio Licrone et
Bayo antonio psulibus. Ex patre Octauio
senatore et matre Accia nepte iulij cesaris ge-
nita ex iulia sorore que nupserat lucio balbo.
Hic fz horosiu Entropiū Plutarci in libro
de vita et obitu Licronis. Et in libro de vita
et obitu Marci antonij. Et Senecā in primo
li. de questionibus naturalibus. Occiso iulio
cesare auūculo eius et patre p adoptionem cū
ipsum in testamento reliquerit heredem ab
Apollonia vbi vacabat studijs lraz reuersus
est. Et vt inquit plinius li. ij. de naturali histo-
ria. Cū vrbē intraret apparuerunt stelle circa
solem in modū corone posite. Regnauit fm
Suetoniū et Entropiū ānis quinquaginta sex.
duodecim cū Marco antonio et marco lepidio
Et quadragintaquatuor per se. Sedatis autē
oibus bellis orbem totū suo subegit imperio
cunctis inimicis et turbatoribus romanorum
deuictis. Et vt refert Solinus in libro de mi-
rabilibus mundi Tempus eius solū repertū
est quo plurimū cessauerūt arma et floruerūt
ingenia. In diebus quidē illis inuenti sunt in
vrbe viri clarissimi. Oratius. Flaccus. Virgi-
lius. Ouidius. Mader. Catullus veronensis
Propertius. Terenti⁹. Varro. Marcus tul-
lius cicero. Apollodorus. Valerius maxim⁹.
Salustius. et alij. Anno igi octauiani augusti
quadagesimoscdo. Et ab vrbe cōdita septin-
gentesimo quinquagesimoscdo. natus est xps
iclus. Voluit enī Cesar augustus vniuerso p
fidens orbi scire qñt prouincie quot ciuitates
quot castra quot ville quot hoies essent in to-
to orbe. Et vt scribit Eusebius in libro d tpi-
bus. factus est rome census. Et inuenta sunt
in vrbe trecenta et septuaginta milia ciuū ro-
manoꝝ. Scdm Xo mgrm in historia schola-
stica. Iussu cesaris factus est vt oēs hoies ad
vrbe vñ traherent originē pgerent et quilibet
denariū argenteū qui valebat decem nūmos
vsuales. vñ et denarius dicebat p̄sidi prouin-
cie traderet vt se subditum vnusq; romano
imperio profiteret. Nam et nūmus imaginē

preferbat cesaris et subscriptionez nominis.
dicebatur autē professio et descriptio sed diuer-
sa consideratione. Professio dicebat qz quili-
bet qñ reddebat censū p̄sidi prouincie pone-
bat denariū super caput suū et proprio ore p-
fitebatur se fore subditū Romano imperio.
Dñ dicebatur professio. i. proprio ore confessio. et
fiebatur hoc coram oī populo. Descriptio autē
dicebatur qz numerus eorum qui censum ca-
pitis ferebant certo determinabatur numero
et redigebatur in scriptis. Et ergo dicit sanctus
Tho. iij. parte. q. xxxv. Quia xps venerat nos
in statum libertatis reducere de statu seruitu-
tis. Ideo sicut mortalitatez nrām suscepit vt
nos ad vitam reduceret. Ita fm Beddam eo
tpe dignatus est incarnari quo mor natus cē-
sus cesaris describeretur atq; ob nostri deli-
berationem ipse seruitio subderetur. Et vt
Grego. inquit in omelia. Māscituro dño mū-
dus describitur quia ille apparebat in carne
qui electos suos ascriberet in eternitate.
¶ Secundo xps humiliter natus est respectu
loci qz in bethleē. Sicut scriptum fuerat Adi-
chee. v. ca. Et tu bethleem effrata paruula es
in militibus iuda. Ex te mihi egredietur dux
qui sit dñator in israel et egressus eius ab ini-
tuo a diebus eternitatis. In bethleē ergo xps
natus est. vt dicit sc̄tus Tho. iij. parte. q. xxxv
quia factus est ex semine dauid secundum car-
nē cui facta fuerat promissio specialis de xpo
Et ideo in bethleem de qua natus fuit dauid
nasci voluit vt ex ipso loco promissio ei facta
impleta ostenderet. et hoc designat euāgelista
dicens de ioseph eo q; esset d̄ domo et familia
dauid. Addit Grego. in omelia ratōez mysti-
cam dicens. Bethleem quippe domus panis
interpretatur. ipse namq; est qui ait. Ego sum
panis viuus q; de celo descendi. Locus ergo i
quo xps nascit̄ domus panis añ vocatus ē qz
futurū p̄fecto erat vt ille ibi per materiā car-
nis appareret qui electoꝝ mentes in eterna
sacietate reficert. Si at̄ aliquis quereret. Cur
nō hierosolimis aut Rome natus fuerit. Rñ-
det sc̄tus Tho. Et sicut dauid in bethleē nat⁹
ē ita et hierusalē elegit. vt i ea sedē regni cōsti-
tueret et tēplū dei ibi edificaret. Et sic hierl'm
esset sicut ciuitas regalis et sacerdotalis. Sacer-
dotium autē xpi et eius regnū precipue consū-
matū est in eius passione. Et iō cōuenienter
elegit bethleē natiuitati et hierosolymā passi-
oni totāq; p hoc hoim gloriā cōfutanit qui i

superbiam eleuantur si ex nobilibus ciuita-
 tibus originē ducāt. Xps in ciuitate ignobili
 nasci voluit ex nobili opprobriū pati. De ro-
 ma vero dicitur in quodā sermone Ephesini
 concilij. Si maximā romā elegisset ciuitatez
 propter potentiā ciuiū mutationē orbis ter-
 rarū putarent. Si filius fuisset imperatoris
 potestati utilitatē ascriberent. Sed vt diuini-
 tas cognosceretur orbē transformasse terraz
 pauperculā elegit matrē pauperiorē patriaz.
 Elegit autē deus infirma mundi vt cōfundat
 fortia. Et ideo vt suā potestātē magis osten-
 deret in ipsa roma que caput orbis erat statu-
 it caput ecclesie seu in signū perfecte victorie
 vt exinde fides deriuaretur ad vniuersū mū-
 dum fm q̄ prophetauerat Isaias ca. xvi. di-
 cens. Ciuitatē sublimē humiliabit et cōculca-
 bit eā pes pauperis. i. xpi gressus egenoz. i.
 apostolorū petri et pauli.

¶ Tertio xps similiter natus est respectu ha-
 bitaculi. Nam pfectus a nazareth ioseph cū
 virgine gloriosa in bethleē quia pauperes erāt
 inuenire nō potuerūt hospitium. Sed vt ma-
 gister dicit i historia scholastica. diuertere ad
 diuersorū. Erat enī inter duas domos operi-
 mentū habens sub quo ciues ad colloquendū
 vel ad cōuiescendū diebus octij vel pro acris i-
 temperie diuertebant vbi forte ioseph aia-
 libus suis boui et asino presepiū fecerat. vel s̄z
 quosdā cū rustici ad forū veniebāt aialia sua
 ibidē ligabant. Et ideo ibi presepe constru-
 tum erat. Quā humilis erat habitatio illa de
 qua hiero⁹ ad Adarcellā de vrbe secedenduz
 ita scribit. Quo sermone qua voce speluncaz
 tibi saluatoris exponā. Et illud presepe in quo
 infantulus vagijt silentio magis q̄ infimo
 sermone honorandū est. Vbi sunt late porti-
 cus. vbi aurata laquearia. vbi domus damna-
 toz penis et miseroz labore vestite. vbi instar
 palacij extructe basilice vt vile corpusculū ho-
 minis preciosius inambulet et quasi mundo
 quicq̄ nō possit esse ornatius tecta sua magis
 velit aspiciere q̄ celū. bethleē. Ecce in hoc par-
 uo terre foramine celoz conditor natus est.
 Hic inuolutus pannis. hic visus a pasto. ibi
 hic demonstratus a stella. hic adoratus a ma-
 gis. Et in epistola ad Eustochiū ait. Ille cui⁹
 pugillo mundus concludit presepis continet
 angustia. O mira circa nos pietas iesu bene-
 dicti. O charitas inaudita. O humilitas in-
 carnati dei. nascit̄ byemali tpe et nō est illi loc⁹

in diuersorio. inuoluit̄ pannis et a sola matre
 benedicta et ioseph suscipit. Surre cito fidelis
 aia. ingredere operimentū illud. vagientē in-
 fantem audacter alloquere. dic ei audienti be-
 niuolo. O rex regū et vniuerse cōditor creatu-
 re. vis ne te simul cū matre et ioseph ad meaz
 domū recipiā vis vt aureā fasciā ad te dese-
 ram. vis ornamenta et preciosa iocalia tibi tra-
 dam. vis vt famulos et ancillarū ad obsequen-
 dum turbā adducā. vis vt matri que peperit
 delicata cibaria preparez. Vis vt cuiuscunq̄
 generis musicoz peritos modulatores et ma-
 gistros aduocē. et similia. Statim audies illuz
 respondentē tibi. Non propter tpalia veni n̄
 ista mihi sunt grata. Sed si mihi placere cu-
 pis o aia mea imagine isignita largire mihi
 peccata tua atq̄ delicta. da mihi cōpunctōez
 da mihi lachrymas. da mihi puerionē et emē-
 dationē. descendi de celo vt homo factus pro
 peccatis hoīum satisficiam. Triginta tribus
 annis laborabo sudabo cruciabor fame et siti
 vsq̄quo affigar. patibulo crucis. Reuertere
 ad me o peccatrix aia et ego suscipiā pondus
 peccatoz tuoz pro quibus patri meo debitū
 soluā. Non enī veni vocare iustos sed pecca-
 tores quos meis laboribus et proprio sangui-
 ne redimere sum paratus.

¶ De priuilegijs virginis parturientis que
 peperit xpm sine corruptione. et absq̄ dolore
 et suo lacte nutriuit. Capitulum. ij.

¶ Secundo contemplari debemus de na-
 tiuitate xpi virginē parturientē. Data
 sunt quippe diuinitas virgini sanctissime in
 suo partu tria priuilegia.

Primum dicitur doloris immunitas.

Secundum virginitatis integritas.

Tertium vberum fecunditas.

¶ Primum priuilegiū exhibitū virgini in suo
 felicissimo partu dicitur doloris immunitas
 peperit nāq̄ filiū sine dolore et cū maxima io-
 cunditate. Sicut predixerat Isaias. xxxv. ca.
 Germinans germinabit sicut liliū et exulta-
 bit letabunda. Nec audiendi sunt illi qui di-
 cunt obstetrices fuisse ad obsequiū virginis.
 q̄ hiero⁹ aduersus helindium ait. Nulla ibi
 obstetrix fuit nulla mulserulaz sedulitas in-
 tercessit. Et mater et obstetrix fuit. pannis in-
 quit inuoluit infantē et posuit in presepio. Que
 snia Apocriphozū deliramenta conuinct.

¶ Secūm priuilegiū virginis parturientis fu-
 it virginitatis integritas. fuit enim in partu

virgo q̄ filium peperit remanēte clauso clau-
stro pudoris. Vñ Aug⁹ in sermone qui legit̄
in vigilia epiphanie ait. Qui natus est primo
sine matre in celis hodie natus est sine patre
in terris. O miracula. o prodigia fratres cha-
rissimi. nature iura mutant̄ in hoīe. deus na-
scit̄. virgo sine viro grauidat̄. Ador̄ viri nesci
am sermo dei maritat̄. Simul facta est mater
et virgo m̄ facta sed incorrupta. virgo habēs
filiū nesciēs virū. Semp̄ clausa sed nō infecū-
da. Et in alio sermone qui incipit. Castissimū
marie virginis vter̄. Augustin⁹ inducit vir-
ginē sic loquentē. Porta facta sum celi ianua
facta sum filio dei. Illi facta suz ianua clausa
q̄ post suā resurrectionē ingressus est p̄ ostia
clausa. Oritur tñ hic difficultas. Quia gre-
gorius in omelia in octaua pasce ait p̄ hoc q̄
ianuis clausis ad discipulos post resurrectio-
nem intrauit dñs ostendit corp⁹ suū esse eius-
dem nature et alterius glorie. Et sic per ostia
clausa transire videt̄ ad gloriā corporis ptine-
re. Corpus aut̄ xp̄i in sua natiuitate non fuit
gloriosū sed passibile habens similitudinē car-
nis pct̄i vt Apl̄s dicit ad Romanos. viij. Nō
ergo videt̄ q̄ exiuit p̄ virginis vterū clausus.
Insuper nihil in illa sancta natiuitate xp̄i esse
debit per qd̄ corpus eius fantasticū appare-
ret. Sed p̄ clausa transire nō videt̄ conuenire
vero corpori sed fantastico. eo q̄ duo corpora
simul esse nō possunt. Non ergo debuit ex ma-
tris vtero clauso corp⁹ xp̄i p̄dīre. ¶ Rūdet
hic sanctus Th̄o. in. iij. parte. q. xxviii. Q̄ qui-
dam dixerunt xp̄m in sua natiuitate subtilita-
tis dotem assumpsisse qñ exiuit de clauso vir-
ginis vtero et dotem agilitatis qñ ambulauit
ficcis pedibus supra mare. Sed melius dicen-
dum est q̄ oīa ista facta sunt miraculose p̄ vir-
tutē diuinā. Vnde Aug⁹ dicit super ioānem
Adoli corporis vbi diuinitas. erat ostia clau-
sa nō obsteterunt. Ille quippe nō eis apertis
intrare potuit quo nascente virginitas m̄ris
inviolata permansit. Et dionysius dicit in q̄-
dam. epl̄a. q̄ xp̄s sup̄ hoīem opabatur ea que
sunt hoīs et hoc demonstrat virgo supernatu-
raliter concipiens et aqua instabilis terrenoz
pedū sustinens grauitatē. Q̄ autē obijciebat̄
q̄ transire p̄ clausa nō cōuenit corpi vero. Di-
cendo q̄ ita voluit xp̄us veritatē sui corporis
demonstrare q̄ ēt simul eius diuinitas decla-
raretur. Et ideo p̄miscuit ima humilib⁹. Vñ
vt corpus eius verum ostenderet nascitur ex

femina. Sed vt eius diuinitas innotesceret
nascit̄ ex virgine. Talis enī partus decet deuz
vt Ambrosius dicit in hymno natiuitatis.

¶ Tertiuū p̄uilegiū virginis parturiētis xp̄m
fuit vberū fecūditas. Ex miraculo quippe fa-
ctū est vt virginis vbera lacte quo infantulū
aleret replerent. Vb qd̄ eccl̄a cantat. Facentē
in presepio sola virgo lactabat vberē de celo
pleno. Excita cor tuū o fidelis aīa et mente sol-
licita ad locū natiuitatis p̄ficiscere. Contem-
plare ibi virginē oī s̄ctitate oī virtute oī de-
niqz venustate decorā. Inspice mentis oculis
media nocte dū partus tempus instaret illaz
orantē lachrymantē p̄ deuotiōe et exultantē
in deo saluari suo. Et cū sūma iocunditate su-
pra fenū absqz dolore absqz corruptiōe vt p̄
diximus filium parere vagientē. Illū statim
vt natus est adorat. Vnde eccl̄a dicit. virgo
quem genuit adorauit. O si possemus audire
verba siue corporis siue mentis ipsius virginis
in qua lumen gr̄e refulgebat p̄fecto simul cū
ipsa totis viribus gr̄as diceremus altissimo
deo. Poderat virgo illa iacenti filio sup̄ fenū
dicere. O deus meus et oīm conditor rerū. O
angeloz et hoīm gloria. O immortalis et sem-
piterne rex celi et terre adoro te humili cor-
de et b̄ndico tibi qui vt saluū faceres populuz
tuū de me hodie verus hō nasci dignatus es
factus es mihi filius fm̄ assūptā naturā que
pater sibi coequalē genuit ab eterno. Suscipi-
am te reuerenter et dulciter amplexabor. Nō
deero infantia tuā fouere et in quib⁹ valco ti-
bi necessaria ministrare. P̄dascā te lacte meo
et pauperculis pannis inuoluā. Leuabat eū et
inter sacra vbera cōstringebat. Collachrymā
tibus oculis caput sanctissimū et faciē deoscu-
labat. et mēbra pannis inuoluta fascia stricta
cingebat. indeqz ad presepiū reclinabat. vnge-
bat cor illud virgineū balsamo et melle incre-
dibilis gaudij dū tanta miracula experiebat̄.
Sed humilitatē paupertatē et penalitatē filij
plorātis aīo voluēs gaudiū vertebat in luctū
¶ De pastorū electione quibus natiuitas
xp̄i ē ostēsa ab angelis et de fide ac deuotione
illorum erga xp̄m natum. Capitulū. iij.

¶ Tertio contemplari debemus in hac san-
cta natiuitate xp̄i visionem apparentēz
qz apparuit angelus dñi de celo pastorib⁹ cuz
ingenti lumine dixitqz illis. Ecce euangelizo
vobis gaudiū magnū quod erit omni populo
quia natus est nobis hodie saluator qui ē xp̄s

Dñs. Et cum eo visi sunt plures angeli qui dicebāt. Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Vbi tria considerare debemus.

- Primum est pastorum electio.
- Secundum pastorum instructio.
- Tertium pastorum fides et deuotio.

¶ Primum quod considerare debemus est pastorum electio. Ipsos quidem elegit deus ut eis filij sui natiuitas reuelaret. Inquit lucas ca. ij. Pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregem suū. Ados quidem fuit antiquis s̄m aliquos in vtroq; solstitio. s. h̄yemali et estiuāli custodire vigilias noctis ita q̄ sollicitē vigilabant et hoc propter venerationē et reuerentiā solis cui antiquitus propter suā claritatem fiebat magna veneratio. que mos forte inoleuerat apud iudeos ex vsu cobabitantiū. Erant itaq; isti pastores iuxta bethleem vno miliario. Et nocte media vigilantes viderunt celestes nunciū annunciantē eis xp̄i natiuitatē. Voluit antez xp̄s ad hoc pastores eligere. **¶** Primo vt illis tanq̄ puris atq; simplicibus maior fides adhiberetur. Nam s̄m Ambrosium simplicitas nec noua fingere nec audita nouit mutare. **¶** Secūdo vt superbiā reprimeret hominū elatoꝝ. Quare et xp̄s dicebat. matth. xi. Cōfitebor tibi pater dñe celi et terre qui abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Hinc et Crisostomus dicit. Angelus manifestans xp̄i natiuitatem non iuit hierosolimaz non requisit scribas et phariseos. Erant enim corrupti et pre inuidia cruciabantur. Sed pastores erant sinceri antiquam conuersationem patriarcharum et moysi colentes. **¶** Tertio voluit xp̄s natiuitatem suā pastoribus manifestari vt se pastore ostenderet. Vnde Bedda bene inquit. Nato dño pastores supra gregem vigilant. Ille enim natus est qui dicit. Ego sum pastor bonus. Sed et t̄pus iminebat q̄ idē pastor oues suas q̄ disperse errabant ad vite pascua reuocaret. **¶** Secundum quod considerare debemus est pastorum instructio de qua sequitur lucas in euangelio. Ecce angelus dñi astitit iuxta illos. Rationabiliter factū est vt angelus natiuitatem dñi nunciaret qz homines per xp̄m ad angelorum societatem sunt perducendi. In apparitione autem illa lumen refulsit et claritas dei. id est diuina virtute facta. Et vt iquit

Bedda. Nunq̄ in tota veteris testamēti serie reperimus angelos qui tam sedule apparere patribus cum lumine apparuisse. Sed hoc priuilegium huic tempore recte est seruatum qñ ortum est in tenebris lumē rectis corde. Ad hanc insolitā dignāq; visionem pastores timuerūt timore magno. quibus dixit angelus. nolite timere. deinde instruxit eos de sacramento natiuitatis xp̄i. Ecce inquit. i. certe euangelizo vobis. i. nunciū bonuz porto. gaudium magnū quod erit oī populo. s. tam peregrinantibus in mundo q̄ patientibus in limbo q̄ etiam regnantibus in celo quia nat⁹ est vobis hodie saluator. vobis. s. hominibus indigentibus. non angelis vel quia nō indigēt sicut boni vel qz non possunt redimi sicut mali. Et dixit hodie. i. isto tpe. Non enim erat dies eo modo quo vsitato noie diem vocamus. Subdidit angelus. Et hoc vobis signū. Inuenietis infantem inuolutū pannis et positū in presepio. In quibus verbis significauit de xp̄o tria. **¶** Primo puritatē et innocentias contra luxuriam quia dixit infantem qui agnus erat sine macula. **¶** Secūdo paupertatē et indigentiaz contra auariciā quia dicit pannis inuolutus. **¶** Tertio humilitatē et obedientiā cōtra superbiam. qz dicit positū in presepio. Et facta est cum angelo multitudo militie celestis exercitus vt natiuitas dñi sit magis credibilis et de ipsa iam nullus dubitet sed totū diuulgetur p orbem. Vnde Bedda inquit. Ne parua vnius angeli videret auctoritas postq̄ vnus sacramentū noue natiuitatis edocuit statim celestium agminū multitudo affuit. Et vt idem Bedda refert. Multitudo illa celestis militie in laudē creatoris prorupit vt et xp̄o deuotionem impendant et nos suo instruat exemplo vt de receptis beneficijs gratias deo psoluamus. Dicebāt ergo. Gloria in altissimis deo et in terra pax hoibus bone voluntatis. Vbi Bedda ait. Optant pacē hoibus qz quos infirmos et abiectos despexerant. nascēte in carne dño iam socios venerant. Quibus autem hoibus pacē poscūt exponūt ipsi dicentes bone voluntatis. s. qui suscipiūt natū xp̄m. nō enī est pax impijs sed pax multa diligentibus nomen dñi. **¶** Tertium quod considerare debemus est pastorum fides et deuotio. Ipsi postq̄ angeli discessere in celum loquebant ad inuicem. Transcramus vsq; ad bethleem et videamus hoc verbū quod factū est. et dñs ostendit

nobis. Naturale quippe est q̄ homo bonū dī
ligat q̄ sicut primū obiectū intellectus est ve
rum. ita propriū obiectum voluntatis est bo
num. Quia ergo vna queq; potentia appetit
suū obiectū. hinc est q̄ voluntas naturaliter
bonū appetit. Illud autē qd̄ naturaliter appe
titur a potentia si sit presens ipsam delectat.
Si vō sit absens possibile tñ haberi poten
tia mouetur ad ipsum habendū. Homo igit̄
bonū diligens qñ sibi presens est in ipso dele
ctatur. O stensū autē si sit absens inquit qñ
sperat ipsum habendum. Quia ergo angeli
nunciauerūt pastoribus bonū maximū xpm̄
natū. Et ostenderūt vbi erat reperiēdus quia
in bethleem. Ipsi solliciti moti sunt querere
et inuenire eum. In quo relucet eorū magnani
mitas et strenuitas q̄ non horrore noctis nec
damno ouilis sui qd̄ solū relinquerent retra
hant ab inquisitione saluatoris iam nati. Et
fide maxima ac deuotione dicunt. videamus
hoc verbum. i. dei filiū incarnatū qui pro no
bis factus est homo. Et vt inquit Bedda nō
dixerūt videamus puerū sed verbū qd̄ factū
est. i. verbum qd̄ semp erat quō p̄ nobis caro
factum est. Et venerūt festinantes et inuene
runt sicut dictū est ad illos. Origenes hic ait.
Inuenerunt mariam que illū fudit in partu et io
seph dispensatorē ortus dñici et infantē posi
tum in presepio. videntes autē cognouerunt de
verbo qd̄ dictū erat illis de puero hoc. i. intel
lexerūt illum puerum esse verbum vel filium
dei. vel videntes humanitatē cognouerūt di
uinitatem. Et oēs qui audierunt mirati sunt
de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos
Blosa super isto passu dicit. non solum mira
bantur de incarnatiōis mysterio. sed etiaz de
tanta pastorum attestatiōe que fingere inau
dita nescirent. sed simplici facundia vera pre
dicabāt. Maria autē modesta et taciturna mā
suetā et hūilis conseruabat oia verba hec et cō
ferens in corde suo. pastores vero reuersi sūt
ad gregē laudātes et glorificātes deū. Eū qui
bus et nos pro tam amplissimo munere iā su
scepto gratias quas possumus referamus pi
ssimo saluatori qui nō iam in presepio sed in
uenitur coronatus in celis quem adorant om
nes angeli ceteriq; beati qui sit in eternum be
nedictus. Amen.

¶ Sermo octauus de memoria christi circū
cisi et de nomine ipsius atq; de sanguinis ef
fusione.

Consummati sunt dies

octo vt circūcideretur puer. Scribū
tur hec verba originaliter luce. ij. ca.
Et in euāgelio presentis solēnitatis. Postq̄
natus est xps multa die octaua erga ipsū in
fantulū gesta fuere memorie digna. In qua
libet enim etate labore et passioibus plurimis
attritus. ostendit nobis exuberantissimā cha
ritatem suā. Neq; illi satis erat statuto tem
pore pro salute humani generis crucis igno
miniose ferre supplicium. Quinimo. ab vtero
virginis gloriose vsq; ad extremū vite corp⁹
illud preciosissimū varijs penis cruciatibusq;
submit. Hodierna vero die fm̄ antiquā iu
deorum traditionē nō sine doloris acerbitate
circūciscus est. Et sicut peccator videri voluit
qui ab oī labe et cōtagione mūdissimus vene
rat in suo sanguine peccatores lauare. Qua d̄
re statuit sancta mater ecclesia diem istum a
cunctis fidelibus solēniter celebrari. Nos ve
ro vt xpi circūcisi sacramentū oibus innotē
scat. de ipso in presenti sermone dicemus. In
quo tria mysteria erunt cōtemplanda.

Primum dicitur circūcisionis.

Secundum vocationis vel nominationis.

Tertium effusionis.

¶ De circūcisione q̄ congrua instituta fuit et
de determinatione illius. et quare xps voluit
circūcidi.

Capitulum. i.

Primum mysteriū cōtemplandū dicitur cir
cūcisionis. vbi pro clarioze intelligentia
dicendorum de xpo qui circūcidi voluit. Ad
hoc de circūcisione tria erunt elucidanda.

Primum est illius institutio.

Secundum determinatio.

Tertium subiectio.

¶ Primum de circūcisione elucidandum est
illius institutio. Et hic perscrutari libet quali
ter circūcisionis sacramentū cōuenienter in
stitutū est et hoc triplici respectu.

Primo respectu cause.

Secundo respectu sexus.

Tertio respectu persone.

¶ Primo circūcisio cōuenienter instituta est
respectu cause. quare instituta fuit. Vt enim
colligit̄ ex dictis Hugonis in li. de sacramen
tis. et magistri sniarum in. iij. di. i. Et Alexan
dri de ales in. iij. volumine sūme. Triplex fu
it causa potissima vt circūcisio institueretur.
¶ Præ dicitur distinctiōis vt. s. distinguere

populus fidelis de quo xps nascitur erat ab alijs infidelibus et ydolatrijs. qz vt Aug⁹ in q^o li. v. de ci. dei. ca. xij. Illo tpe oēs gentes excepta vna populi hebreoz deos falsos colebāt et nō deo victimas sed demonijs imolabant. Et si obijceret q^o anteqz daret circūcisio crāt fideles et infideles. ergo añ circūcisio instituēda erat. Rñdere possumus fm sctm Tho. in suo. iij. q^o ex corruptione pcti originalis humanū genus circa tpa abrahe vsqz ad profundissimū pctōz venerat. s. infidelitatē qz tunc icēpisse fert ydolatria et vitiū turpissimū q^o natura; vt pz de Sodoma et gomorra. ¶ Scda cā quare circūcisio fuit instituta dī oppositio nis vt. s. esset remediū oppositū originali peccato. qd quidē circūcisio representabat q̄stū ad cām que erat ipsa propagatio libidinosa. Ideo fiebat in mēbro deserviente generatiōi q̄stū ad processū circularē qz fm Anselmū p^omo persona corrūpit nām deinde nā corrūpit psonā. Et q̄stū ad effectum qui est concupiscentia. Ideo pellicula proieciabatur. Et si diceret q^o añ institutionē circūcisionis hūanū genus originali pctō erat obnoxii. ergo circūcisio ante fuisset instituenda. Dicere possum⁹ fm Hugonē li. de sacramentis. q^o in qualibz lege benignitas dei humano generi de oportunis remedijs q̄ originale peccatū prouidit: In lege siquidē nature fuerunt tria remedia. P^omo oblatio que cepit ab Abel et durauit vsqz ad diluuiū. de q^o dī Genes. iij. ca. Abel obtulit de primogenitis. Scdm remediū fuit sacrificatō et durauit a Noe vsqz ad Abrahā Tertiū fuit decimatio. de qua Genesis. xiiij. ca. Abraham dedit Melchisedech decimas. In lege scripture remediū q̄ originale fuit circūcisio. que licet tpe abrahe et legis nature ceperit. tñ tpe moyli fuit pmulgata. In lege No grē est sacramētū baptismi. ¶ Tertia rō quare instituta fuit circūcisio dī significatio nis. vt enī dicit sctūs Tho. in. iij. Habet circūcisio mysticam significationē. Nam fm intellectū moralē significabat castitatē seruandā. fm intellectū allegoricū significabat purgationē peccatorū per xpm futuram. Scdm intellectū anagogicū significabat depositōez corruptibilitatis carnis et sanguinis in resurrectione. ¶ Scdo circūcisio est cōuenienter instituta respectu sexus. qz ordinauit deus vt masculi circūciderent non mulieres. Rñō No multiplex est fm Alexandrū. Et prima est mē

29
bri deficientia. qz mulieres nō hnt mēbrū ad circūcisionē dispositū. Scda rō est distinctio nis sufficientia. qz populus fidelis ab infideli sufficienter distinguebat per viros. qz vir caput est mulieris. sicut patet. xxxij. q. v. ca. cum caput. Tertia rō est pcti independētia. qz peccatū originale nō dependet a muliere causaliter licet occasionaliter. Nam q̄uis transgressio a femina ceperit. tñ transfusionis pcti originalis cā nō fuit ipsa sed vir. qz si vir nō peccasset originale transfusū nō fuisset. ¶ Tercio circūcisio cōuenienter instituta est respectu p sone. Indicta quippe fuit abrahe dū erat annoz nonagintanouē. vt scribit Genesis. xvij. ca. Diligebat quidē deus abrahā maxime pp tria. P^omo ppter fidē. qz vt scribit Genes. xv. ca. Credidit abrahā deo et reputatū est ei ad iusticiā. Scdo ppter hospitalitatē. qz valde hospitalis fuit. Dñ Hiero⁹ ad palmachiū inquit. Diues erat abraham auro argento pecore possessione multāqz familiā habebat. ita vt ad subitū nunciū armare posset exercitum iuuenibus electū. tñ post crebrū hospitalitatis officiū dum hoies nō recusat suscipere meruit deū. Tercio diligebat deus abrahā pp obedientiā. fuit equidē promptissimus ad obediendū deo cum sibi filium imolari precepit. vt patet Genesis. xxij. ca.

¶ Secundum elucidandum de circūcisione est eius determinatio que considerari habet q̄stū ad tria.

P^omo q̄stū ad diem.

Secundo q̄stū ad instrumentum.

Tercio q̄stū ad finem.

¶ P^omo considerare habemus determinationē circūcisionis q̄stū ad diem. dī enī Genesis. xvij. ca. Infans octo diez circūcides in vobis. Vbi sctūs Tho. dicit. q^o octauus dies erat de necessitate circūcisionis q̄stū ad obligationē pcepti ita q^o re⁹ transgressiōis erat q^o illud tps nō obseruabat. sed nō erat de necessitate eius q̄stū ad efficaciam sacri. qz etiā in alio tpe circūcisio facta suū effectū sacramentalē habebat. sicut ē accidit ministrantibus nra sacra qui seruant materiā et formā debita; et omittunt aliud de ritu ad solēnitatē sacri ab ecclesia instituto. Sed h plures difficultates oriuntur. P^oma est an si octaua dies fuisset dies sabbati in quo pcepta erat quies ab opibus exterioribus fuisset licitum facere circūcisionē. Rñdet sctūs Tho. q^o sic. qz circūcisio nō

erat op⁹ purè corporale. sed sacramentū legis
sicut ⁊ sacrificia que in sabbato offerri licebat
Et iō xps dicebat ioānis. vii. ca. Circūcisionē
accepit homo in sabbato ⁊ nō soluit lex moy-
si. Scda difficultas qz illi qui vagati sūt in de-
serto nō fuerūt octaua die circūcisi sed post-
ea tpe Josue in galgalis. vt dī Josue. v. ca. ⁊
tū illis profuit circūcisio. Ad hoc dicūt docto-
res qz cū illis fuit dispensatū propter necessi-
tate qz nesciebant qn castra mouenda erant q
mouebant fm q mouebat ⁊ cleuabat nubes
de tabernaculo. vt scribit Numeri. ix. ca. In-
super nō erat necesse eos tunc aliqd signū di-
stinctionis habere vt damascen⁹ dicit qn se-
orsū ab alijs hoibus habitabant. Tertia diffi-
cultas an imminente mortis articulo licitū fu-
isset ante octauū diē circūcisionē facere. Ad
quod respondemus qz mgr videtur sentire in
littera qz licebat imminente mortis articulo diē
preuenire. Quidā vō dicunt sequentes Hu-
gonem in libro de sacramentis. qz nō erat ne-
cessitas diem preueniendi. qz illis qui añ octa-
uam diem moriebant valebat ad salutē reme-
dium quod ante circūcisionē fuerat qd ad h
efficaciam habebat. Et hoc confirmant p iu-
deos qui nunc sunt qui nunqz ante octauum
diem circūcidunt. Quarta difficultas quare
institutū fuit vt infantes die octaua circūci-
derent. Et ad hoc pōt triplex rō assignari.

Prima penes intellectum litteralem.

Secunda penes intellectum anagogicum.

Tertia penes intellectum tropologicum.

¶ Prima ratio sumit penes intellectū histo-
ricū siue litteralē. Nam sicut dicit Rabi moy-
ses maximus philosophus ⁊ theologus apud
iudeos. Puer in septē diebus tam tener ad-
huc est qz si existeret in vtero matris. in octa-
ua aut fortificatur ⁊ solidatur. Et ideo vt diē
noluit dñs paruulos ante octauā diem circū-
cidi. ne ob nimia teneritudinē nimiu lederentur.
Vltra vō octauum noluit circūcisionem
elongari propter tres causas. Prima vt peri-
culum euitet ne. s. si nimiu differret sine cir-
cūcisione eos mori contingeret. Scda vt dolo-
ri paruulorū pvideat cū enim in circūcisione
maximus sit dolor voluit pueros dñs circūci-
di dum adhuc parua imaginationē habent
vt minorē dolorē sentiret. Tertia vt parentū
tristitie consulat. Mā cū ex circūcisione pleriqz
morerent si circūciderent iā magni exinde ma-
ior dolor esset parentib⁹ qz si morerent hñtes

tantū octo dies. ¶ Secunda rō sumit penes
intellectū anagogicum siue celestem. Siebat g
circūcisio die octaua vt daretur intelligi qz in
octaua resurrectionis ab oī pena ⁊ miseria cir-
cūcidemur. Et fm hoc octo dies erūt octo eta-
tes. Prima ab Adā vsqz ad noe. Scda a noe
vsqz ad abrahā. Tertia ab abrahā vsqz ad
moysen. Quarta a moyse vsqz ad dauid. Qui-
ta a dauid vsqz ad xpm. Sexta a xpo vsqz ad
finem mundi. Septima morientiu. Octaua
resurgentiu. ¶ Tertia ratio sumitur penes in-
tellectum tropologicū siue moralem. Et fm h
octo dies possunt accipi pro octo conditioni-
bus que requirunt vt aīa peccatrix circūcida-
tur ⁊ grata sit deo. Primum itaqz dies est pri-
ma conditio que est cognitio peccati. Nisi enī
peccator suā infirmitatē cognoscat nūqz ad
penitentie medicinā venire curabit. Ideo in-
quit Seneca ad Lucillū. Non est extrinsecus
malum nostrū intra nos estā viscerib⁹ ipsis
sedet. Ideo difficulter ad sanitatem venimus
qz nos egrotare nescimus. Et Augusti. super
psalmo. Nemo ait est sanabilior eo qui sibi sa-
nus videtur. Minc dauid in ps. l. dicebat. In-
quitatē meam ego cognosco. Scda dies est p-
positū deserendi malum ⁊ faciendū bonū. qd
notatur in filio prodigo qui dixit. Surgaz ⁊
ibo ad patrem meū. Tertia dies est tertia con-
ditio. s. pudor de peccato. vt homo de suis ma-
lis erubescat. Quarta dies est timor d futuro
iudicio. Quinta contritio siue dolor de peccatis.
Sexta est confessio loco ⁊ tpe. Septima spes
venie. non enī sufficiunt precedentia sine hac
septima condicione. qz vt scribit de peniten-
ti. i. in ca. nemo. Nemo potest bn agere peni-
tentia nisi sperauerit indulgentiaz. patet hoc
de iuda qui licet peccatū fuisset cōfessus tū qz
desperauit de venia damnatus est. Octaua
dies est satisfactio. His conditionibus quasi
quibusdā diebus circūciditur aīa ⁊ in statū sa-
lutis reponit atqz distinguit ab illis qui sunt
impenitentes ⁊ obstinati. Scdo considerare
habemus de terminatione circūcisionis qz tū
ad instrumentū. Siebat enim cum cultello la-
pideo vt p Josue. v. ca. ⁊ Exodi. iiii. ca. Dicit
tamē sanctus Tho. qz talis cultellus nō erat
de necessitate circūcisionis neqz quantū ad ob-
ligationem precepti neqz qz tū ad efficaciaz
sacri quod ritus iudeorum vsqz hodie osten-
dit. licet in principalibus circūcisionibus in q
b⁹ xpm significari oportebat tale instrumentū

fit adhibitum. Significabat enim xpm qui pe-
tra dicitur p similitudinē. ⁊ est cā principalis
meritoria remissiois originalis culpe. Tertio
considerare habemus determinationē circū-
cisionis q̄stum ad finem. Debuit vtriq̄ circū-
cisio finē habere. Dñi A postolus ad galathas
v. ca. In xpo enim iesu neq̄ circūcisio aliquid
valet neq̄ p̄puciu sed noua creatura. Et ite-
rum. Si circūcidimini xps nil proderit vobis
Ratio est s̄m doctores q̄ cū venit qd̄ p̄fectū
est euacuari debuit qd̄ ex parte est si ad idem
ordinet q̄ grā nō facit per duo qd̄ p̄ vnū pōt
facere sicut nec natura. Circūcisio aut̄ imper-
fecta erat respectu baptismi tripliciter. **Pri-**
mo q̄stū ad significatiōē q̄ non ita significa-
bat expresse emundationē totius hoīs ab im-
mundicia originalis culpe sicut ablutio bap̄tis-
malis. **Secdo** q̄stū ad efficaciam q̄ nō tam ha-
bundans grā ad operandū ⁊ reprimendū fo-
mitē dabat in circūcisione sicut in baptismo.
Tertio q̄stū ad vtilitatem. q̄ non erat eius
vtilitas ita cōis sicut baptismi cum haberet
determinatū populū determinatū tempus
determinatū sexum qd̄ in baptismo non acci-
dit. Et ideo adueniente baptismo debuit ces-
sare circūcisio. Sed iudei arguunt cōtra nos.
Primo q̄ **Benef. xvij. ca. d̄r.** q̄ circūcisio
datur in sedus eternū. Sed eternū est qd̄ nul-
lo fine claudit. ergo circūcisio cessare non de-
buit. **Secdo** q̄ post baptismi institutionē pau-
lus circūcidit timotheū. vt p̄ **Actū. xvi. ca.**
Rūdet sctūs **Tho.** q̄ eternū hic accipitur p̄
seculo qd̄ quidē finem habet sed nō est nobis
determinatū. Vel etiam potest dici q̄ circūci-
sio corporalis potuit esse in sedus eternū q̄stū
ad suū signatū ⁊ q̄stū ad id qd̄ ei succedit. Sic
 quid factum est in baptismo christi pertinet ad in-
 sterium omnium qui postmodum erant baptizandi.
 Quibus autem qui baptismo christi baptizantur spiritum
 sanctum recipiunt. nisi sic accedant sed illud Mat-
 thei. iij. ca. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto. Aduer-
 tendum tamen est in hoc loco. quod Augustinus dicit li. xv. de
 trinitate. Absurdissimum est dicere quod christus cum esset
 iam triginta annorum accepisset spiritum sanctum. Sed
 venit ad baptismum sicut sine peccato ita non
 sine spiritu sancto. Si enim de iohanne scriptum est
 quod replebitur spiritu sancto ex utero matris sue. quod
 de hoc christo dicendum est. cuius carnis ipsa con-
 ceptio non carnalis sed spiritualis fuit. Nunc
 ergo. id est in baptismo corpus suum. id est ecclesiam pre-
 figurare dignatur. in qua baptizati precipue
 accipiunt spiritum sanctum. Sciendum ad hoc quod ut
 Augustinus dicit li. ij. de trinitate. Spiritus sanctus descen-
 disse dicitur super christum specie corporali sicut colu-
 ba. non quod ipsa substantia spiritus sancti videretur
 qui est invisibilis. neque ita quod illa visibilis cre-
 atura in unitate persone diuine assumeretur.
 neque enim dicitur quod spiritus sanctus sit columba sicut
 dicitur quod filius dei est homo ratione unionis. dicitur
 ergo spiritus sanctus descendisse super christum in spe-
 cie columbe ratione columbe significantis spiritum
 sanctum. Quare autem apparuit in columbe specie
 triplex ratio assignatur a sancto Theodoro. Primo ad
 significandum dispositionem que requiritur in ba-
 ptizato que est ut non fictus accedat. si vult spi-
 ritum sanctum recipere. hoc autem denotat columba
 que est animal simplex astutia et dolo carens. Unde
 dicitur Matthei. x. ca. Estote simplices sicut
 columbe. Secundo apparuit spiritus sanctus in spe-
 cie columbe ad significandum effectum proprium
 baptismi. qui est remissio peccatorum et recon-
 ciliatio ad deum. Columba enim est animal man-
 suetum. Et ideo sicut Crisostomo dicit sup Matthei.
 In diluuisio apparuit hoc animal ramum ferens oli-
 ue et communem orbis terrarum tranquillitatem an-
 nuncians. Et nunc est columba apparet in bap-
 tismo liberationem nobis demonstrans. Tertio
 apparuit spiritus sanctus in specie columbe
 super christum baptizatum ad significandum communem

effectum baptismi qui est constructio ecclesie
 scilicet unionis. Columba enim est animal congrega-
 bile et amicabile. unde et Lanticoz. v. dicit de ec-
 clesia. Una est columba mea. Propter dicta
 necnon et propter sequentia de voce patris au-
 dita plerique scire cupiunt. utrum species siue
 voces in quibus apparuit pater vel filius vel
 spiritus sanctus sint administrate per angelos. Et
 respondet Alexander de ales in. i. volumine sume
 sequendo Augustini. in. iij. de trinitate. Quod omnes appa-
 ritiones tam noui quam veteris testamenti exce-
 pta illa apparitione qua filius apparuit in car-
 ne per angelos sunt administrate. unde species et
 voces per angelos formate sunt. Si autem quere-
 retur quare spiritus sanctus non formauit illam colu-
 bam vel pater voce immediate. Respondet Alexan-
 der quod hoc pertinet ad excellentiam diuinam et est
 ad excellentiam rationalis creature. Ad excellen-
 tiam quippe diuinam pertinet operari per mi-
 nistrum in his in quibus potest minister. Ad ex-
 cellentiam est ministri pertinet ministrare cre-
 atori in quibus potest. Unde cum angeli superiorum
 rem habeant deum. Inferiores corporales cre-
 aturas pares rationales competit et sibi et cre-
 atori ut sint medij in administratione creatura-
 rum corporalium et rationalium. Unde etiam
 sicut dicit Augustinus. In operibus mira-
 culosis sunt ministri angeli quantum ad ea que
 possunt. ut est preparare materiam. vel homini.
 Nam non omnia subiecta sunt potentie angelice.
 Unde etiam in opere incarnationis fuerunt
 angeli nuncij. Et etiam in operibus iustifica-
 tis sunt angeli medij in his que possunt. ut est
 excitare intellectum vel affectum. et est in genera-
 li resurrectione in collectione puluerum. Congruit
 ergo superiori operari per ministrum. Congruit
 etiam ministro habere auctoritatem respectu
 eorum que infra ipsum sunt. Unde cum assumit
 corporalis creatura irrationalis ad ostenden-
 dum presentiam diuinam competit ut admini-
 stretur per angelicam tanquam mediam inter ipsam et
 suum creatorem. Sed contra ista posset quis obijce-
 re quod carnem in qua apparuit christus filius dei non
 formauit angelus sed immediate ipse deus ergo
 columba in qua apparuit spiritus sanctus non debuit
 formare angelus sed immediate ipse deus. Ad
 hoc dicit Alexander quod non est simile quod caro
 illa fuit assumpta in unitate persone. Unde christus
 uniebatur illi carni nobilissima unione. Nec
 in illa unione congruebat ut esset principium
 alia natura quam diuina cui uniebat. sed ab eo

moueretur & formaretur cui vnicebat. Angelus est in his que ordinabantur immediate ad reconciliationem humani generis non debuit esse medius sed solum ille qui debebat esse mediator qui. scilicet. erat deus & homo. Et ideo in formatione corporis christi vel in administratione eorum que in persona christi agebantur non debuit esse angelus administrator. sed solum ille qui erat mediator. Ille autem species in quibus apparuit pater vel spiritus sanctus non fuerunt vnite ei ita ut ex illis & spiritu sancto fieret vnus in persona. Nec ordinabantur nisi ad ostendendam presentiam ipsius dei. scilicet. patris vel spiritus sancti. Vnde mediante alia creatura nobiliori potuit mouere homini creaturam assumptam ad ostendendam suam presentiam. scilicet. mediantem creatura angelica. Quis tamen habet difficultatem quedam. quia si illas species & voces formauit & mouit angelus & vnicebat illis sicut motor. ergo in illis speciebus non poterat vere dici unum vel apparere spiritus sanctus aut loqui pater sed potius angelus. Soluit hec omnia Augustinus in. iij. de trinitate. Quia licet angelus esset ille qui formaret voces illas & species. quia tamen non in persona sua sed in persona domini loquebatur. nec presentiam suam sed presentiam domini demonstrabat. Ideo dicitur non angelus sed spiritus sanctus apparere & pater loqui quia omnia hec sunt ad indicandam presentiam domini & non angeli. Ex premissis insurgit dubitatio quedam. scilicet. qualiter spiritus sanctus dicatur esse in illis sensibilibus creaturis in quibus apparuit. Ad quod ita dicit Alexander. Quia deus in creaturis irrationalibus dicitur esse dupliciter. Vel sic causa in effectum. vel sicut signatum in signo. Sicut causa in effectum dicitur esse generaliter in omnibus creaturis essentialiter presentialiter & potentialiter. quia ipse habet esse in eis sicut tenens in esse & regens eas. quia quolibet creatura quantum ad hoc recipit influentiam a deo. aliter tenderet in nihilum. Sicut autem signatum in signo dicitur esse dupliciter. Nam est quoddam signum quod est in creatura irrationali a natura. Quoddam ex institutione. Ex natura dicitur omnis creatura irrationalis esse signum totius trinitatis quantum ad conditiones penes quas determinatur vestigium trinitatis que sunt in omnibus creaturis. Sicut est vnitas veritas bonitas naturalis modus species & ordo & homini penes que deuenit in cognitionem trinitatis quo ad ea que sunt appropriata personis. Et hoc modo sic in vestigio vel signo naturali impresso a creatore dicitur esse tota trinitas in omnibus creaturis. Ex institutione est dicitur aliquam creaturam esse

signum presentie creatoris. Et hoc modo non dicitur deus esse in omnibus irrationalibus creaturis. sed in aliquibus. Nam est quoddam signum institutum ad significandam presentiam diuinam quo ad aliquem effectum. & hoc simpliciter & non ad tempus sicut est in sacramentis que instituta sunt ad significandam presentiam diuinam siue spiritum sanctum qui ad aliquem effectum gratie. Vnde quotienscumque transcunt verba super elementum ad hoc institutum. eo modo quo institutum est habet rationem sacri. Vnde sacramentum baptismi institutum est in aqua ut semper habeat fieri in aqua & non in alio elemento & sic de alijs. Et hoc modo dicitur deus esse in sacramentis. Alio modo quam in creaturis alijs irrationalibus. Vnde preter illum modum quo est ibi sicut causa in effectum est et sicut signatum in signo & ad hoc specialiter & ad semper institutum. Est autem aliud signum institutum ad significandam presentiam diuinam. non quantum ad omne tempus sed quantum ad aliquod tempus. Et hoc modo dicitur fuisse spiritus sanctus in columba. statu & igne quando apparuit super christum & super apostolos. Non enim columba assumpta signum erat naturale sed institutum a deo siue a spiritu sancto ad significandam presentiam suam non semper. sed ad tempus. scilicet. quantum ad diu mansit super christum. Et ipsa assumptio ad hoc demonstrandum erat eius institutio. Et quantum ad diu fuit signum. Erat ergo spiritus sanctus in columba sicut signatum in signo institutum siue assumptum ad tempus ad eius presentiam demonstrandam. In christo autem erat deus non solum sicut in signo. sed sicut vnitus carni vnitate personali & hoc non ad tempus sed ad semper. Et hic est modus singularis qui non reperitur in alia creatura. Sed non admittunt que dicta sunt plerique curiosi dicentes. quia cum eque nobilis sit persona spiritus sancti sicut persona filij ergo in eque nobili creatura debuit manifestari spiritus sanctus sicut manifestatus est filij. Ad quod ita respondet Alexander quia assumptio carnis non ordinabatur solum ad ostendendam presentiam filij in carne sed ad satisfaciendum pro humano genere & ad reconciliandum humanum genus deo. Quod potuit autem quod ille qui satisfaceret esset deus & homo. deus qui poterat & homo qui debebat. Similiter ut ille qui erat mediator inter deum & hominem esset deus & homo. Et ideo filius apparuit ut vnitus illi nature per quam debebat satisfacere. Sed assumptio colube siue alterius creature non ordinabatur nisi ad ostendendam presentiam spiritus sancti ad testimonium inhabitationis christi vel apostolos eius. Vnde

erat in illa creatura vt predixim⁹ sic signatus
 in signo nō in vnione psonae. Quia g̃ nihil est
 pfecte deo vnibile nisi btificabile ⁊ h̃ soluz est
 substātia rōnalis p̃ quā debebat fieri redēptō
 ⁊ reconciliatio. Iō filius apparuit solū in cre
 atura rōnali ⁊ nō quacūq; sed reparabili. S; z
 signationi siue demonstrationi pure. magis
 conuenit creatura irrationalis q̃ rōnalis. ne
 forte crederet vnita vnitate psonali sicut fili⁹
 Et iō spūs sc̃tus apparuit in creatura irrōna
 li tm̃. Insup̃ cōgruebat vt sicut erat distinctō
 psonarū ita esset distinctio signorū. vñ qz filius
 apparebat i nā hūana n̄ debuit spūs sc̃tus ap
 parere i illa nec in angelica. qz n̄ erat vnibilis
 ¶ Tertiu excellēs signū qd̃ apparuit in baptis
 mo xp̃i d̃i paterne vocis auditio. Audita q̃
 pe fuit vox p̃ris dicentis. Hic est filius meus
 dilectus. s. n̄alis. Alij at̃ sunt adoptiui in quo
 mihi bñ cōplacui. i. in quo voluntas mea cō
 plebit̃ de salute generis hūani. Vbi claret q̃ i
 baptismo xp̃i tota trinitas apparuit. vt dicit
 Nicholaus de lira sup. i. ca. Adarci. Pater in
 voce. spūs sc̃tus in colūbe specie. ⁊ fili⁹ in car
 ne. Et p̃ talē apparitionē trinitatis demōstra
 tū fuit q̃ baptismus quo baptizant̃ fideles cō
 secrat̃ in inuocatione ⁊ virtute trinitatis. fm̃
 illud Matth. ultimo. Eūtes docete oēs gen
 tes baptizantes eos in noīe p̃ris ⁊ filij ⁊ spūs
 sc̃ti. Hilari⁹ aut̃ sup̃ matth. ita pulchre loquit̃
 Sup̃ iesū baptizatū descēdit spūs sc̃tus ⁊ vox
 p̃ris audita est dicentis. Hic est filius meus
 dilectus. vt ex his que cōsumabant̃ in xp̃o co
 gnoscere post aque lanacrū ⁊ de celestib⁹
 partib⁹ sc̃m̃ i nos sp̃m̃ aduolare ⁊ paterne vo
 cis adoptione dei filios fieri. Motandū vō h̃
 est pp̃ vocabulū apparitionis fm̃ Alexandrū
 in primo sūme. Apparitio aliquā d̃i manife
 statio facta in aliquo effectu intelligibili obla
 to itellectui. Et sic d̃i Sapie. i. ca. Apparet at̃
 his qui fidē h̄nt in illū. Sc̃do apparitō d̃i ma
 nifestatio facta in aliqua similitudine corporali
 oblata imaginationi. Et hoc mō d̃i Matth. ii. ca.
 Angelus d̃ni apparuit in sōnis ioseph. Tercio d̃i
 apparitio manifestatio facta in ali
 qua similitudine corporali sensibili oblata visui. ⁊
 sic v̄sitato mō d̃i appitio. Quarto mō appari
 tio d̃i manifestatio facta in aliq̃ signo sensibi
 li representato sensui siue illud signū sit visibile
 siue audibile. Et hoc modo apparuit pater in
 voce in nouo testamento. Insup̃ sciendū vt
 inquit sc̃tus Tho. q̃ filius ⁊ spūs sc̃tus qui

sunt ab alio dicunt̃ nō solū apparere sed etiaz
 visibiliter mitti. Pater aut̃ qz non est ab alio
 apparere quidē p̃t̃ sed visibiliter mitti n̄ p̃t̃.
 Quis igit̃ tam inept⁹ tā durus aut̃ tā perti
 nar de cetero presumat esse vt n̄ humili corde
 suscipiat que de psonarū diuinarū numero ori
 gine ⁊ pp̃rietate tradunt̃. de celis ad nos veri
 tas ista descendit. Nec doceri potuit a thale
 te milesio vno ex septē sapientibus astrologo
 ⁊ philosopho. nō ab eius auditore Anaximā
 dro. nō ab istius discipulo Anaximane. non a
 discipulo Anaximanis Anaxagora. n̄ ab Ar
 chelao discipulo Anaxagore. Nō a famosissi
 mo socrate ab Anaxagora instructo. n̄ a Pla
 tone discipulo Socratis. n̄ deniq; ab Aristo
 tele auditore Platonis. q̃ oēs successiue scho
 lam tenuerūt vnus post aliū. Nō ab omnibus
 h̄mōi philosophis credimus ⁊ simpliciter cō
 fitemur p̃rem filiū ⁊ sp̃m̃ sc̃m̃ tres psonas ⁊
 vnā essentiā qm̃ dignatus est deus clemētia
 ⁊ pietate sua nobis ista reuelare. Q̃ q̃stus er
 roz vtiq; detestandus illoz qui fabulā narra
 re nos putant. cū xp̃i mysteria predicam⁹. cuz
 loquimur de psonis diuinis. dā sacrū baptis
 ma ianuā esse celestis regni docem⁹. Ecce ba
 ptizat̃ xp̃s a iōāne. ⁊ tanta de sup̃nis offerunt
 se testimonia diuinitatis sue. Quare letentur
 cūcti fideles ex aqua ⁊ spū sc̃to regenerati. spe
 rantes p̃ xp̃ianā vitaz indubitanter posse ad
 eternam beatitudinē peruenire. Ad quā nos
 perducatur filius dei qui cuz patre ⁊ spū sancto
 viuūt in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo vndecimus de ieiunio fame ⁊ ten
 tatione xp̃i p̃ prima d̃nica in quadragesima.

Actus est iesus in

desertum a spū vt tentaret̃ a diabo
 lo. Scribunt̃ hec v̄ba Matth. iiii
 ca. Docuit nos exemplo suo d̃ns
 noster iesus xp̃s equo aīo ferre queq; ardua ⁊
 difficillima si cupimus ad regna celestia. ppe
 rare. qm̃ vt inquit Gregorius in omelia. Ad
 magna premia perueniri non p̃t̃ nisi per ma
 gnos labores. Et Hieronym⁹ ad paulinum.
 Nihil sine magno labore dedit hec vita mor
 talib⁹. Ob quod doctor gentiū ⁊ vas electio
 nis dicebat Actū. xiiij. ca. Q̃ portet nos per
 multas tribulationes intrare in regnū celoꝝ.
 At ⁊ ip̃e redemptor oim̃ Matth. xi. ca. asserit
 Regnū celoꝝ vim patif ⁊ violētū rapiūt illud
 Qd̃ suo modo protulit Seneca in tragedijs

Dicēs. Nō ē mollis e terris ad astra via. Igitur
dei filius postq̄ baptizatus est desertū petijt
vbi quadraginta diebus ⁊ noctib⁹ ieiunauit.
Et cū esuriret aggressus ē illū Sathanas. va-
rijsq; tentationū prelijs cū credidit superare
qd̄ cū facere nequisset cōfusus abscessit ⁊ xpo
dño angeli misrabant. Quare vt hec oīa cla-
rius intelligant. nosq; p̄mptiores reddamur
ad penitentie crucem tollerandū atq; aiosius
cōstigam⁹ cū hoste maligno. In presenti ser-
mone de ieiunio fame ⁊ tentatiōe xpi dicem⁹
vbi tria mysteria inducim⁹ contemplanda.

Primum dicitur abstinentie.

Secundum pugne.

Tertium victorie.

Quare xps conuersatus est inter homines
⁊ quare non semper duxit austeram vitam ⁊
cur voluit ieiunare. Capitulum. i.

Primum mysteriū contemplandū dicitur absti-
nentie de quo dicit Mattheus. Ductus
est iesus in desertū. qd̄. l. s. ⁊ glosā est inter hie-
rusalē ⁊ iericho scdo lapide distans a iericho
iuxta aquas ab heliseo sanatas. ⁊ arabes stāt
ibi. Et inde discurrebant ⁊ occidebant transe-
untes. Iuxta qd̄ dñs scripsit parabolā de illo
qui iter faciebat a hierlm̄ in iericho. Luce. x.
ca. Et mō dicitur quā antana. Ductus at̄ iesus in
illud desertū a spū sancto vt dicit Grego. in
omelia. qd̄ expresse Lucas ca. iij. profiteat. In-
q̄t enī. iesus plenus spū sc̄to egressus est a ior-
dane ⁊ agebat a spū in desertū. Et cū ieiunas-
set quadraginta diebus ⁊ quadraginta nocti-
bus postea esurijt. Lucas at̄ dicit. ⁊ nihil mā-
ducauit illis diebus. Vbi pro ampliori intelli-
gentia tria dubia oriuntur.

Primum est de xpi conuersatione.

Secundum de xpi manducatione.

Tertium de xpi ieiunatione.

Primum dubiū est de xpi conuersatione. q̄re. s.
nō fuit semp in deserto ⁊ solitudine sed voluit
inter hoīes conuersari. Ad qd̄ rñdet sc̄us Tho. i.
iij. pte. q. xl. q̄ conuersatio xpi talis debuit eē vt
pueriret fini incarnatiōis s̄m quā venit i mū-
dū. Venit at̄ in mūdū. Primum qd̄ ad mani-
festandā veritatē. sic ip̄e dicit Joānis. xix. ca.
In hoc natus sū ⁊ ad hoc veni in mūdū vt te-
stimonij p̄hibeā veritati. Et iō nō debebat se
occultare vitā solitariā agens sed in publicū
p̄cedere publice predicando. Vñ Luce. iij. ca.
dixit illis q̄ volebāt eū detinere. Quia ⁊ alijs
ciuitatibus oportet me euangelizare regnum

dei q̄ iō missus sū. Scdo venit xps in mūdū
ad hoc q̄ hoīes a pctō liberaret. s̄m illud. i. ad
Thimoteū. i. ca. Xps iesus venit in hūc mūdū
pctōres saluos facere. Et iō vt Crisostō. dicit
Licet in eodē loco manendo posset oēs ad se
attrahere vt eius predicationē audirent n̄ tñ
hoc fecit. p̄bens nobis exemplū vt pambu-
lem⁹ ⁊ requiramus percūtes sic pastor oues
p̄ditā ⁊ medicus accedit ad infirmū. Tertio
venit xps in mūdū vt p̄ ipsū habeam⁹ acces-
sū ad deū. vt dicit ad Romanos. v. ca. Et ita fa-
miliariter cū hoībus cōuersando conueniens
fuit vt oībus fiduciā daret ad se accedēdi. Ex
hoc dicit Matth. ix. ca. factū est discubente eo i
domo ecce publicani ⁊ pctōres venientes di-
scubebant cū iesu ⁊ discipulis ei⁹. Sup̄ q̄ ver-
ba Hieronym⁹ ait. Videant pctōres publica-
nū. a pctōis ad meliora conuersū locū inuenisse
p̄nic. Et ob id ēt ipsi nō desperent salutē. S̄
p̄ dicta posset aliq̄s arguere ostendens q̄ xps
debuit solitariā agere vitā. Primum q̄ oport-
tebat ipsū ostendere se non solū hoīem sed ēt
deū. Sed deū nō cōuenit cū hoībus cōuersari
dicit enī Danielis. ij. ca. Exceptis dijs quorū nō
est cū hoībus conuersatio. Et philosoph⁹ dicit
in. i. politice. q̄ ille qui solitarius viuit aut ē
bestia. s. si hoc propter seuitiā faciat aut ē de⁹
si hoc faciat propter contemplandā veritatē
ergo videt q̄ nō debuit xps cū hoībus cōuer-
sari s̄ solitari⁹ viuere. Scdo debuit xps vitā
p̄fectissimā ducere p̄fectissima at̄ est vita con-
templatiua. Ad vitā at̄ cōtemplatiuā maxie
competit solitudo s̄m illud 2 sec. ij. ca. Ducā
eū in solitudinē ⁊ loquar ad cor eius. ergo vi-
det q̄ xps debuit solitariā ducere vitam. Ter-
tio cōuersatio xpi debuit esse vniformis. q̄ sp̄
in eo debuit apparere qd̄ est optimū. sed q̄nq;
xps solitaria loca querebat turbas declinans
vt Remigi⁹ dicit sup̄ mattheū. Tria refugia
legit dñs habuisse. Maūm montē ⁊ desertū
ad quorū alterum quotienscūq; a turbis com-
p̄mebat cōdescēdebat. ergo semp debuit so-
litariā vitā agere. Ad primū argumētū rñdet
sc̄us Tho. q̄ xps p̄ humanitatē suā voluit
manifestare diuinitatē. Et iō cū hoībus con-
uersando qd̄ est propriū hoīs manifestauit di-
uinitatē suā predicando ⁊ miracula faciendo
⁊ innocenter ⁊ iuste inter hoīes conuiuendo.
Ad scdm argumētū dicit q̄ vita cōtemplatiua
simpliciter est melior q̄ actiua que occupatur
circa corporales actus. Sed vita actiua s̄m quā

responso

aliquis predicando et docendo eteplata alijs
 tradit est pfectior q̄ vita que solū contempla
 tur. q̄ talis vita presupponit abundantia cō
 templationis. Et ideo x̄ps talē vitam elegit.
 Ad tertiu' vo dicimus q̄ x̄ps voluit dare ex
 emplū predicatoribus qui non semp dñt esse
 in publico. Ad hoc assignari possunt tres rō
 nes. q̄ x̄ps qñq̄ se retraxit a turbis. Prima
 ratio fuit ppter corporalē quietē. Vñ scribit
 Adarci. vi. ca. q̄ dñs dixit discipulis. Veni
 te seorsū in desertū locū et requiescite pusillū
 Erant enī qui veniebant et redibant multi et
 nec spaciū manducandi habebant. Scda rō
 fuit ppter orōnem. Vñc Lucas ca. vi. inqt.
 Exiit in montes solus orare et erat pnoctans
 in oratione dei. Vbi dicit Ambrosius. q̄ ad
 precepta virtutis suo nos informat exemplo.
 Tertia rō quare x̄ps qñq̄ retraxit se a turbis
 fuit vt doceret fauorē humanū vitandū. Vñ
 sup illud Adatth. v. ca. Videns iesus turbas
 ascendit in montē vt p hoc q̄ nō in ciuitate et
 foro sed in monte et solitudine sedit. erudit nos
 nihil ad ostentationē facere. et a tumultibus
 abscedere maxime cū de necessarijs oporteat
 disputare. ¶ Scdm dubiū est de x̄pi mandu
 catione cur videlicet x̄ps nō semp austeram
 vitā duxit. vt ioānes baptista. nec semp ieiunauit
 sed manducauit et bibit etiā cū publica
 nis et petōribus. Ad qd̄ ita rñdet sc̄tus Tho.
 q̄ cōueniētissimū est cū quis cū alijs cōuersa
 tur vt se illis in cōuersatione cōformet fm il
 lud. i. ad Corin. ix. ca. Vbi oia factus sum.
 Quare x̄ps puersans cū hoibus ppter illorū
 salutē. voluit sicut ceteri in cibo et potu se h̄re
 Sicut enī licita et landabilis est vita illi qui
 a consortio hoim segregatus abstinentiā ser
 uat. ita et vita alterius qui in societate positus
 māducat et bibit. Mā abstinentia cibi et potus
 n̄ p se ptinet ad salutē fm illud ad Romanos
 xiiij. ca. Regnū dei nō est esca et potus. ¶ Ter
 tiū dubiū erat de x̄pi ieiunatione. Cur voluit
 in deserto x̄ps ieiunare. Nō est dicendū q̄ ad
 refrenandā sensualitatē que erat pfecte obe
 diens rōni. nec ad elevationē mentis que erat
 vnita deo pfecte. nec ad virtutes acquirēdas
 que erant oēs in ipso. Ergo ieiunauit ppter
 n̄m exemplū. Vñ Crisosto. sup mattheū in
 quit. Vt discas q̄ magnū bonū est ieiuniū et
 qualiter statutū est aduersū diabolū. et qm̄ p
 baptisimū n̄ lasciuiē sed ieiunio oportz intēde
 re ipse ieiunauit non eo indigens sed nos in

struens. Quare autem tanto numero ieiunauit.
 Ratio est fm Crisostomū. Me minor vi
 deat moysē et helia qui tot diebus ieiunauerūt.
 nec vltius protraxit. ne diabolus ipsuz sup
 hoicem aliquid existimaret dum eximios pro
 phetarū in quantitate dierum superaret. Sz
 hic querunt nōnulli cum x̄ps nil comederet il
 lis quadraginta diebus et quadraginta nocti
 bus et non esurierit. A quo facta fuit illa su
 stentatio vt nō esuriret. Et ad hoc dicere pos
 sumus q̄ tribus de causis potest aliquis non
 sentire famē. Primo ex redundantia glorie
 anime in corpus fm q̄ datur corpori aliqua q̄
 litas gloriosa per modū habitus vel disposi
 tionis vt sit impassibile et sic erit in beatis per
 modū habitus immanentis. Vñ Apocalyp̄.
 vij. ca. dicitur. Non esurient neq̄ sitient am
 plius. Et sic potuit fuisse in x̄po. vt sicut dicit
 sit gloriā anime redundare in corpus q̄tum
 ad claritatē in transfiguratione p modum di
 spositionis transeuntis et non immanentis. ita
 agere poterat q̄tum ad impassibilitatē humi
 di a calore. Scdo pōt aliquis nō sentire famē
 ex aliqua virtute cibi preassumpti fortificantē
 humidū radicale et speciei virtutē. et h̄ siue illa
 virtus sit nālis illi cibo sicut erat in ligno vi
 te. vel supnaturaliter data. sicut in cibo data
 helie. iij. Regum. xix. ca. In cuius fortitudine
 ambulabat quadraginta diebus et quadragi
 ta noctibus. Sic potuit esse in x̄po q̄ preassū
 pisset aliquē cibū cui talis virtus fuit diuini
 tus data. Tertio pōt contingere q̄ aliquis nō
 sentiat famē ex suspensione actionis caloris
 nālis p virtutē deitatis immediate ita q̄ vita
 remaneat. nulla ex superioribus causis existen
 te. Et hoc fuit diuine virtuti solū in x̄po cui
 esse diuinū erat esse existere illius hois. Si vo
 dicere q̄ ex quo x̄ps n̄ esuriebat ieiunādo nō
 prebuit exemplū penalitatis et patientie. Vñ
 demus q̄ hoc nō sequit q̄ postea esuriit. In
 sup sicut martyres ppter excessū diuine dile
 ctionis et conformationē voluntatis diuine et
 expectationē glorie qñq̄ non sentiebant tor
 menta nec tñ minus merebant aut dabant ex
 emplū patientie. Ita hic x̄ps. sed ois dubitatio
 soluit q̄ postea esuriit. Contemplare nunc fi
 delis aia illū qui animantibus cunctis alimē
 ta prestat et vitam pro tuo amore fame ac siti
 q̄ sepius laborantes. et compatere illi atq̄ in
 spice diligenter qd̄ precipue tribus vicibus i
 uenit ad comedendū siue bibendū. Esuriit

equidē post ieiuniū ⁊ añ ministeriū angeloz
nō habuit nisi lapides. Esuriit adhuc i via dū
ex bethania descendens, pergebat hierusalem
⁊ nō inuenit nisi folia ficus. Ut scribit Mat
th. xxi. ca. Tandē sitiuit i cruce, ⁊ oblata fuit
ori eius spongia aceto plena. que si ad sensus
mysticū referamus cū cōtinuo xps esuriat, ⁊
sitiat salutē nrām. Pleriq; illi lapidea corda
oī duritie plena presentant. nec illū timēt nec
diligunt vt vel timore vel amore abducant a
vitijs. Alij No folia sibi ⁊ bona vba sine fru
ctibus prebent. sicut faciebant pharisei q̄s re
darguit Matth. xv. ca. dicens. Procritē bñ d
vobis, pphetavit Isaias. Populus inquit h
labijs me honorat cor at̄ eoz longe est a me.
Mōnulli insup acetū ei porrigūt ad hibendū
hi sūt qui vel mūdano amore inebriati, vl va
na sapientia ⁊ curiositate decepti nō solū non
corrigūt sua delicta, sed quod grauius est de
trahūt xpo ⁊ impia verba siue blaffema teme
re loquunt de deo. Aiunt qñq; Si xps in cru
ce voluit mori, qd nobis imputet sibi. Si de
erat cur nō absq; ignominia sue crucis indul
sit humano generi. Et filia sacrilegis buccis
publice resonātes erga xpm nulla pietate mo
uēt. O pessimū genus hoim. O mentes neq;
sime. O deniq; ingratissimi peccatores. Su
stinuit saluato: nr̄ ab vtero virginis vsq; ad
patibulū crucis tot labores, tot cruciat⁹ ⁊ pe
nas vt q̄tum nos diligebat cognoscereamus.
Post No exactos quadraginta dies ieiunij
sui voluit pro nobis peccatoribus esurire.

**De tentatione xpi quare, s. diabolus ten
tauit eum, qualiter apparuit, ⁊ cur xps voluit
tentari.** Capitulum. ij.

Secundū mysteriū p̄templandū in h ser
mone dī p̄gnē, d̄ q̄ Mattheus ita seq̄t
Accedens tentator, s. diabol⁹ vt p̄z Luce. iij.
ca. dixit ei ⁊c. Vbi tria dubia sunt declarāda.
Primum dicitur inductionis.

Secundum apparitionis.

Tertium rationis.

Primū dubiū declarandū dī inductionis
quo, s. motiuo diabol⁹ induc⁹ est vt tentaret
xpm. virtus nāq; eius demonibus nota erat
dī enī Luce. iij. ca. Exhibāt at̄ demonia a mul
tis clamantia ⁊ dicentia qz tu es filius dei. ⁊ i
crepans nō sinebat ea loqui qz sciebant ipsuz
esse xpm. Adirū ḡ videt q̄ diabolus xpm ten
tauerit. nā tentare est experimentum sumere
qd nō fit nisi de re ignota. Ad qd r̄det sciūs.

Tho. iij. pre. q. xli. Sicut Aug⁹ dicit. ix. libro
de ci. dei. Xps tm̄ innotuit demonibus q̄tuz
voluit nō p̄ id qd est vita eterna sed p̄ quedā
tpalia sue virtutis effecta. ex quibus quandā
cōiecturā habebant xpm esse filiū dei. Sed qz
rursus in eo quedā signa hūane infirmitatis
videbant. nō p̄ certo cognoscebant esse filius
dei. Et iō diabol⁹ eū tentare voluit. Hinc ait
Crisost⁹. Audiens diabolus in xpi natiui
tate angelū pastorib⁹ annūciantē. angelorum
multitudinē iubilantē. iōanē digito demon
strantē. p̄m in baptisate testificantē. spm̄
sc̄tm̄ in colūbe spē descendentē ⁊ nūc quadra
ginta diebus ⁊ noctibus ieiuantē eū esse dei
filiū suspicatus est. Sed postmodū videns eū
esurisse ipsū esse dei filiū plurimū dubitauit.
Mō enim credebat posse dei filiū esurire. Et
Hilarius sup mattheum dicit. Tentare xpm
diabolus nō fuisset ausus nisi in eo p̄ esuriti
onis infirmitatē que sunt hois recognosceret.
Et Grego. exponens illud. Si filius dei es. i
quit. Quid sibi vult talis sermonis exorsus.
nisi qz cognouerat dei filiū venturū cē. sed ve
nisse p̄ infirmitatē corporis nō putabat. Se
cundū dubiū declarandū dī apparitionis. q̄li
ter. s. apparuit xpo diabolus in hac tentatiōe
Et ad hoc dicit glosa. Oia q̄ de xpi tentatiōe
hic dicunt. corporis sensibus cōpleta sūt. Et
fm̄ quosdā credit q̄ tentator ille fuit lucifer.
primus pctōr ⁊ maxim⁹ tentator. iuxta illud
qd saluator nr̄ dixit Joānis. xij. ca. Venit enī
princeps mūdi huius ⁊ in me non h̄z quicq;.
Tertiuū dubiū declarandū dī rōnis. Quare
s. xps tentari voluit. Ad qd assignant tres p̄
cipue rōnes. Prima fuit pp̄ nrām instructio
nē. Instruxit quippe nos vt sciremus paratā
esse nobis diaboli pugnā a q̄ null⁹ quātūcūq;
sc̄tus immunis existit. Hō Hilarius sup mat
theū ait. In sanctificatis maxime diaboli tē
tamenta crassant qz victoria magis est ei ex
optanda de sc̄tis. Et sapiens. Ecclesiastici. ij.
ca. inquit. Flli accedens ad seruitutē dei sta in
iusticia ⁊ timore ⁊ p̄para aiām tuā ad tētatio
nē. Et Aug⁹ faustū. Null⁹ ē hō tāta iusticia
p̄ditus cui n̄ sit necessaria tētatio vel ad p̄fici
endū vel ad p̄bandū. Et Greg. xxiiij. mora.
Vsus nr̄i itineris nequaq; pagit sine mune
re tētationis. Hic tñ orit̄ difficultas qm̄ xpus
tentationi se exposuit. Eū ergo eius tentatio
fit nr̄m exempluz videt q̄ etiam alij debeant
se ingerere ad tentationes suscipiēdas. quod

tñ videt esse periculosū cū potius tentationū occasiōes vitare debeam⁹. Ad hoc rīdet scūs Tho. q̄ duplex est tentatiōis occasio. Vna q̄ dem ex pte hoīs puta cū aliquis se pctō p̄pin quū facit occasiones peccandi nō cuitans. Et talis occasio tentationis est vitanda. sicut dicitur est Loth Genes. xix. ca. Ne steteris in oi regione circa sodomaz. Alia No tentationis occasio est ex pte diaboli qui semp inuidet ad meliora tendentibus ⁊ talis occasio nō est vitanda. qm̄ vt inquit Paulus. i. ad corinth. x. ca. Fidelis de⁹ q̄ n̄ patit̄ vos tentare supra id qd̄ potestis. sed facit cū tentatione puentum. Et hac No tentatione cū dei adiutorio deuieta corona victorib⁹ dat. Vñ Jacobi. i. ca. dī. Beatus vir qui suffert tentationē qm̄ cū probat⁹ fuerit accipiet coronā vite quā repromisit deus diligentibus se. Scda rō quare xp̄s voluit tentari fuit propter tentatoꝝ consolationem vt. s. tētatis consolationē daret. Fuit quidē tentatus statim post baptismū qm̄. s. a patre fili⁹ fuerat appellat⁹. ⁊ spūs sc̄tūs in colūbe specie manserat sup̄ eū ⁊ celi sibi visi sūt aperiri ⁊ diebus quadraginta ⁊ noctibus ieiunauerat vt daret̄ intelligi q̄ si aliquis tentatur propter hoc nō est minus dei filiationē dignus nec sua penitentia deo est min⁹ accepta. Tertia rō quare xp̄s tentari voluit fuit ppter diaboli confusionē vt ipse dolo inuidia ⁊ malicia plenus. superatus a christo confusus abiret. sicut apparebit in sequentibus.

¶ Qualiter christus superauit omnes diaboli tentationes ⁊ de modo illarum tentationū.

Capitulum. iij.

¶ Tertiu⁹ mysteriū contemplandū de dño iesu christo dī victorie. Dicit namq̄ diabolu⁹ qui spiritualē hoīem nō statim de peccatis grauib⁹ tentat. sed paulatim a leuioꝝ incipit vt ad grauiora p̄ducatur. Idcirco de triplici vitio conatus est christum tentare.

¶ Primo de gula.

¶ Secundo de inani gloria.

¶ Tertio de auaricia.

¶ Primo tentauit christū de gula dicens. Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. h̄ Micro⁹ ita loq̄. Vane agis demon si filius dei est decipi nō poterit. si purus hō lapides i panē cōvertere nō valebit. Tñ m̄lta fuit astutia diaboli qz cogitabat intra se. Si faciat qd̄ suadeo cognoscā ipsū esse deū. Si n̄ faciat adducā eū ad presumptionē faciēdi. Nec tenta-

uit eū de cibis delicatis sed tñ necessarijs. qz arbitrabat̄ eum virū bonū qui tñ si purus hō fuisset nō deus presumens lapides in panes p̄vertere vt corporali sue fami subueniret. ob hanc inordinationē vitii gule incurreret. At xp̄s q̄ de⁹ ver⁹ erat lapides i panes cōvertere noluit qd̄ vtiq̄ facere potuisset. qz miracula fienda erant ad vtilitatē fideliū nō ad instantiā diaboli. nō enī diabolus supplicat sed tentat. Anno No sequenti pia mater impetrauit q̄ aquā in vinū conuerteret in chana galilee. Rñdit itaq̄ diabolo xp̄s vt sic dubius remaneret atq̄ deuictus. Scriptum est Deutero. viij. ca. Non in solo pane viuit hō. sed in omi verbo qd̄ p̄cedit de ore dei. qd̄ pōt intelligi b̄ verbo predicato quo aīa viuit. per gr̄as vt sit sensus. Sic panis ē cib⁹ corporis ita cib⁹ scripture ē cibus aīe. Vñ ⁊ xp̄s dixit. Joānis. ca. vi. Verba que ego locut⁹ sū. vobis spūs ⁊ vita sunt. tante efficacie verba xp̄i fuerūt tanq̄ graui⁹ doctissimēq̄. plata vt nesciret diabol⁹ aut cōtradecere aut replicare. Quare p̄cessit ad id in quo spūales viri qm̄q̄ deficiunt vt. s. aliqua ad ostentationē operent̄ qd̄ p̄tinet ad inanē gloriā. Ideo scdo de hoc vitio ipsū tentauit. Inquit namq̄ Matthe⁹ tunc. s. finita priori tentatione assūpsit eū diabolus. Quod pōt dupliciter intelligi. Vno mō q̄ supra se acceperit. Et sic vt dicit Grego. Mens hoc refugit humana. ⁊ hoc audies expanescit. sed nō est mirū q̄ p̄misit se sic a diabolo assumi. si consideret̄ q̄ p̄misit se a mēbris diaboli. s. ex eius instigatōe flagellari ⁊ crucifigi. Alio mō pōt intelligi p̄ cōcomitationē q̄si dicendo venias mecū. sic Matthe⁹. xvij. ca. Assūpsit iesus petrū iacobū ⁊ ioānē. Et Luce. xvij. Assūpsit duodecim discipulos ⁊ c. diabolus itaq̄ assūpsit xp̄m vel primo mō vt dictū ē. Et h̄m Eristo. Agebat q̄tum in se erat vt ab oībus videret̄. Et xp̄s diabolo nesciente faciebat vt nemo illū videret. Vel assūpsit eū scdo mō in sc̄tām ciuitatē. i. hierl̄m que sic noīat̄ qz diuino cultui erat deputata. Et statuit eū sup̄ pinaculū templi. Quidā dicūt q̄ pinaculū erat locus eminentis siue pulpiti vbi lex promulgabatur. Micholans No de lira dicit. Q̄ erat tectum templi qd̄ erat desup̄ planū qz sic fiebat tunc domus palestinorū. Dixit ergo diabolus xp̄o. Si filius dei es mitte te deorsū. Scriptū est enī. s. in ps̄. Angelis suis deus mandauit d̄ te vt custodiāt te in oib⁹ vijs tuis. q̄ scriptura

fm Augustinū de mēbris dī nō de xpō. Alle-
gavit No diabolus scripturā. qm̄ in priori pu-
gna fuerat a xpō p̄ scripturā cōclusus. S; ip̄e
deus incarnatus iterū sibi r̄ndit. Scriptū est
Deuterono. vi. ca. Nō tentabis dñm deū tuū
Dñm q̄s tentat cū habet nāli auxilio vel rō-
ne quid faciat. z tñ cōmittit se periculo. vt ex-
periat an deus possit vl̄ velit liberare. Aditte
re itaq; se deorsū periculū erat fm naturaz. z
miraculū facere tunc nō erat expediēs. ¶ Ter-
tio diabol⁹ tentauit xp̄m de auaricia. p̄duxit
quidē tentationē ad id qd̄ iā nō est spūaliū vi-
roz s; carnaliū. s. vt diuitias z gl̄iā mūdi cōcu-
piscāt vsq; ad contēptū dei. Et ideo in primis
duabus tentationibus dixit. Si filius dei es.
nō q̄t in tertia que nō pōt spūalibus cōuenire
Sequit̄ ergo euangelista. Iterū assūpsit eum
diabol⁹ in montē excelsū. q̄ fm aliquos distat
a loco quarantane siue ieiunij duobus milia-
ribus. Et ostendit ei oīa regna mūdi. fm Tri-
sosto. Non est intelligendū q̄ videret ipsa re-
gna vel ciuitates vel aurū vel argentū. Sed
partes in quibus vnūqdq; regnū vel ciuitas
posita est. Diabolus q̄ digito demonstrabat.
z vnusquisq; regni honorē z statū v̄bis ex-
ponebat. Vel fm Kabanū ostendit qz vani-
tatē pompe mūdane quā ipse diabolus dilige-
bat q̄ speciosa sit z desiderabilis v̄bis demō-
strauit. vt ad amandam illā ipsū induceret.
Vel fm Origenē ostendit ei quō spē p̄ diuer-
sa vitia regnabat in mūdanicis. in quibusdā. s.
p̄ supbiā. in quibusdā p̄ auariciā. i. quibusdā
p̄ luxuriā. vt exemplo multitudinis posset ad
cōsentiendū facilius inclinari. ¶ Prima exposi-
tio magis consonat littere sc̄i euāgelij. Pro-
pterea vt scribit Lucas. iij. ca. diabolus dixit
Dia mibi tradita sunt z cui volo do illa. Adē-
titus est qui est mendax z p̄ mendaciū. qz vt
inquit David in ps̄. Dñi est terra z plenitudo
eius orbis terraz z vniuersi q̄ habitant in eo
Et iterū. Tui sunt celi z tuā est terra orbis ter-
re z plenitudinē eius tu fundasti. Adēndacio
itaq; suo satagebat diabolus xp̄m seducere.
Et subdidit. hec oīa tibi dabo si cadēs adora-
ueris me. Tūc dixit ei Iesus. vade sathana. s. s;.
¶ Diero. in infernū q̄ pat⁹ ē tibi z angelis tuis
Scriptū est enī. Dñm deū tuū adorabis z illi
soli seruiēs. Non dixit hec verba exprobrati-
ua in prima z sc̄da tentatione. sed in ista qz h̄
diuinū vsurpare volebat honorē. Tunc reliq̄t
cū diabol⁹ z ecce angeli accesserūt z ministra-

bant ei. Reliquerāt enī angeli ipsū iēsū vt di-
cit Nicholaus de lira ad tps̄ vt diuinitas ei⁹
diabolū magis lateret z vt cōuenientius locū
tentādi haberet z vt victoria ipsius xp̄i excel-
lentior appareret ex hoc qz solus ipsū deuince-
ret. Et ideo victo tentatore z p̄re cōfusione re-
cedēte accesserūt angeli z ministrabant ei sic
vero dño p̄p̄riū sui. Ex quo appet̄ diuinitas
xp̄i qz nulla natura est supra angelicā nisi di-
uina. Credunt̄ q̄t ministrasse illi etiā cibū na-
turalē. sicut fecerūt helie. Insup cibarūt illum
spūali delectatione collaudando z benedicen-
dum sanctū nomen eius. qd̄ z nos semper be-
nedicamus in secula seculoz. Amen.

¶ Sermo duodecimus de dulcissimo admirā-
doz spectaculo transfigurationis xp̄i.

¶ In illos in montē

excelsū. Scribunt̄ hec verba Mat-
thei. xvij. ca. Item grandē atq; mi-
rabile opatus est xp̄s in sua transfiguratione
iocunda. Ad cuius spectaculū delectabile nō
oēs apostolos voluit adesse. Tū qz secreta nō
sunt oībus reuelanda. tū qz dñt a maiorib⁹ in
alios deriuare sicut fit i celesti ierarchia. vt re-
fert Dionysius. Tū etiā vt Damascē⁹ dicit.
Ne iudas indignus interuenisset qui nec sol⁹
repellend⁹ erat ne ad inuidiā indignationēq;
p̄uocaret. Admissi sunt No tres. Petrus p̄-
pter p̄rogatiuā feruoris fidei. Ioānes p̄pter
excellentiā virginitatis z Jacobus p̄pter pri-
oritatē martyrij. qz p̄mus sustinuit martyriū
propter xp̄m. vt p̄ Actū. xij. ca. q̄ is reuela-
ta sunt altissima mysteria xp̄i que nullus vale-
ret ingenio ac p̄p̄rijs sensibus. cōprehendere
Que tñ postmodū ab eis predicata sunt z ab
euangelistis descripta ad vtilitatē z eruditio-
nē nostram. Propterea vt mens nra illustret̄
veritatis splendore. z dñm xp̄m pio venerē-
mur affectu. in presenti sermōe de triplici sub-
limi excelsaq; dignitate saluatoris nri. dicem⁹
quā tribus discipulis p̄noīatis in sua trans-
figuratione monstrauit.

¶ Prima dī claritatis.

¶ Secunda superioritatis.

¶ Tertia equalitatis.

¶ De claritate corporis xp̄i in transfiguratio-
ne in qua monstrata fuit discipulis dignitas
eius. Capitulū i.

¶ Prima sublimis z excelsa dignitas dñi
iesu xp̄i tribus aplis demonstrata dicit̄

claritatē. vt enī inqt **Adatthe**. Transfiguratus est añ eos. nō q̄ mutauerit liniamēta corporis vel amiserit pristinā formā ⁊ faciem vt **Hiero** ait. sed ppter claritatis vultus eius immensitatē de qua dī. Resplēduīt facies ei⁹ sicut sol ⁊ vestimenta eius facta sūt alba sicut nix. **Placuit** āt sibi sic transfigurari ⁊ claritatē ostendere. qm̄ prenūciata passione sua discipulis vt scribit **Adatth**. xvi. ca. illos induxit ad sue passionis sequelā dicens. Si quis vult post me venire. s. meā doctrinā ⁊ facta sequēdo abneget semetipsū. i. affectū humanū non solū meā passionē nō impediendo sed et me ī hoc imitando. ⁊ tollat crucē suā. i. paratus sit in aīo voluntarie crucē portare in qua crucifigat ignominiose s̄m **Nicholaū** de lira. **Q** portet āt ad hoc q̄ aliquis directe pcedat in via q̄ finē aliquo qualiter precognoscat. Et precipue qm̄ via est difficilis aspa ⁊ laboriosa. finis vō iocund⁹. **Lū** ḡ x̄ps p suā passionē ad hoc puenit vt gloriā obtineret nō solū aīe quā habuit a principio cōceptionis sed etiā corporis s̄m illud **Luce** ultimo ca. **Q** portuit pati x̄pm ⁊ ita intrare in gloriā suā. Ad quā et pducit eos qui vestigia sue passionis sectant. **Ḣo** cōueniēs fuit vt discipulis gloriā claritatis ostēderet. cui suos electos pfigurabit. **Vnde** paulus ad philipens. ca. iij. dicebat. Saluatore expectam⁹ dñm iesū x̄pm qui reformabit corp⁹ humilitatis nr̄e cōfiguratū corpori claritatis sue. Sed vt pars ista lucidius explanetur tria erunt dubia declaranda.

Prīmū vtrū claritas illa quā x̄ps ostendit in facie fuit in eius corpore sicut in subiecto.

Secūm vtrū illa claritas fuit gloriosa.

Tertiū vtrū p claritatē cōuenienter significetur gloria corporū beatorum.

Ad primū dubiū rñdet **Alexāder** in. iij. volūte sume. **Q** claritas illa fuit in corpore x̄pi tā q̄ in subiecto nō tm̄ in aere circūstante. Inqt enī **Lucas**. ix. ca. Facta est dū oraret spēs eius altera. i. alterata vt dicit glosa. qd̄ nō pōt esse nisi fieret imutatio circa ipsam. **Aliter** tm̄ erat claritas in veste. ⁊ aliter in corpore. qz in corpore erat ab exteriori vt dicit. ⁊ ita vt in subiecto. s̄ i veste ab exteriori. s. a supfuso splēdore faciei **Rō** āt q̄re claritas fuit ī corpore sic in subiecto nō in veste. qz vestis nō erat glorificabilis. s̄ bñ erat glorificabile corpus. ⁊ pp hoc ad ostendendā gloriā que erit in futura resurrectione que erit in corpore sic in subiecto. sic debuit esse claritas illa in transfiguratione. **Ad** scōm

dubiū rñdet **sc̄t̄s Tho.** iij. parte. q. xlv. **Q** claritas illa quā x̄ps assumpsit in transfiguratione fuit claritas glorie q̄tm̄ ad essentiā. non tm̄ q̄tm̄ ad modū essendi. **Claritas** enī corporis gloriofi deriuat ab aīe claritate. vt **Aug⁹** dīc in epistola ad dyostorū. **Similiter** claritas corporis x̄pi in transfiguratione deriuata est a diuinitate ipsius vt **Damascenus** dicit ⁊ a gloria aīe eius. **Q** enī a principio cōceptionis gloria aīe nō redundaret ad corpus ex quadā dispensatione diuina factū est. vt in corpore passibili nr̄e redēptionis expleret mysteria. **Nō** tm̄ p hoc adempta est ptās x̄po deriuandi gl̄iam aīe ad corpus. **Et** hoc idē fecit q̄tm̄ ad claritatem in transfiguratione. aliter tm̄ q̄ in corpore glorificato. **Nā** ad corp⁹ glorificatū redūdat claritas ab aīa sicut quedā qualitas pmanēs corpus afficiens. **Vñ** fulgere corporaliter nō est miraculosū in corpore glorioso. **Sed** ad corpus x̄pi in transfiguratione deriuata est claritas a diuinitate ⁊ aīa eius. nō p modū qualitatis imanētis ⁊ afficientis ipsū corpus. sed magis p modū passionis transeuntis sicut cū aer illuminat a sole. **Vñ** ille fulgor tūc in corpore x̄pi apparens miraculosus fuit sicut ⁊ h̄ ipsū q̄ ambulauit sup vndas maris. **Ex** quo nō tenet opinio hugonis de sc̄to victore qui dixit. **Q** x̄ps assumpsit dotes claritatis in transfiguratione. agilitatis ambulando sup mare. **Subtilitatis** egrediendo de clauso virginis vtero. qz dos noiat quandā qualitātē immanentē corpori glorioso. sed miraculose habuit ea que pertinent ad dotes. **Et** est simile q̄tm̄ ad animā de visione qua paulus vidit deum in raptn. **Illa** ergo claritas fuit claritas glorie modo dicto. sed nō corporis gloriofi. **Ideo** inquit **Bedda** sup. xvij. ca. **Adatthei**. In corpore mortali ostendit nō immortalitatē sed claritatē similit̄ future immortalitati. **Sz** propter dicta querunt nonnulli. **An** solum x̄pi corpus fuit transfigurabile. nam scribitur de moyse **Exodi**. xxxiij. ca. **Q** apparuit facies eius cornuta ex cōsortio sermōis dñi ex maximo splēdore. **Et**. ij. ad **Corinthios**. iij. ca. dī. **Q** nō poterant filij israel intendere in facie moyse pp gloriā vultus eius. **Insup** de brā virgine dīc glosa sup illo verbo **Adatth**. i. ca. **Non** cognoscebat eam donec peperit filium suū primo genitū. quia ioseph mariam facie ad faciem videre nō poterat. **Quare** videtur q̄ corpus moyse ⁊ virginis fuit trāffiguratū. **Ad** h̄ dīc

Alexander in. iij. vbi. s. **Q**ualiter fuit similitudo glorie in facie moysi. in bta virgine et in corpore xpi. In facie namque moysi et bte virginis fuit similitudo claritatis que erat alterius generis simpliciter que claritas glorie. Sed in corpore xpi fuit claritas que erat eiusdem generis cum claritate glorie. et si non simpliciter tamen secundum partem. Et hoc est quod radius claritatis in facie moysi fuit a portio dei que habebat spiritualiter in mente. Sicut radius claritatis in facie virginis erat ex consortio dei que non solum habebat spiritualiter in mente. sed et corporaliter in ventre. Sed in corpore xpi fuit claritas ex unione cum diuinitate et aia in parte superiori bte. Et per hoc nulla alia ostensio claritatis debuit dici transfiguratio sicut ista. quod solum illa que est in expressa similitudine ad gloriam dei dici transfiguratio. Et si ad hoc diceretur quod claritas moysi fuit maior claritate xpi eo quod non poterat precipi nisi velaretur. ergo magis fuit ostensiva claritatis glorie. Respondet Alexander. **Q**uod non fuit copiosior claritas glorie moysi quam claritas corporis xpi. Nam quod claritas faciei moysi non potest videri fiebat non quod maior esset sed quod offendebat et disgregabat visum. Sicut et videmus de claritate solis que per hunc non potest videri. Sed claritas apparens in facie xpi erat delectans visum et confortans. sicut claritas glorie que confortat et corroborat visum. Vnde Apocalyp. xxi. ca. Claritas ciuitatis supne comparatur iaspidi et claritas delectat et delectat aspectum. Sed his obijci potest. quod dicitur quod claritas corporis xpi fuit similis claritati solis que videri non potest. nec ita videri potuit claritas corporis xpi. Respondemus quod claritas corporis xpi dicitur similis claritati solis. quod sol excedit in lumine omnes planetas. Tamen glossa dicit Matthei. xvij. ca. Resplenduit facies eius sicut sol plus certe quam sol sed non habuit exemplum maius cui compararet. Si vero aliquis quereret cur non comparata fuit claritas illa claritati Iaspidis sicut solis. Dicimus quod claritas iaspidis sit delectabilis non tamen ita est omnibus nota sicut claritas solis. Ad tertium iam dubium est deueniendum an. scilicet per claritatem venient significet gloria corporum beatorum. Et videtur quod non. Nam claritas non solum est corporum glorificatorum imo et corporum aliorum corporum. Conuenientior autem est ostensio facta per proprietates proprias sicut per agilitatem impassibilitatem et subtilitatem que per communes. Ad hanc ita pulchre dicit Alexander. **Q**uod cum sint quattuor proprietates secundum quas ostenditur glorificatio corporum ipsa claritas est principalis ad quam conse-

quunt cetera. Naturam enim lucis consequitur subtilitas. unde lux per naturam habet subtilitatem ad penetrandum corpora maxime corpora transparentia sicut per in lapide cristallino que penetrat a luce. Similiter ad ipsam consequitur agilitas. unde motus vel mutatio eius fit quasi subito. Similiter ad ipsam consequitur impassibilitas. unde etiam nullum inquinamentum patitur ab alijs. Quia ergo claritas presupponit omnes alias proprietates que sunt corporum glorificatorum et nulla illarum ponit omnes alias. Ideo conuenienter fit ostensio glorificationis corporum per claritatem. Idcirco dominus in euangelio Matthei. xiiij. ca. Significans gloriam resurrectionis non multiplicat verba. sed perfecte integre et totaliter significat per claritatem cum dicit Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.

¶ De apparitione moysi et helie qui cum christo reuerenter loquebantur exhibendo illi tanquam vero deo reuerentiam et honorem. Capitulum. ij. **¶** Ecce sublimis et excelsa dignitas domini iesu christi apostolis demonstrata. dicitur superioritatis. Quia enim ut ait Crisostomus. Alij dicebant eum esse heliam. Alij Jeremiam autem unum ex prophetis. ideo capita prophetarum induxit ut differentia appareat inter seruos et dominum ostendendo quod non erat helias neque moyses. sed illis superior imo et dominum se angelorum et hominum manifestaret. Ecce inquit Mattheus. Apparuit illis moyses et helias cum eo loquentes. Pro clarioribus vero huiusmodi intelligentia tria sunt hic dubia declaranda. Primum quod apparuerunt ibi moyses et helias. Secundum quod discipuli cognouerunt illos. Tertium quid loquebantur.

¶ Ad primum dubium diuersimode respondet a multis. Quidam enim dicunt. quod moyses et helias non apparuerunt ibi vere sed imaginarie. Alij vero quod angeli per personarum eorum in assumptis corporibus in ipsorum. scilicet moysi et helie similitudine apparuerunt. Nec fuit fictio quod illud angeli fecerunt et de intentione eorum quod ipsi personaliter fecissent. Sic et dicit dominus locutus est ad moysen quem angelus in persona domini loquebatur. Nonnulli autem asserunt quod apparuerunt ibi moyses et helias vere. Sed apparuit moyses in suo corpore reassumpto ad tempus. Hoc videtur dixisse Augustinus in libro de mirabilibus sacre scripture. Nec mirum est quod per tam magna re ad tempus resurrexerit et realliter venerit. Alexander autem in. iij. dicit. **¶** Apparuit ibi helias in corpore et aia. moyses vero in aia tantum. Ut enim inquit Augustinus ad paulinum in libro de cura per mortuis agenda. Alij sunt humanarum limites rerum.

 it virga qua moyses p̄cussit aqs fluminis que
 mox velut sanguis facte potari nō poterant.
 hec fuit virga in q̄ cōpleta sūt alia signa que
 omittamus cā breuitatis. Non est tñ pretere

undū silentio id qd̄ factū est dū opus fuit pu-
 gnare p̄ amalechitas. vt enī scriptura tradit
 Exodi. xvij. ca. **T**unc dixit moyses ad Josue.
 Elige viros z egressus pugna p̄ amalech. cras
 ego stabo in vertice collis hñs virgā dei i ma-
 nu mea. **F**ecit iosue iuxta vba moysi z pugna-
 uit p̄ amalech. **A**d moyses at̄ z aaron z hur ascē-
 derūt sup verticē collis. orauitqz ibi moyses ex
 p̄sis manib⁹ z secuta ē victoria. **Q**uid in tot
 prodigijs dei virtute ac potētia opatis virga
 illa semp̄ p̄recta fuit vsqz ad hanc victoriam
 nisi vt p̄signaret virga crucis xp̄i in q̄ cōsū-
 manda erat hūani generis redemptio z ptās
 diabolica superanda. In. xv. insup Exodi ca.
 narrat quēadmodū aq̄ marath fluminis ama-
 rissime in dulcedinē verse sūt eo q̄ moyses po-
 suit ibi lignū qd̄dā qd̄ ostendit ei de⁹. **E**t hoc
 lignū crucis xp̄i p̄signauit. qm̄ per xp̄m in eo
 crucifixū amaritudo peccatoz hoim vertit̄ in
 dulcedinē quibus dat̄ spes z fiducia venie cō-
 sequende. **E**xodi ē ca. xvij. fit mentio de ar-
 cha quā fecit besleel de lignis sethim. in q̄ re-
 condita fuerūt virga in memoriā liberatiōis
 de egypto. **A**dāna in memoriā refectionis in
 deserto z tabule i memoriā date legis. **E**t hec
 archa figura esse potuit crucis de ligno fabri-
 cande. in qua reponi debebat saluator mundi
In ipso nāqz fuerūt tres nature in vna p̄so-
 na diuina. s. increata z spūalis creata z corpa-
 lis. diuina nā designat̄ p̄ virgā. nā fm eā ipse
 dei filius est dei virtus. **S**pūalis etiā natura
 xp̄i. s. aia ei⁹ scriissima p̄ duas tabulas legis ex-
 primit̄ in quibus erat lex diuina p̄scripta. per
 duas nāqz tabulas duo designant̄ q̄ sūt in aia
 xp̄i. intellect⁹ videlicet in q̄ erat ois scia. z vo-
 luntas in q̄ fuit ois rectitudo z bonitas. p̄ mā-
 na **V**o denotat̄ nā carnis xp̄i que fuit purissi-
 ma ab oi labe pcti. **V**ltimo ad mentē euocan-
 dū censeo illud qd̄ Numeri ca. xxi. ponit. qm̄
 misit deus in pplm de ipso male loquentē ser-
 pentes ignitos. z oranti pro pplō moysi dixit
 dñs. fac serpentē cneū z pone in pticā eminen-
 tē i medio ppli z quicūqz p̄cussus fuerit a ser-
 pēte respiciat eū z viuet. z factū ē ita. **H**ic ser-
 pēs figura fuit xp̄i q̄ in ptica crucis effigend⁹
 erat. p̄ cui⁹ intuitū fide ac deuotōe sanamur a
 morib⁹ demonioz. **E**x dictis clarere pōt qz sit
 p̄celsa q̄ne sublimis arbor cruci xp̄i. q̄ deputa-
 ta fuit vt eēt instrumētum in q̄ dei fili⁹ hoim
 pctā sanaret. **S**ecdo possum⁹ cognoscere di-
 gnitatē z magnificētā cruci si p̄siderem⁹ ei⁹

reuelationē. Innotuit quippe regine Sabbe
q̄ in cruce pati debebat dei filius incarnatus
qd̄ nō ex vi sui ingenij sed dei reuelatione pre
uenit. Sic enī de mysterijs xp̄i p̄phético sp̄u
sibylle locute sūt. ita hec regina Sabba p̄dixit
in ligno xp̄m fore passurū. Qualiter at̄ hoc fa
ctū sit audiamus. Refert mgr̄ in historia scho
lastica. Q̄ regina Sabba vidit in quadā do
mo salomonis q̄ dicebat̄ domus saltus lignū
quoddā pulcherrimū dixitq̄ salomoni q̄ in
illo esset crucifigendus vnus. p̄ cuius mortem
regnū iudeoz̄ deleri debebat. Istud at̄ lignuz̄
vt asserit ioh̄nes belet remanserat in pretacta
domo. qm̄ cū satis rectū et pulcherrimū vide
ret nunq̄ potuit alicui opificio deputari. duz̄
at̄ qn̄q̄ longitudine supabat. aliq̄n̄ v̄o breui
tate deficiebat. Quare artifices illud dimise
runt. Salomō itaq̄ verba regine Sabbe ma
gnificiens. lignū ipsū in pfundis terre visce
ribus iussit sepeliri. In eo at̄ loco postea p̄ba
tica piscina fuit cōstructa. de qua dicit Joā
nes. v. ca. Q̄ in circuitu iacebat ifirmoz̄ mul
titudō. Angelus v̄o dñi fm̄ t̄ps̄ descendebat
in piscinā et mouebat̄ aqua et sanabat̄ vnus.
Que utiq̄ fiebant nō solū angeli descenden
tis presentia. sed etiā fm̄ aliquos ipsius ligni
virtute. Instante at̄ die qua xp̄s crucifigi de
bebat. pretactū lignū supnatasse miraculose p̄
hibet. qd̄ vidētes iudei acceperūt et ex eo cru
cē dño parauerūt. ¶ Tertio possumus cogno
scere dignitatē et magnificentia crucis si con
sideremus eius inuentionē. Nā post xp̄i passi
onē iterū a iudeis abscondita fuit. et p̄ annos
ducentos et vltra sub terra latuit. Inuēta v̄o
fuit ab helena cōstantini matre mō q̄ sequit̄.
Eū enī ipse cōstantinus vt ecclesiastica testat̄
historia cū hostibus copiosissime cōgregatis
iuxta danubiū manus cōserere deberet. nocte
sui exercitus pericula cogitans et timēs suoz̄
stragem et sanguinis effusionē oculos ad celū
lenauit. Et in somnis vidit ad orientālē p̄tem
signū crucis in celo. s. aereo fulgore igneo ruti
lare. Angelosq̄ astare sibiq̄ dicere Cōstan
tine in hoc signo vinces. Qui tali visionē p̄for
tatus similitudinē ipsi⁹ ex auro fecit. et ante suū
exercitū ferri iussit. irruensq̄ in hostes ipsos i
fugā p̄uertit. et multitudinē maximā interfe
cit. Scdm̄ quosdā iste cōstantin⁹ fuit p̄r̄ illius
cōstantini quē b̄tissimus silvester baptizauit q̄
post victoriā in xp̄m credidit. Et postmodū
ab Eusebio papa suscepit sacrum baptisma.

Mortuo v̄o eo Cōstantinus filius memor
victorie p̄ris quā virtute sc̄tē crucē habuerat
helenā matrē suā hierosolymā p̄ ip̄a cruce i
uenienda transmisit. Alij v̄o tenēt q̄ iste cō
stantinus fuit idē quē baptizauit. Silvester q̄
post illā victoriā habitā p̄fecte n̄ credidit nec
tūc sacrum baptisma suscepit. S; aliquāto t̄ps̄
interiecto visionē illā petri et pauli vidit et sa
cro baptismate est renatus et a lepra mūdatus
in xp̄m deinceps p̄fecte credidit et sic matrem
suā hierosolymaz̄ misit vt crucē dñi req̄reret
Eū at̄ hierosolymā helena venisset. oēs iudeo
rū sapientes q̄ p̄ totā regionē repti sunt ad se
cōgregari p̄cepit q̄s de cruce xp̄i et passionis
loco interrogauit. cōminataq̄ est illis q̄ nisi
veritatē patefacerēt. faceret eos oēs igne cre
mari. At illi timētes tradiderūt quēdā apud
eos multe auctoritatis virū cui nomē erat iu
das dicentes. Nō dñi iusti et p̄phete filius
optime nouit legē. et tibi oia q̄ ab eo q̄sieris in
dicabit. Tūc illa oēs dimittens tenuit iudam
Qui dixit. mors et vita apposita sūt tibi q̄ ma
lueris elige. ostēde mihi lignū sc̄tē crucē. Qui
dū hoc se scire negaret duro est carceri manci
pat⁹. Post dies v̄o sex extrahi se petijt et cru
cem se indicaturū p̄misit. Eū ergo extractus
veniss; ad locū et ibidē orasset. locus subito cō
mouet̄ et fumus aromatū miri odoris sentit̄.
ita vt miratus iudas ambabus manib⁹ plau
deret ac diceret. In veritate xp̄e tu es saluator
mūdi. Erat at̄ i illo loco sic i historia eccl̄iasti
ca legit̄ tēplū vener; qd̄ Adrian⁹ ipator ibidē
p̄struxerat. vt si quis xp̄ianoꝝ i illo loco ado
rare voluisset videret̄ venerē adorare. Ob qd̄
pene obliuioni locus fuerat datus. Regina at̄
templū fūditus fecit destrui. et locū arari. P̄
hoc iudas p̄cingens se viriliter fodere cepit. et
viginti passus fodiens tres cruces abscondi
tas reperit quas ad reginā p̄tin⁹ deportauit
Eū at̄ crucē xp̄i ab illis latronū nescirent di
scernere eas in ciuitatis medio posuerūt. ibi
dē gl̄iam dñi prestolātes. Et ecce circa horaz̄
nonā quidā iuuenis mortuus deser̄t. iudas se
retrū tenuit et primā et sc̄dam crucē sup̄ corp⁹
defuncti posuit sed nequaq̄ ille surrexit. Ap
posita v̄o tertia p̄tinus redijt defunctus ad
vitā p̄ h̄ iudas baptizat̄ et griacus appellat̄
q̄ defūcto hierosolomytanoꝝ ep̄o est ep̄s ordi
natus. Eū aut̄ b̄tā helena clauos dñi nō habe
ret rogauit ep̄m quiriacū vt ad locū p̄geret et
clauos inquireret. qui dum venisset ad locū et

drasset continuo clauū velut aurū in terra fulgentes apparuerūt. q̄s ille accipiēs regine detulit. Crucis No ptē helena detulit filio. p̄tez No argento ornatā reliq̄t in loco. Clauos in sup obtulit filio. Ex quib⁹ vt refert Eusebius cesariensis frena quib⁹ vteret ad bella cōpo fuit. ⁊ ex alijs galeā suā armauit. Gregorius No turonens⁹ asserit fuisse quattuor clauos. ex quibus helena duos in freno imperatoris posuit. tertiū in imagine cōstātinī q̄ rome sup geminebat vrbī locauit. Et quartum in mare adrianū qd vsq; tūc fuerat nauigantiū vorago piccit. Patet iā q̄ excelsa sit gloria crucis qm̄ vt Erisostō. dicit. Crux de penis latronūz transit ad frontes imperatorū.

Qualiter crux exaltata fuit dnm x̄ps in illa pependit. ⁊ post tpe heraclij imperatoris ⁊ in fine in die iudicij. *Capitulum ij.*

Secundū mysteriū contemplandū de cruce x̄pi dī exaltationis. Potest autem distinguī triplex exaltatio.

- Prima dī passionis.
- Secunda singularis.
- Tertia generalis.

Prima exaltatio crucis dī passionis. tūc siquidē exaltata fuit qm̄ in ea exaltatus est dei filius. q̄ Joānis. xij. ca. dixit. Ego si exaltatus fuero a terra oīa trahā ad meipsū. Sed h̄ posset aliq̄s querere. Cur x̄ps mori noluit in aliq̄ domo siue sub tecto. s; crucifixus i aere. ad qd̄ r̄ndemus q̄ hoc cōgrue factū est. triplici rōne

- Primo ratione medietatis.
- Secundo ratione cōmunitatis.
- Tertio ratione sanctitatis.

Primo x̄ps mori voluit in aere rōne medietatis ad innuendū q̄ sicut aer est medius inter celū ⁊ terrā. sic ip̄e fuit mediator inter deū ⁊ hoīem. Scribit tñ Aug⁹ li. ix. de ciui. del. qd̄ qdā phi dixerūt mediatores eē int̄ nos ⁊ deūz demones. qm̄ deus est immortalis ⁊ sine oī miseria. hoīes miseri ⁊ mortales demōes miseri ⁊ mortales. Lū ḡ immortale ⁊ miserū mediū sit inter immortale ⁊ btūm ⁊ mortale ⁊ miserū. videret q̄ demones inter deū ⁊ hoīes debeant esse mediatores. Sed hoc esse nō pōt. qz demones separant ⁊ impediūt accessū ad btitudinē. Jō dicit Aug⁹. Alius est medius malus q̄ separat amicos. sic est diabol⁹. Alius est medi⁹ bonus q̄ reconciliat inimicos. s. dñs iesus x̄ps. Sicut angeli boni nō p̄nt esse mediatores qm̄ ipsi sūt immortales ⁊ bti quoz neutra pprietas

cōuenit hoī. Oportet ergo q̄ aliq̄s sit mediator q̄ sit mortalis ⁊ btū. mortalis ad tps. btū ppetuo. vt eo q̄ mortalis ad tps cōueniat cū hoīe existente in via. p hoc q̄ btū pueniat cū his qui existunt in p̄ia. talis est x̄ps deus hō. Ideo Aug⁹ vbi. s. dicit. Querēdus est medi⁹ q̄ nō solū homo verū etiā deus sit. vt hoīes ex mortali miseria ad btām immortalitatez huius medi⁹ btā mortalitas interueniēdo perducatur. Quē neq; nō fieri mortalē oportebat neq; pmanere mortalē. Mortalis quippe factus est nō infirmata vbi diuinitate. sed carnis infirmitate pcepta. Non at pmanit in ipsa carne mortalis qz resurrexit a mortuis qm̄ hic ē fructus mediationis eius. vt nec ipsi pp̄ q̄s liberandos mediator effect⁹ est. in ppetua carnis morte remaneret piū itaq; mediatores inter nos ⁊ deū ⁊ mortalitātē h̄re oportuit transcūtē. ⁊ beatitudinē pmanentē. vt p id qd̄ transit congrueret mortuis. ⁊ ad id qd̄ pmanet transferret ex mortuis. Ex his colligimus q̄ x̄pus inq̄stū hō est mediator int̄ nos ⁊ deū. vt dicit Alexander in. iij. Extrema enī sūt deus immortalis ⁊ btū hō mortalis ⁊ miser. Medius est hō mortalis ⁊ btū qui fuit x̄ps q̄stū ad nām humanā. Sed h̄ hoc argui posset ac mōstrari q̄ x̄ps inq̄stū hō nō sit mediator. Medius enī d; cōicare cū vtroq; extremoz. S; x̄ps inq̄stū hō nō cōicat nisi cū altero. s. cū hoībus ⁊ nō cū deo. ergo inq̄stū hō nō est mediator. Ad h̄ r̄ndet Alexander q̄ mediū dī tripliciter. Primo q̄stū ad cōuenientiā nature. Secdo q̄stum ad cōuenientiā pprietas. Tertio q̄stū ad cōuenientiā psonē. Primo mō est mediū in coloribus. Et sic nō est mediū inter deū ⁊ hoīem qm̄ nō pōt esse nā media. Secdo q̄stū ad cōuenientiā pprietas x̄ps pōt dici medius q̄stū ad humanā nām inter deū ⁊ hoīem. qm̄ h; pprietas cōuenientes cū vtroq; cū deo. s. btitudinē. plenitudinē gr̄e ⁊ scie. Et h; alias pprietas in quibus cōicat cū hoīe. s. mortalitātē ⁊ alios cōmunes defectus. Lū ergo dī q̄ necessariū est mediū cōicare cū extremis. Intelligendū q̄ deus ⁊ hō non sunt extrema fm̄ suas naturas. s; q̄stū ad suas pprietas. Vñ deus dicebat extremū rōne sue immortalitatis ⁊ btitudinis. hō No rōne sue miserie ⁊ mortalitatis. X̄ps at q̄stū ad nām humanā vtriusq; cōicat alterā pprietas. Tertio mō dī x̄ps medius inter deū ⁊ hoīem. s. q̄stū ad cōuenientiā persone eo q̄ eius ypostasis est in duabus na-

turis. **Dñ** dicit **Damasceus**. q̄ eius yposta
sis est ex duab⁹ naturis. q̄ sic exponit. id est i
duabus naturis subsistit. s. diuina ⁊ humana
nec mutat diuina in humanā. nec ecōuerso. s. ⁊
vtraq; in sua pfectione remanet. **Xps** ḡ q̄tū
ad humanitatē pōt dici mediator dei ⁊ hoim
q̄ licet q̄tū ad nāz cōicet cū hoibus solū. rōe
tñ p̄sone cōicat cū deo. qm̄ p̄sonaz habet filij
dei nō personā creatā aut compositā. sed eter
nā ⁊ simplicē. ¶ **Sedō** xps mori voluit cruci
fixus in aere rōe cōitatis. Quia sicut aer oib⁹
est cōis ita eius passio. **Mā** passiones alioz s̄
ctoꝝ fuerūt pp̄rie. Quia petrus passus est p̄
pter se. paulus propter se. ita ⁊ ceteri. **Xps** vō
passus est cōiter propter oēs. Eius enī passio
fuit cōis illis qui sūt in celo. i. angelis q̄ sunt
reparati. Illis qui sunt in mūdo isto q̄ p̄ suaz
passionē sunt saluati. **Dñ** ad **Collocens**. i. ca.
Aplus dicit. **Pacificans** p̄ sanguinē crucis ei⁹
siue que in terris. i. hoies. siue que in celis sunt
i. angelos. Suit et cōis illis q̄ erant in inferno
id est patribus inde liberatis. licet nō fuerit cō
munis demonibus ⁊ reliquis dānatis p̄ diffi
nitivā sniam q̄ remanserūt in suis supplicijs
desolati. ¶ **Tertio** xps mori voluit crucifixus
in aere rōne sc̄itatis. vt aerē sc̄ificaret. **San**
ctificauerat quidē terrā trigintatribus ānis
sup eā ambulando. **Sanctificauerat** aquā in
ipsa se baptizari faciendo. **Sc̄ificaturus** erat
ignē sp̄m sc̄m in specie ignis mittendo. nō re
stabat nisi vt sanctificaret aerē n̄ sub tecto s. ⁊
in ipso moriendo. **Idco** **Crifosto.** in sermone
de passioe ait. In excelso ligno ⁊ nō sub tecto
passus est vt et ipsius aeris nā mūdaret. Sed
⁊ ipsa terra si se bñficiū sentiebat decurrentis
de latere sanguis stillatōe mundata. ¶ **Sedā**
exaltatio crucis dī singularis. **Celebrat** quidē
ecclia solēniter q̄tū ad officia festū exaltatōis
sancte crucis. propter id qd̄ euenit Anno xpi
sexcentesimo q̄ntodecimo. Illo nanq; tpe p̄mit
tente dño suū pplm̄ flagellari p̄ sc̄uitiā paga
noꝝ. **Losdroe** rex persarū mlt̄a regna suo im
perio subiugauit. **Ierusalē** at̄ veniens p̄tez
sc̄tē crucis quā sc̄tā helena ibi reliquerat tulit
secūq; asportauit. **Volens** autem ab omnibus
coli vt deus. **turrim** ex auro ⁊ argento ⁊ inter
lucentibus gēmis fecit. **Et** ibidez solis ⁊ lune
ac stellaz imagines collocauit. p̄ subtiles etiā
⁊ occultos ductus quasi deus aquā desup infū
debat. **Et** in subterraneo specu equi q̄drigas
trahentes in circuitu ibant vt quasi terrā mo

uerent ⁊ tonitrū simularēt. **Filio** ergo suo re
gno tradito in tali phano prophanus residet.
⁊ iuxta se crucem dñi collocās. appellari se ab
oibus deū iubet. **Et** sicut legit̄ in libro mitra
li de officio. **Ipsē** cosdroe in throno residens
tanq; pater lignū crucis sibi a dextris posuit
loco filij. ⁊ gallū a sinistris loco sp̄s sancti. se
vō patrez voluit noiari. **Tunc** heracius im
perator exercitū copiosū collegit ⁊ cōtra filiū
cosdroe iuxta danubiū fluiū dimicatur⁹ ad
uenit. **Tandē** vtriusq; p̄ncipibus placuit vt
ipsi sup pontē soli certarēt. ⁊ qui victor exis
set ip̄e sine damno vtriusq; exercit⁹ imperiū
retineret. **Decretū** etiā exijt vt quicūq; p̄nci
pem suū iuuare presumeret cruribus excisis
⁊ brachijs in flumine mergeret. **At** heracius
totū se deo obtulit. ⁊ se cruci sc̄issime deuotō
ne qua potuit cōmendauit. **Factū** est autē vt
deo propitio heracius victor euaderet. q̄ cun
ctū exercitū inimicoꝝ sue pt̄ati subegit. **Los**
droe vō ignorabat exitū belli q̄ cū ab oibus
odiret sibi a nemine intima. **Quare** heraci⁹
ad eū puenit ⁊ in throno aureo eū sedentē re
piens. interrogauit an vellet sac̄ū baptisma
suscipere. itaq; vitā cū regno parit cōseruare
Qd̄ cū ille acceptare nolisset ab heracio est
decollatus. **Filiū** vō suū decem annoz bap
tizari fecit ⁊ de sc̄o fonte ipsū suscipiens regnū
paternū ei dimisit. **Turrim** vō illam destru
ens argentum in predam sui exercitus dedit
Aurū vō ⁊ gēmas ad reparandas ecclesias
quas tyrānus destruxerat reseruauit. **Sacrā**
igit̄ crucē suscipiens hierosolymā reportauit
Quā at̄ de monte oliueti descendens per portā
qua dñs passurus trāstierat. in equo suo regio
⁊ ornamentis imperialibus ingredi vellet. re
pente lapides porte descenderūt ⁊ inuicez q̄si
esset vnus paries se clauserūt. **Sup** quo cun
ctis stupentibus. angelus dñi signū crucis in
manibus tenens. sup portā apparuit dicens.
Quā rex celozū per hanc portā ad passionē in
traret nō cultu regio. sed humili asello ingre
diens humilitatis exemplū suis cultozib⁹ de
reliquit. his dictis angelus abscellit. **Tūc** im
perator se vsq; ad camisiā exiit. deposuitq;
calciamenta crucēq; dñi cū lachrymis accipi
ens vsq; ad portā baiulauit. moxq; porta cū
ctis patuit redeuntibus lapidibus ad pristina
loca diuina virtute. **Rex** aut̄ deuotissimus in
has crucis laudes prupit. **Quā** crux splendidior
cunctis astris. mūdi celebris. hoibus multum

amabilis. sanctior vniuersis. que sola fuisti di-
gna portare talentū mūdi dulce lignū dulces
clauos dulcia ferens pondera salua presentes
cateruā in tuis hodie laudibus cōgregatam.
Sicq; preciosa crux in suo loco restituit. et an-
tiqua miracula renouant. Adortuus quidam
vite restituit. paralitici quattuor curant. Le-
prosi decem mūdant. Quindecim ceci illumi-
nant. Demones effugant. plurimiq; a varijs
languorib; liberant. Et ita impator ecclesias
reparans. et regijs muneribus dotans ad pro-
pria remeant. ¶ Tertia exaltatio crucis dī ge-
neralis. Erīt quippe crux in die iudicij exalta-
ta. q; vt cantat ecclesia. Hoc signū crucis erit
in celo cū dñs ad iudicandū venerit. Et vt ex
dictis Crisostomi colligi pōt. Crux in qua sal-
uator n̄r pependit miraculose reparabit et ap-
parebit sole lucentior. Ipsa insup signa crucis
in corpore xp̄i videbunt ab oībus q; i manib;
eius pedibus et latere ideo seruata sunt vt in
p̄petuū sue victorie xp̄s ferret triūphū. Tunc
vt ait Hiero⁹ ad heliodorū de cōtemptu mū-
di. Tu rusticanus exultabis ac dicēs. Ecce cru-
cifixus deus meus. Ecce q; obuolutus pannis
in presepio vagijt. hic ost operarij ac q̄stuarie
filius. hic demoniū hñs et samarites. hic vesti-
tus coccino. hic sentibus coronat⁹. Nerne ma-
nus iudee q̄s fixeras. vide latus romane qd̄ fo-
deras. videte corpus an idem sit quod diceba-
tis clam nocte sustulisse discipulos.

¶ Qualiter adoranda est crux in qua xp̄s pe-
pendit. et alie cruces in quibus non pependit.

Capitulum. iij.

¶ Tertiu⁹ mysteriū contemplandū de cruce
xp̄i dī adorationis. In quo aperire debe-
mus vtrū cultus latrie sit exhibend⁹ cruci xp̄i
Ad qd̄ rñdet Bonauen. in. iij. di. x. ¶ Hic est
multiplex mod⁹ dicendi. Quidā enī tenent q;
ipsi cruci debet honor qui dī yperdulia. Et rō-
huius est q; ipsa crux fuit instrumentū totius
redēptionis humane. In ipsa enī salus et redē-
ptio totius humani generis est facta. et iō oēs
hoies dñt ei esse subiecti subiectione notabili
et speciali. et p̄pterea dicunt debere adorari eā
excellentiore adoratione q̄ sit dulia que debet
rationali creature. Quia tamē crux ista nec ē
deus nec ip̄i diuinitati aliquid vnitū. ideo nō
est ei cultus latrie exhibendus propter hoc q;
tenet mediū inter latriam et duliā. adoratio
crucis vt dicat yperdulia. Sed qm̄ adoratio
sicut allocutio videt esse solūmō inter res rōe

capaces. Adoratio enī quedā orō est ad aliqd
ordinatū. vñ adorare ē ad aliqd orare. crux at
xp̄i caret oīno rōne. Ideo alij dixerūt eam nō
esse adorādā. nec inq̄stū in ea adorāt xp̄s. nec
aliqua est ei reuerentia exhibenda honoris n̄r
si rōne crucifixi. sicut nec imagini rōne imagi-
nati. Et ideo dixerunt q; cruci xp̄i est cultus la-
trie exhibendus. et nullus alius nec dulia nec
yperdulia. Neq; enī insensibilē stultū est hono-
rare cū pro indiffernti habeat honorē et vitu-
periu. Et hoc innuūt confirmare per Dama-
scenum in ca. de imaginibus vbi dicit. ¶ Nō
crucem adoramus sed tipum. i. figurationem
Et sic nō videt q; crux adoret inq̄stum est res
aliqua sed inq̄stum est signū. Verūtū si confi-
deremus verba Damasceni in ca. de cruce vi-
detur. ¶ Nō solūmodo cruci xp̄i prout est si-
gnū siue inq̄stū tipus est. sed in rōne materie
exhibenda sit reuerentia q; non solum est ve-
neranda figura sed etiam verum lignū crucis
in quo dñs pependit. In alijs vō crucib; ve-
neranda est solū figura non materia. Aut enī
sic. Ipsum quidē preciosū lignū crucis vene-
rabile in quo seipsum pro nobis xp̄us obtulit
vt s̄ctificatū tactu corporis et sanguinis de-
center est adorandū. Et post. Si autē ex alia
materia facta est. non materiā adoramus ab-
sit sed tipum. vnde si aurū et preciosi lapides
fuerint post tipi dissolutionē non sunt adorā-
da. Et qno colligit q; aliq; sit ipsi cruci reuerē-
tia exhibēda excepta adoratione latrie. Et hui⁹
signū est q; ecclesia solēizat in crucis iuentiōe
et exaltatione sicut in festiuitatibus sctōz. Et
ideo neuter predictorum modoz videt suffi-
ciens. ¶ Propterea dicendū q; duplici modo ex-
hibet alicui honor. Aut in obsequiū reueren-
tie. Et iste est honor venerationis. Aut in re-
stimoniū virtutis et cōplacentie famulatū. Et
iste est honor adorationis. vterq; at istoz ho-
norū offerit cruci. Nā crucem adoramus et cru-
ces veneramur. Sed in hoc est dīa. ¶ Honor
veneratōis exhibet ipsi cruci tanq̄ instrumē-
to n̄r salutis. vñ sicut exhibemus reuerentiā
sacris. q; est in eis aliq; mō n̄r salutis causali-
tas. Sic cruci xp̄i et clauis eius aliq; reuerentia
est exhibenda. Et respectu istius honoris h;
crux in se aliqd pp̄ qd̄ d; honorari. Honor at
adoratōis offerit ipsi cruci rōne crucifixi. Me-
mo enī intendit ei placere vel aliq; impetrare
ab ea. sed ei qui in ea affixus fuit. Et sic nō de-
betur ei nisi adoratio latrie. Sic igitur cruci xp̄i

Duplex honor debet. et vnus est latria. Alius
Noñ dicitur nec latria neq; dulia. qz n̄ est spe-
ties adorationis. sed vocari p̄t honor vene-
rationis. hec Bonauen. Multa itaq; sūt cru-
cis preconiā pp̄ que a cunctis fidelib; crux ve-
nerabilis est colenda. qz hec est scala p̄ quā pa-
tet electis aditus ad regna celorum. in quo
viuit et regnat in p̄petuū xp̄s filius dei qui sit
in secula benedictus. Amen.

¶ Sermo quintusdecimus de amore xp̄i ex-
hibitus humano generi qui exprimit mystice
in euangelio samaritane.

¶ Ic est uere saluator

mudi. Scribunt hec v̄ba Joānis
iiij. ca. Que descripsit euangelista
de benignitate miranda saluatoris

n̄ri iesu xp̄i exhibita mulieri samaritane. gra-
ta iocūdisimāq; debent esse fidelibus cūctis
qm̄ in illis mystice ac spūaliter designat amor
ardentissimus quē saluator n̄r dignat; est hu-
mano generi demonstrare. Quia equidē q̄ fecit
queq; dixit ab utero virginis vsq; ad patibu-
lū crucis ad salutē hoīm ordinauit. Propterea
nanq; deus factus est hō vt perditū hoīem re-
dimeret atq; ad regna celestia reuocaret. pec-
rauit at̄ q̄stum in se fuit nō solū mulieris sa-
maritane sed insup oīm qui sibi adherere vo-
lunt hereditatē incorruptā imarcessibilē et in-
cōtaminatā in celis. Quapropter vt ista deuo-
tius attentiusq; cōtemplari possimus. in pre-
senti sermōe p̄curremus historiā samaritane
sub titulo de amore xp̄i erga humanū genus
qđ sua beniuolētia charitateq; reparauit. sic
verba p̄posita dicūt. hic est uere saluator mū-
di. In q̄b; tres amores distinguere possum;.

Primus d̄r amor peregrinans.

Secundus amor manifestans.

Tertius amor confortans.

¶ Quali xp̄s peregrinando in paupertate et pe-
nalitate quesuit hoīem lapsū. Capitulū. i.

¶ Primus amor xp̄i hoī lapsō monstratus
d̄r peregrinans. Voluit nāq; peregrinā-
do et discurrendo q̄rere oues errātes. qđ notat
in p̄ncipio euāgelij siue i prima pte. D̄r nāq;
ibi. Venit iesus i ciuitatē samaricā q̄ d̄r sicchar
Est at̄ Samaria vt inqt Bedda insignis pa-
lestine. puincie ciuitas adeo vt tota regio ei so-
ciata samaria dicat. De hac insup ita dic̄ Iu-
dorus. xiiij. li. et h̄mologiarū. Samaria regio
palestine ab oppido quodā nomē accepit qđ

vocabat samaria. ciuitas quondā regalis in
israel. q̄ nūc ab augusti noie sebastia nūcupat.
hec regio in iudeā et galileā media iacet. Ciui-
tas ergo sicchar erat in illa regione q̄ antiquit;
dicebat sicchem vt p̄z Benef. xxiiij. ca. Iō ait
Crisosto. locus ille erat vbi p̄ Dina Simeō
et leui grauē occisionē fecerūt. Sequit̄ Joānes
in euangelio iuxta p̄diū qđ dedit iacob ioseph
filio suo. Dicit Micholans d̄ lira. q̄ iacob ve-
niens de mesopotamia emit agrū ad emor p̄n-
cipe Sicchez et ibi ad t̄ps habitauit iuxta urbē
Sed pp̄ raptū Dine occisi sūt habitatores il-
li; ciuitatis. et sic cessat in possessiōe eius. et illū
locū dedit ioseph. D̄n Benef. xlvij. ca. dixit
iacob. do tibi partē vnā extra fr̄es tuos quam
tuli de manu amorre i gladio et arcu meo. Am-
pliauerat iacob agrū quē emit addens et cōi-
cinas possessiones iusto bello quesitas. Ibi at̄
erat fons iacob. s. pute; quē effodi iacob fece-
rat. Dicit nāq; Aug; in omelia p̄ntis lectōis
D̄s puteus fons. sed nō oīs fons pute;. vbi
enī aqua de terra manat et vsū prebet hauriē-
tib; fons d̄r. Sed si in promptu et sup̄ficie sit
fons t̄m d̄r. Si aut̄ in alto et in p̄fundo sit ita
puteus vocat̄ vt nomē fontis non admittat.
In hoc loco sic ait Theophilus. Ex cōmemo-
ratōne fontis et predij edocemur q̄ ea q̄ patri-
arche. p̄pter fidē quā in deo habebant adepti
sunt iudei pp̄ impietatē eorū pdiderūt. et eorū
loca gētibus tradita sunt. fatigat; ergo iesus
qz hora erat quasi sexta sedebat sic sup̄ fontē
discipuli at̄ iuerāt in ciuitatē vt cibos emerēt
Sessio illa vt Crisosto. dicit pp̄ laborē facta ē
et vt expectaret discipulos. et p̄pter estū refri-
gerans corpus apud fontē. dū sic sederet ve-
nit mulier de samaria haurire aquā. fm̄ Mi-
cholau de lira. Samaria nō est hic nomē cui-
tatis. sed gentis vel regiōis. qz illa mulier erat
de ciuitate sicchem q̄ tunc erat metropolis sa-
maritanorū. vt dicit Josaphus. xi. antiquita-
tū libro. Dixit iesus illi mulieri. da mihi bibere
R̄ndit illa. Quō tu cū iudeus sis a me bibere
poscis que sūt mulier samaritana. Refert Cri-
sosto. Iudeū eū extrinxiuit a figura et locutiōe
Micho. No de lira dicit. q̄ cognouit eū esse iu-
deū p̄ habitū quē portabat. qz sicut erāt iudei
distincti ab alijs in cultu dei et in circūcisione
ita et in veste. Quare No iudei abominabant̄
samaritanos multiplex ratio assignari potest
Et prima fm̄ Crisosto. qz samaritani solū ea
que moysi sūt suscipiētes. p̄phetarū nō multā

enra habebant. Secda qz samaritani colebant
deu z ydola z errabant dicetes deu esse corp?
Tertia ro fz Micho. de lira. qz samaritani mo
lestias multas intulerut iudeis in reedificato
ne templi z ciuitatis. vt pz Mesdre. i. ca. Sed
in hac pte lra euagelij dimissa ad pegrinantē
illū oculos mentis nre vertamus. Ipse utiqz
deus incarnatus peregrinando z discurrendo
aias nras vt pastor sollicitissim⁹ pquisiuit. ha
buit at peregrinatio sua tres cōditiones.

Prima fuit conditio penalitatis.

Secunda paupertatis.

Tertia diurnitatis.

Prima fuit conditio penalitatis: Volūta
rie quippe languores nros tulit doloresqz por
tauit. Quisnam enarrare sufficiat labores xpi
quos tulit vigilando. orando. p pectis z ingra
titudine hoim. sepissime lugendo. ambulādo.
predicādo. ieiunādo z tandē passionē acerbis
simā sustinēdo. Expgiscere fidelis aia z intue
re regē celoz z dñm nō solū hac vicedefatiga
tū z sedentē sup fontē. Sed fatigatū in prese
pio angusto. fatigatū i brachijs maternis dū
fugit herodē. fatigatū in egypto. fatigatū in
ieiunio. fatigatū in orōne. fatigatū in sudore
sanguineo. fatigatū sub pedibus capientium
illū. fatigatū in vinculis. fatigatū in illusioni
bus. fatigatū in sputis z fetidis osculis. fati
gatū in colūna. fatigatū i cruce. O dura mēs
hoim. O duricies cordiū nroz. fatigat xps ex
amore. patit ex amore. effūdīt sāguinē ex amo
re. Adorū ex amore. z nos eū qui nos tantum
diligat diligere nolumus. Propterea Aug⁹ i
libro 3 qnqz hereses. inducit xpm ita ad hoiez
ingratū loquentē. Eū esses inimicus pris mei
reconciliaui te. Eū inter mōtes z siluas errares
quesiui te. humeris meis portauī te. laborauī.
sudauī. caput meū spinis opposuī. manus me
as z pedes clauis obieci. vt te mihi copularez
z tu diuideris a me. Secda conditio peregrini
natiōis xpi fuit paupertatis. dū enī in hac vita
mansit pauperem vitā gessit. Exquo dicebat
Matthei. viij. ca. Dulpes foueas hnt z volu
eres celi nidos filius at hois nō hz vbi caput
snū reclinet. Morādū tñ qz qnqz hre voluit cū
aplis aliqd in cōi qd colligit ex euangelio. vbi
dī discipuli aut abierant in ciuitatē vt cibus
emerēt. Sed pp hoc dicit Aug⁹. xij. q. i. in ca.
habebat. habebat dñs loculos a fidelib⁹ obla
ta cōseruans z suoz necessitatib⁹ z alijs indi
gentibus tribuebat. Et sup ps. Qui idē Aug⁹

47
inquit. Habuit dñs loculos sicut dictū est de
quibusdā religiosis feminis qz ministrabant
ei de sua substantia futurus erat paulus nihil
tale aliqn querens z oia puincialibus donās
Sed qz multi infirmi ista quesituri erant. ma
gis infirmoz psonaz suscepit Xps. sublimi⁹
paulus. nunqd z xpo sublimius. xps qz miseri
cordius. Eū enī videret paulū ista nō esse que
siturū. puidit ne dānaret quesiturū z prebuit
exemplū infirmo. hec ille. Et licet ita esse fir
miter sit tenendū nihilominus paupertatem
semp verbo z exemplo sublimi cōmendauit

Tertia conditio peregrinatiōis xpi dī diu
turnitas. Triginta etenī tribus annis multi
pliciter patiēdo vt predictū est. aias nras er
rabundas quesit. Nec ardoz huiuscemodi
fitis de aiabus inueniendis vllō vnqz tpe po
tuit i eo extingui. Sitio dixit Samaritane da
mibi bibere. Sitio insup clamauit i cruce. Si
tiebat utiqz nram salutē. O iesu bñdicte. O
fili dei altissimi. tu fitis salutē nostram z nos
totis viribus illam recusamus. Tu precii tui
sanguinis p debito nro soluis. z nos illud cō
tēnim⁹. Tu pie dolens in cruce clamās Sitio
Sitio Sitio. z nos obaudim⁹. Et q est nra in
gratitudo: que p̄tinacia: que uel scuitia: Aucto
rem vite audire nolumus qz malicia nra nos
excecauit. diximus de amore peregrinante.

Qualiter xps ex amore manifestauit homi
ni veritatem sūmi boni. falsitatem mundi. z
sublimitatem dei. Capitulum. ij.

Ecū⁹ amor xpi generi hūano exhibit⁹
dī manifestans. Manifestauit quidem
multa samaritane. q insup oibus nobis fecit
ac voluit esse nota. z precipue tria.

Primū est sūmi boni veritas.

Secdm est mundi falsitas.

Tertiū est dei sublimitas.

Primū qd manifestauit iesus est sūmi bo
ni veritas. Errabat quippe mūdus varijs di
uersisqz opiniōib⁹ circa sūmū bonū. nec inter
phos inuentus est qspiaz q suo ingenio illud
valeret attingere. Quinimo cuz de illo varia
fuisse locuti. tadē absqz immortalitate conclu
debant hoiez fieri posse btñ. Ideo inquit La
ctantius in. iij. li. diuina. insti. 3 tales. Sūmū
bonū qd btñ facit nō pōt esse nisi in ea religi
one atqz doctrina cui spes immortalitatis adiū
cta est. hec ille. Quisnā btñ censeat eū qui vel
voluptate ai siue corporis oblectet. vel ingenio
z scia polleat. vī honestate nitescat. vī diuinitis

affluat. vel gl'ia tpali pfulgeat. et hmoi. cu oia ista velocissime transeant atqz deficiat. Propterea xps dicebat. Qui biberit ex aqua quaz ego dabo ei non sitiet in eternu. sed fiet in eo fons aque salientis in vita eterna. Aqua xpi est dei gra qua mediante acquirit eterna vita. Apparet itaqz qd sumu bonu esse non pot vbi eternitas deest. Hanc at eternitate xps preconizavit cu dixit Joannis. ij. ca. Sic deus dilexit mundu vt filiu suu vnigenitu daret vt ois qui credit in illu n pereat sed habeat vita eterna. Et iteru. vi. ca. Nec est voluntas pris mei qui misit me vt ois qui videt filiu et credit in eum non pereat sed habeat vitam eterna. Et. x. ca. Quis mee voce meca audiut et ego do eis vita eterna. Et Matth. xix. ca. Ois qui reliquerit domu aut agros etc. ppter nomen meum centu plu accipiet et vita eterna possidebit. Et. xxv. ca. Ibunt hi in igne eternu. iusti aut in vitam eterna. ¶ Secudu qd manifestavit iesus est mudi falsitas. du dixit. Ois qui biberit ex hac aq sitiet iteru. In hoc siquidē decipit mundus dilectores suos qd du desiderata bona tpalia largitur. nunqz tm aiium satiare menteqz quietare pot. Hinc Hiero ad demetriade virginē ita pulchre dicebat. Diuitiaz amor insatiabilis est. expleri nescit. honoz cupido celerē rei habitare finē sine fine querunt. Mo ab re igit xps dicebat samaritane. O si scires donu dei et quis est qui dicit da mihi bibere. forsitan et tu petisses ab eo etc. qd xps iesus paratus est benigne gram suā concedere oibus illā postulātibz. Sed mortales miseri qnqz cu deo contendere nō erubescunt. Cur inquit quos dā nandos presciuit creare voluit. Cur nō omēs anteqz peccarent in grā sua confirmatos impediunt nō prestat et similia. Quibz cōsulimus ista nō esse querenda. cu bonus deus oia bñfecerit. sed tm consideremus. qd quisqz ille sit qui saluari velit et gratiaz dei desiderat nunqz sibi denegat. Molunt gram dei q tpa liu bonoz amore decepti in illoz fragili breuiqz vsu btōs se putant. Non picipiūt hi ea q dei sūt. Quinimo inflāmauere indies ad terrena ista et transitoria bona pcupiscēda. Hoc mystice apparet in samaritana. qd du audisset a xpo cōditionē aq spūalis corpale aquā intelligebat et affectabat. Dicebat enī. dñe da mihi hāc aquā vt nō sitia neqz venia huc haurire. Vbi dicit Aug. Adhuc ista mulier carnē sa-

pit. delectata est nō sitire. et putabat h fm carnē a dño sibi esse pmissū. Dederat enī deo aliqñ seruo suo helic vt p quadraginta dies nec esuriret nec sitiret. Qui hoc potuit dare p qd quadraginta dies n poterit dare spū. Delectata g tali mūere rogat vt ei aquā viuā daret. Dixit at iesus illi. Voca viru tuu. i. fm Augusti. presentia intellectū tuuz. sed lraliter intelligendo hoc dicebat xps vt declararet sibi turpitudine suā. Mā cu illa dixisset se viru nō habere. xps illā benigne redarguit reuelando sibi q qnqz viros habuisset. post quoz mortem successiue adulteriū accepisset. ¶ Tertiu qd xps manifestauit est dei sublimitas. qd nō ē ipse dñs oim aliquid corporeū et vile vt falso estimarūt pleriqz. de quibus dixi in primo sermone huius operis. Propterea cōfundit stulticia gentiu que post idola cucurrerunt. et ineptia illorum qui vel hoies vel aialia vl celestia corpa deos esse dixerūt. Audiant hi oēs xpm samaritane loquentē. Illa nāqz vt Crisosto. ait. A xpo reprobensa non contristata est. ne qz dimittens fugit sed admirat magis et immorat. dixitqz xpo. dñe vt video propheta es tu. patres nrī i monte hoc adorauerunt. et vos dicitis qd hierosolymis est locus vbi adorare oportet. iudei quippe dicebant qd nō licebat orare nisi in templo a Salomone cōstructo. Samaritani vero asserabant esse orandū in monte samarie. fm Nicholau d lira. Ille erat mons garicim in q filij israel bñdixerūt deū qn intrauerūt terrā pmissionis. Et vocabant samaritani Jacob et patriarchas pres suos. siue qz ipsi legē moy si tenebant. siue qz iacob et filij eius in partibz illis habitauerūt. siue qz ille mons ex hereditate iacob ad eos puenerat. Rndit itaqz iesus mulieri. Crede mihi qd veniet hora qn neqz i monte hoc neqz in hierosolymis adorabitis prem vos adoratis qd nescitis. nos adoramus qd scimus. qd salus ex iudeis est. Dicit Criso. Samaritani quidē qd nesciebant adorabant qm locale et corporalē estimabant deū nihil de eo plus imaginantē qz d ydoliz. et iccirco cultū dei cum cultu demonū miscuerūt. Subdidit xps. Sed venit hora et nunc est qn veri adoratores adorabūt prem in spū et veritate. nam et pf tales querit qui adorent eū. Spūs est deus et eos qui adorāt eū in spū et veritate adorare oportet. Mā placuit mulieri snia xpi. voluissz enī qd xps diceret in monte illo esse orandum. Et ppterea dixit. scio qd messias veniet qd

45
xps. cū ergo venerit ille nobis annūciabit oia
Dicit ei iesus. Ego sū qui loquor tecū. Et con-
tinuo venerūt discipuli eius z mirabant q. cū
muliere loquebat xps. Admirabant inquit sic
p abundantē xpi mansuetudinē z humilitatē
qm̄ ita pspicuis existens sustinuit loqui cum
tāta benignitate mulieri inopi z samaritanē.
Relicta No ydria sua abiit festina mulier in
ciuitatē dicens. Venite z videte hoīez qui di-
xit mihi oia q̄ feci. nunqd ipse est xps? Quare
multi de ciuitate venerunt ad illū audientes
q̄ samaritana referebat. Mā vt dicit Nicho.
de lira. Samaritani erāt in suspensio de aduē-
tu xpi de primo. tum pp impletionē tps. tuz
pp predicationē ioānis cuius predicatione tunc
erat famosa z de xpo pclamata. Ideo facili⁹
crediderunt verbo mulieris.

Qualiter xps ex amore confortauit discipu-
los vt predicarent. Capitulum. iij.

Fortius amor xpi generi humano exhibi-
tus dī confortans. Confortauit siquidē
discipulos vt pro salute hoīm predicarēt. Et
vt eorūz predicatione efficac̄ fructuosaq; habe-
retur. tripliciter illam docuit exercendam.

Primo feruenter.

Secundo letanter.

Tertio perseueranter.

Primo docuit discipulos predicare feruē-
ter cū desiderio. s. salutis pximi. nā de illa ma-
gis d̄ esse predicator sollicitus q̄ de propria
corporali necessitate. Hinc est q. cū tps insta-
ret comedēdi voluit benignus iesus differre
vt intenderet pdicationi. dans exemplū alijs
siliter faciendi. Et h̄ ē qd̄ dī in euangelio. In-
terea. i. anteq̄ venissent samaritani rogabāt
eū discipuli eius dicentes. Rabbi manduca.
Ille at̄ dixit eis. Ego aliū cibū habeo mandu-
rare quē vos nescitis. Hic Theophilus ait.
Dñs sciens q. samaritana totā ciuitatem ad
eū attraheret hoc discipulis significauit dicēs
Ego cibū habeo manducare quē vos nescitis
Et Crisosto. hoīm salutē hic cibum vocauit.
ostendens q̄tū desideriu h̄z nre salutis. Dice-
bant ergo discipuli adinuicē. Nunqd aliquis
attulit ei manducare? Hudes adhuc erāt z d̄
cibo corpali putabant xpm loqui. At ipse sub-
didit. Deus cibus ē vt faciā voluntatē eius q
misi me. s. vt pficiā opus eius vt predicando
samaritanos cōuertā z in cruce moriendo ac
meū sanguinē fundendo. p pctis hoīm satis-
faciā. Si videremus xpm labia sua dulciora

sup mel z fauū aperiētē. audiremusq; suauis-
simā vocē eius dicentē. Deus cibus est vt fa-
ciā voluntatē pris mei q misi me. pieq; con-
siderare vellemus ardorē sui cordis q̄ feruen-
tissime nraz salutē exoptat! vtiq; viscera nra
cōmouerent. Qd̄ si nō fieret duriores petris
imaniorez beluis z indomit⁹ feris crudeliores
merito censendi erim⁹. Dicebat ergo discipu-
lis exopt. Mōne vos dicitis q. adhuc q̄ttuor
menses sunt z messis venit. quasi dicat licet
tps messis corporalis adhuc distet. tñ tempus
messis spūalis instat. Dicit at̄ messis collectō
frugū. z ad similitudinē huius messis spūaliter
dī vocatio hoīm ad fidē. p quā cōgregabunt
hoīez in dñi horreū. Dñi sequit. Ecce dico vo-
bis leuate oculos vros z videte regiōes qz iā
albe sunt ad messem. hoc dicebat pp samarita-
nos venientes ad ipsū iā dispositos ad credē-
dū. Secūdo docuit discipulos predicare letan-
ter vt. s. cōsideratione premij nō euitarent p-
dicandi labores. Sicut enī samaritani iā erāt
dispositi ad credendū p predicationē xpi. ita
etiā xps videbat multitudinē gentiū p totūz
mūdū cito cōgregandā in horreū ecclesie p p-
dicationē apostolorū. ex qua predicatione me-
ruerunt premiūz eterne vite. Et hoc est q. dī.
Et qui metit mercedē accipit. in pnti enī est
prima messis p quā hoīez adducunt ad fidē. z
in hac messe messorēs fuerūt apli. Vltia No
messis erit in iudicio qm̄ colligent fideles itra
horreū glie. z tunc messorēs erūt angeli. Et iō
sequit. Qui cōgregat fructū. i. multitudinē fi-
deliū reponendā in vitā eternā. qz pacto iudi-
cio reponent in horreo glie p misteriu angelo-
rū. Et qz xps locut⁹ est de messe spūali p silitu-
dinē messis corporalis. iō ostēdit in q̄ est silis
z in quo dissimilis. Ad cuius intellectū sciēdū
q. apud iudeos erat puerbiū de hoc q. qm̄ ali-
quis multū laborabat in re aliqua z alius re-
portabat fructū dicebat puerbialiter. Vnus
seminat z alius metit. quasi dicere. vnus la-
borat z alius gaudet. Et sic aliquando contin-
git de messe corporali. que ab vno aliquando
seminatur. z ab eius hoste irruente colligitur.
De messe No spūali sic est. q. alij seminaue-
runt z alij messuerunt. qz patriarche z pphe-
te antiqui seminauerunt prima semina fidei
sed apostoli messuerūt. in q̄tū populū ad per-
fectionē fidei redaxerunt. Verū tñ vterq; re-
portat gaudium. qz tam prophete antiqui q̄
etiā apli pp meritūz laboris sui recepti sunt

ad celeste gaudiū. Et in hoc nō tenet puerbiū de messe corporali de qua nō gaudet seminās n̄ ab alio metat. Et hoc ē qđ dī vt z qui semināt fil gaudeat z qui metit. s. pphete z apli. i hoc enī vebo verū est. i. prouerbiū ecclesie pro tanto h̄z locū in proposito. qz aliū est qui semināt. s. patriarche z prophete. z aliū est qui metit. s. apli. Ideo sequit. Ego misi vos metere. i. ad p̄fectionē fidei adducere. qđ vos nō laborastis pphete enī z patriarche multū laborauerūt in denūciando aduentū xp̄i z arguendo infidelitatē ppli. propterea subdit. Alij laborauerūt z vos in labores eoz introistis. qz s. pphetias ab alijs p̄nunciatas predicabitis

Tertio docuit xp̄s discipulos predicare p̄seueranter. qz mansit ipse cū samaritanis duos dies. Dicit nāqz in euangelio. Ex ciuitate at illa. s. Sichar multi crediderūt in eū samaritanoz p̄pter verbū mulieris testimoniū p̄hibētis qz dixit mihi oīa quecūqz feci. Istud testimoniū videbat efficacē ex duobus. Primo qz dicebat qđ honorē suū ex celo veritatis. Secūdo qz ostendebat eū scire talia q̄ nō poterat scire via humana. Verūtū qz hoc testimoniū non fuit nisi quedā p̄suasio ad credendū. qz p̄fectio fidei ipsoz facta est p̄ xp̄m. Ideo subiungitur Cū igit venissent ad illū samaritani rogabāt eū vt ibi maneret z acquireret petitioni eoz. Et multo plures crediderunt in eū p̄ sermone eius q̄ a principio. z pleriqz dicebāt mulieri. qz iam nō p̄ loquelā tuā credimus. ipi enī audiūm⁹ ab ipso. s. qui est deus z hō. z scim⁹ firmū credendo qz hic est vere saluator mūdi Cui p̄ tot innumeris b̄nificijs hūano generi collatis omēs debitas gr̄as psoluamus. vt sic mereamur ingredi regnū celozum. Amen.

Sermo sextusdecimus de mirabili resurrectione laçari.

Tatim produit qui fu

erat mortuus. Scribuntur hec v̄ba Joānis. xi. ca. Et si oīa mirabilia que fecit xp̄s mentes n̄ras in admiratōnes p̄duce re debeant. id tñ p̄re ceteris efficit stupenda resurrectione laçari. Ideo Aug⁹ in omelia ita inquit. Inter oīa miracula q̄ fecit dñs laçari resurrectione precipua predicat. Sed si attendim⁹ qz fecerit. delectari debemus potius q̄ admirari. Ille suscitauit hōiem q̄ fecit hōiem. plus est hōiem creare q̄ resuscitare. hec ille. Quia v̄o in tanto miraculo z fides roborat dñ po-

tentia diuinitatis xp̄i ostendit. z spes ad immortalitatē subleuat. Ideo in p̄nti sermōe de laçaro resuscitato dicemus. de quo tria erunt mysteria contemplanda.

Primū dī infirmitatis incurabilis.

Secundum mortis indubitabilis.

Tertium resurrectionis mirabilis.

De infirmitate incurabili laçari p̄ qua curanda miserunt sorores eius nunciū ad iesū.

Capitulum. i.

Primū mysteriū p̄templādū de laçaro resuscitato dī infirmitatē incurabilis. Hoc vtiqz cōtinet in. i. pte euangelij vbi sic scribit euangelista. Erat quidā languens laçarus. dicit Nicholaus d̄ lira. qz infirmitas eius erat mortalis eo qz languebat. deficientibus quasi viribus z vie nature curari nō poterat. Sequētia Bethania d̄ castello marthe z marie soroz eius qz in illo castello facebat infirmus. Erat at Bethania iuxta hierl̄m quasi stadijs quodecim. Maria at erat que vnxit dñm vnguentō z extersit pedes eius capillis suis cuius frater laçarus infirmabat. Virū at hec maria fuerit illa peccatrix de qua scribit Luce. vij. ca. varie loquunt doctores. Hiero⁹ enī z Crisostomus dicūt istā fuisse aliā. Vñ illa dī peccatrix. hec sc̄ta z honesta. z p̄ hoc nomē illius taceat istius at nomē hic exprimit z ambe vnixerunt xp̄m. Sed illa fecit hoc ex pctōz suoz cōpunctiōe. ista ex deuotione. Grego. v̄o z Aug⁹ dicūt priū. vñ in li. de p̄sensu euangelistaz dicit qz ista maria bis vnxit dñm. sumēs argumētū qz Joānes dicit hec vnxit i p̄terito exprimēs vnctionē pedū. z in sequēti ca. explicat sc̄dam vnctionē capitis. prima at vnctio fuit ex contritiōe quā lucas narrat diffuse z hic breuiter repetit. Sc̄da v̄o vnctio fuit ex deuotiōe. huic opinioni adheret sc̄ta m̄ ecclia. vt plen⁹ posui i quadragesimali. Ergo ad laçarū redeam⁹ Adiserunt quidē sorores eius curationē fratris desiderātes ad iesū dicētes. Dñe ecce quē amas infirmat. Queret hic aliquis cur nō iuerunt ipse p̄sonalit. Ad hoc ita Crisostomus inquit. Ideo nō iuerūt ad xp̄m sicut centurio z regulus qz vehementer confidebant de xp̄o p̄pter multā familiaritatē quā habebant ad eum z qz a luctu detinebāt. Theophil⁹ v̄o ait. Adulieres erāt quas nō decet de facili domū exire Hoc Hiero⁹ in epl̄a ad Eustochium docet. Karus ait tibi sit egressus in publicū martyres tibi querant in cubiculo. Distabat itaqz

a Bethania xps p dicta. postq̄ eni iudei vo-
luerunt cū lapidare ex eo q̄ dixerat. Ego ⁊ p̄
vnū sumus ipse de manib⁹ eoz euadēs abijt
trans Iordanem ad quē non iuerunt sorores
laçari rōnibus predictis. sed miserūt nec dixe-
rūt veni. qz amāti sufficit nūciare necessitatē
amici. Audiens at̄ iesus dixit eis. s. r̄ndendo p̄
nuncuū. Infirmitas hec nō est ad mortē. sed p̄
gloria dei. vt glorificet̄ filius dei p̄ eā. Nō est
per hoc intelligendū vt doctores sancti decla-
rant q̄ laçarus fm̄ opinionē quorundā here-
ticoz non fuit vere mortuus. qz sic destrueret̄
veritas euangelij. cū tamen infra xpus dicat.
laçarus mortuus est. Sed p̄ tanto d̄r Infir-
mitas hec nō est ad mortē. qz nō tendebat ad
mortē ibi sistendo p̄opter resurrectionē. Dic
Theophilus dicit. Ipsa mors nō erat ad mor-
tem. sed potius ad miraculū. quo facto crede-
rent hoies in xpm ⁊ vitarent veram mortem
Ideo dixit. sed pro gloria dei ⁊c. qz. s. in resur-
rectione laçari manifestari debebat virtus
⁊ potentia diuinitatis que erat in xpo qui ve-
rus homo erat ac verus deus. Ut at̄ audiuit
qz infirmabatur. Tunc quidē mansit in eodē
loco scilicet trans Iordanē duob⁹ diebus ex-
pectando. vt refert Crisost⁹. vt laçarus mo-
reretur ⁊ sepeliret̄ essetqz quatrduanus añqz
illuc accederet ad maiorē certitudinē miraculi.
¶ De morte laçari ⁊ de verbis xpi cum apo-
stolis anteqz iuisset ad laçarum suscitandum.

Capitulum. ij.

Secundū mysteriū p̄templandū de laça-
ro resuscitato d̄r mortis indubitalis. nā
indubitanter laçarus mortuus est. qd̄ xps di-
scipulis voluit sapientissime p̄palare. Dixit
eni eis. Eamus iterū in iudeā. Dicūt ei disci-
puli. Rabbi nūc querebant te iudei lapidare
⁊ tu iterū vadis illuc. quasi dicāt n̄ est tibi nec
nobis securū. R̄ndit iesus. Mōne duodecim
hore sunt diei si qs ambulauerit in die nō of-
fendit qz lucē h⁹ mūdi videt. Si at̄ ambulaue-
rit in nocte offendit. qz lux nō est i eo. Dic fm̄
aliqs appellat se diē. ⁊ duodecim ap̄los. xij. ho-
ras. ac si dicat. hore sequunt̄ diē ⁊ nō dies ho-
ras. Sic ⁊ vos debetis sequi voluntatē meaz
nō ego vestrā. Et ideo si voluntatē meaz qui
sū dies secuti fueritis nō offendetis. si at̄ vo-
luntatē vram q̄ ē nox secuti fueritis offendetis
¶ Vel aliter pōt intelligi fm̄ Nicholauū de lira.
Mōne duodeci hore sūt diei. nō debetis crede-
re qz iudei p̄seuerēt in voluntate me lapidandi

qz sic hore mutabiles sunt sic ⁊ affectus hoim
quinimo sepius in die mutat̄ cor hois qz hore
Et iō si qs ambulabat in die. i. sc̄tē iuste ⁊ pa-
cifice nō offendit. Et fm̄ primā expositionē. q
ambulat in die. i. mecū q̄ sū lux mūdi faciēs di-
em gr̄e. nō offendit. i. securus d̄z esse qz lucem
h⁹ mūdi videt. i. meipsū. Si qs at̄ ambulaue-
rit in nocte. i. sine p̄sentia mea offendit. postqz
sic dixit reuelauit mortē laçari noie somni ex-
primens illā. Laçarus inqt̄ Amic⁹ n̄ dormit
sed vado vt a sōno excitē euz. Dic Aug⁹ ait.
¶ At̄ dixit dormit verū dixit. d̄no dormiebat
hoibus mortuus erat qui cū suscitare nō po-
terāt. Mā d̄ns tanta felicitate excitabat de se-
pulchro q̄ta tu excitas dormientem de lecto.
Dixit ergo dormit fm̄ potentia suā. hanc at̄
cāz sui itineris vt dicit Nicholaus de lira. as-
signauit vt assecuraret̄ discipulos. q̄si dicat n̄
debetis timere qz nō vado ad disputandū cū
iudeis. sed ad laçarū suscitanduz. At̄ discipuli
respondere. D̄nc si dormit saluus erit. i. ex quo
dormit signū est sue curationis. nō est necessa-
riū qz vadas illuc. Mōdū eni erant assecurati
ad plēnū p̄ verba xpi. qz adhuc erant infirmi
⁊ imp̄fecti. Sed graue videt̄ nōnullis qz disci-
puli crediderint d̄nm velle ire tā longā viam
ad hoiem excitandum. ¶ Pro quibus ita refert
Crisost⁹. Istud dicemus qm̄ extimabant hoc
enigma esse q̄lia multa loquebat̄. qz et̄ erāt ru-
des ⁊ in timore positi male capiebāt vba xpi
Ideo instabāt ne redirēt in iudeā. Tūc mani-
feste locutus est dicens. Laçarus mortuus est
⁊ gaudeo nō. s. de morte eius absolute. sed p̄
vos vt credatis ⁊ in fide cōfirmemini. qm̄ nō
erā ibi ⁊ tñ mors illi⁹ mibi nota fuit. Sed ca-
mus ad eū Dixit thomas. s. alijs discipulis.
Eamus ⁊ nos ⁊ moriamur cū eo. protulit hec
verba tho. fm̄ aliqs ex quadā desperatōe. ¶
fm̄ alios ex amore ⁊ dilectione. q̄si diceret me-
lius est nobis cum illo mori qz sine illo viuere.
¶ Venit ḡ iesus ⁊ inuenit eum quattuor dies
iā in monumēto habentē. Quattuor dies diē
ad ostendēdū certitudinē mortis. qz licet sint
alique infirmitates latētes quib⁹ videt̄ aliqs
mortuus ad tps hoc tñ non durat p̄ quattuor
dies. Dicit et̄ in monumēto. s. in tra reclusus
qz dato q̄ fuisset ibi positus viu⁹. nihilē min⁹
in tanto tpe fuisset ibi mortuus. Adulti at̄ ex
iudeis venerant ad mart̄bā ⁊ mariā vt cōso-
larent̄ eas de fr̄e suo. Sed quō inqt̄ Crisost⁹.
iudei consolabantur dilectas a xpo. cum iam

statuissent qd si qd xpm dfereret extra sinago-
ga fieret. Sed pp calamitatis necessitate aut
quasi nobiles has mulieres reueretes eas co-
solabant. aut qd hi aderant qui no mali erant
multi eni ex ipis credebant. hec ille. **M**artha g
vt audiuit qd venit iesus. ipsa eni habebat cu-
ra domus. Et io primo est einuiciatus aduen-
tus xpi p aliquem qui illu preuenerat z occurrit
illi reuerenter z deuote. **M**aria at domi sede-
bat cu iudeis qui ad eas venerant. Dixit ergo
martha ad iesuz. **D**ne si fuisses hic frater meus
no fuisset mortuus. Ex hoc apparet qd crede-
bat ipsu potuisse preseruare frrem suu a morte
tn impfecte credebat qd videt inuere qd non
posset xps tantum absens qtu pns. Subdidit
martha. Sed z nuc scio qd qcuqz poposceris a
deo dabit tibi deus. **V**idet p hoc qd no fuisset
hni edocta de eius diuinitate qd no dixisset q-
cunqz poposceris. sed quecunqz iusseris fient.
ganice. Dicit autem anima mouere organice quam mouet unam partem mediante alia. sicut mouendo cor mouet alia membra et sic fit motus progressiuus. Adouet enim immediate unam partem. mediante illa mouet aliam. et sic mouet totus homo successiue. Dicit et mouere non organice mouedo totum simul. Et sic anima beata poterit corpus subito mouere licet non in instanti de loco ad locum. Secundum quod occurrit ad agilitatem erit multiplicatio spirituum purissimorum. tum quia spiritus vitales erunt purissimi et vigorosissimi. tum quia corpus replebitur aliquo purissimo elemento. scilicet purissimo aere ut non sit vacuum quia non erunt tunc feces. Tertium quod concurret ad agilitatem erit remotio omnis indispositionis que est in nervis et in corpore. et omnis ponderositas que non est de essentia nature. Et tunc anima poterit mouere faciliter tale corpus vel motu progressiuo vel totum simul. Si dicas quomodo stabunt corpora in celo empirreo. Rpondeo quod ambulabunt et mouebunt subito pro libito. si quam stabunt creditur quod stabunt erecta. licet enim corpori in quantum corpus est magis competat sedere vel iacere. Tamen in quantum est instrumentum anime magis competit sibi stare propter participationem ad operandum. Unde stephanus vidit iesum stantem a dextris dei Actuum. vij. ca.

¶ Ingens erit leticia beatorum ex eo quod habitabunt in celo empirreo. Capitulum. iij.

¶ Tertio ostendimus quam sit copiosum gaudium beatorum pro loci habitatione. quia habitabunt in celo. ubi tria dubia merito declaremus.

Primum utrum scriptura sacra celi productionem recte denunciet.

Secundum utrum celum sit unum vel plures.

Tertium utrum celum sit locus beatorum.

¶ Ad primum dubium oritur ambiguitas et quidem non parua. quam Genesis. i. ca. scribit. In principio creauit deus celum et terram. ubi asserit scriptura celum prima die creatum. Deinde sequitur. vocauit deus firmamentum celum quod confirmat secunda die factum. Ad hoc rñdet Thoma. i. parte. q. lxxviii. primo secundum Aristotem. qui asserit quod moyses summarie dixit quod deus fecit promittens In principio creauit deus terram. postea per partes explicauit. sicut si quis dicat hic artifex fecit hanc domum. et postea subdatur. primo iecit fundamenta. secundo erexit parietes. tertio superposuit tectum. Et sic non oportet nos aliud celum intelligere cum dicit. In principio creauit deus celum et terram. Et cum dicitur quod secunda die factum est firmamentum. Secundo potest dici

aliud esse celū qđ legit in principio creatum & qđ legit scđa die factū. & h̄ diuersimode. Nam fm̄ Augusti. Celū qđ legit prima die factum est nā spūalis in formis. Celū at̄ qđ legit scđa die factū est celū corporeū. fm̄ No Beddaz & Serabiū. Celū qđ legit prima die factū est celū empirreuz. Firmamentū No qđ legit scđa die factū est celū sidereū. Damascenus No dicit qđ celū prima die factū est qđdā celū spericum sine stellis. de quo philosophi loquuntur dicentes ipsū esse nonā sperā & primū mobile qđ mouet motu diurno. Per firmamentū No factū scđa die intelligit celū sidereū. Secundū dubiū fuit vtrū celū sit vnū vel plures Et qđ sit vnū probari posset qđ dī celū in singulari Genesis. i. ca. vbi. s̄. Sed hec obiectio debilis est qm̄ scriptura sepius celos noiat in plurali. Vñ Deuterono. xxiii. ca. Audite celi que loquar. Et. ij. Regū. xxij. ca. Inclinauit celos & descendit. & Job. xv. ca. Celi non sunt mūdi in cōspectu eius. Et ps̄. ij. Qui habitat in celis irridebit eos. Et ps̄. xxxij. Verbo dñi celi firmati sunt. Et ps̄. xlix. Annūciabūt celi iusticiā eius. Et ps̄. lxxxviii. Tui sunt celi & tua ē terra. & Sapientie. ix. Que in celis sūt qđ inuestigabit. & Isaie. xlv. Korate celi desup. & Ezechielis. i. Aperti sunt celi & vidi visiones. Et ad Hebreos. i. Opera manū tuaz sūt celi. Rñ det ergo Tho. i. parte vbi. s̄. Circa hoc videtur esse quedā diuersitas inter Basiliū & Erisostomus. Erisostomus enī dicit nō esse nisi vnū celū. Et qđ pluralit̄ dī. celi celoz. hoc est ppter proprietatē lingue hebrece in qua consuetū est vt celū solū pluralit̄ significet. Sic sūt multa et̄ noīa in latino qđ singulari carent. Basilius at̄ & Damascenus dicūt plures esse celos. S; hec diuersitas magis est in voce qđ in re. Nā Erisostomus vnū celū noiat totū corpus quod ē supra terrā & aquā. nā et̄ aues qđ volāt in aere dicunt̄ pp̄ hoc volucres celi. Sed qđ in isto corpore sunt multe distinctiones ppter hoc Basilius ponit plures celos. Ad distinctionē ergo celoz sciendā cōsiderandum est qđ celum tripliciter dī in scripturis. Quōz enī dī pprie & nāliter. & sic dī celū corpus aliqđ sublime & luminosū actu vel potentia & incorruptibile p nām. Et fm̄ hoc ponunt̄ tres celi. Primū totaliter lucidum quod vocant empirreū. Secūduz totaliter dyafanū quod vocant celū aqueum vel cristallinum. Tertium partim dyafanum & partim lucidum actu quod vocant ce-

lum sidereum. Et diuidit̄ in octo speras. s. speram stellarū fixarum & septem speras planetarum que pnt̄ dici octo celi. Scđo dī celū p participationē alicuius proprietatis celestis corporis. s. sublimitatis & luminositatis actu vel potentia. Et sic totū istud spatiū qđ est ab agf vsqz ad orbem lune. Damascenus ponit vnū celū noians illud aereū. & sic fm̄ eum sunt tres celi. aereū. sidereū. & aliud superius de quo intelligit qđ ap̄tus legit̄ raptus vsqz ad tertium celum. Sed qđ istud spatiū cōtinet duo elementa ignis & aeris. & in vtroqz coz vocat̄ inferior & superior regio. Ideo istud celū Rabanus distinxit in quattuor. supremā regionē ignis noians celū igneū. Inferiorē No regionē celum olimpiū ab altitudine cuiusdā montis qđ vocatur olimpus. Supremā No regionē aeris vocauit celum ethereum propter inflamationem. Inferiorē No regionē celum aereum. Et sic cū isti quattuor celi tribus superioribus connumerant̄ fiunt in vniuerso fm̄ Rabanū septem celi corporei. Tertio dī celum methaphorice. & sic quōz ipsa sancta trinitas dī celum ppter eius spūalē sublimitatem & lucem Quōz et̄ spūalia bona in quibus est scōz remuneratio propter eorum eminentiā celi nominant̄. Quōz No tria genera supernaliū visionū. s. corporalis. imaginarię. & intellectualis tres celi noiantur. de quibus exponit Aug⁹ qđ paulus est raptus vsqz ad tertiuū celū. Tertium dubiū fuit vtrum celum sit locus beatorum. Et qđ sic patet ex testimonio scripturarū Inqt̄ enī saluator n̄r Matth. v. ca. Bñi pauperes spū qm̄ ipsoz est regnū celoz. Et. vi. ca. Merces v̄ra copiosa est in celis. Et. xxij. ca. Erūt sic̄ angeli dei i celo. Et paul⁹ Actū. xiiij. ca. D portet nos p̄ mltas tribulatōes intrare in regnū celoz. & Petrus. i. epla. ca. ij. Bñdictus de⁹ & p̄ dñi n̄ri iesu xp̄i qui regenerauit nos in spem viuā. p resurrectionē iesu xp̄i filij sui & dñi n̄ri in hereditatē incorruptibile & incōtaminatā in celis. Et etiā ecclesia cantat Vaudent in celis anime sanctorum qui xp̄i vestigia sunt secuti. Et iterum in officio vnus martiris. Iste est qui contempfit vitam mundi & peruenit ad celestia regna. Et Macrobius super somnium Scipionis. Sic habeto omnibus qui patriam seruauerint iuuerint auxerint certū esse in celo diffinitū locum vbi beati cuo sempiterno fruant̄. Et Lucretius d quo refert Lactantius li. vij. Cedit idē

retro de terra quod fuit ante in terram. Sed quod
missum est ex etheris oris. Id rursum celi fulgen-
tia templa receperunt. Conueniunt itaque in hoc
omnes viri sapientes quod beati habitabunt in celo.
Theologi vero explicant illud fore celum empiri-
reum. quod secundum Thome. i. pre. q. lxxvi. dicitur empirreum. i.
igneum non ab ardore sed a splendore. Qualiter
vero accedit ad leticiam sanctorum esse in illo celo
satis constare potest ex his que dicantur in sermo-
ne de anime rationalis admirandis prerogatiuis.
Igitur dicere possumus cum propheta. Beati qui ha-
bitant in domo tua domine in secula seculorum lau-
dabunt te. Ibi erit ex omni parte quies et delecta-
tio. et sancti omnes eterna pace fruuntur. Ad quam nos
producat dei et virginis filius Iesus Christus qui uiuit
et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo vigesimustertius de eximia nobi-
litate et prestantia anime rationalis tam corpori uni-
te quam a corpore separate.

Ecce omnes anime mee

sunt. Dei uiuentis uerba sunt ista
originaliter Ezechielis. xviii. ca. Do-
lendum profecto est de multitudine ho-
minum pereuntium. quod concupiscentias prauas in-
sequentes. uirtutibus ieiunio uiciorum turpi-
tudini sese dederunt. Qui equidem obliti excellen-
tie ac dignitatis animarum suarum desunt luxu-
ria. et delicate atque molliter uiuunt abhorrentque
parcitate. continentiam. sobrietate. et quicquid est
quod uiros bonos deceat. fidei uero documenta
irrident. doctrinam euangelicam spernunt. de re-
gno celorum desperant. negant atque penas infer-
ni. Talibus autem erroribus inuoluunt. quam de anime
rationali minus bene sentiunt. quamque affirmantes
animas non reperiri. Aliquam et illas non multe nobi-
litate fore suadentes. Interdum uero et eas cum
suis corporibus improbe satis contendentes
corrumpi. Quos quid aliud dixerim nisi peco-
ra imundissima atque indomitas feras imo quod
boscumque beluis immanissimis deteriores. Inquit
enim David in psalmo. Non cum in honore esset non in-
tellexit comparatus est iumentis insipientibus
et similis factus est illis. Nam sumus ille propter
sapientia sua condidit omnia. minuit hominem pau-
lominus ab angelis. coronans glorie et hono-
re dum intellectiuam animam illi dedit. quod de re ut
aperiantur mentes cunctorum ad anime uerissimam co-
gnitionem illamque unusquisque studeat bonis et
sanctis moribus exornare. decreui in presenti
sermone de ipsa anime uerba facere. de qua tria

mysteria proponimus contemplanda.

Primum de diffinitionis.

Secundum productionis.

Tertium separationis.

¶ Quid sit anima que non est corpus nec ex semine can-
sata. et que una sola est in homine. Capitulum. i.

Primum mysterium contemplandum de anime de
diffinitionis. in quo quid sit anima declare-
mus. Dicit enim Albertus in compendio theolo-
gie. quod a quibusdam anime diffinitur ut spiritus. A qui-
busdam ut anima. A quibusdam uero ut spiritus et anima
In quantum considerat ut spiritus diffinitur sic ab
Augustino in li. de motu cordis. Anima est sub-
stantia incorporea intellectualis illuminatio-
nis a primo ultima reuelatione perceptiua. ulti-
ma dicitur. quod mediantibus angelis percipit. Ex
qua diffinitione cognoscimus. Quod spiritus huma-
nus qui est anima. inter omnes creaturas immedia-
te post angelos illuminationis diuine sit per-
ceptiuus. In quantum anime diffinitur sic a Remigio
Anima est substantia incorporea regens corpus.
Et ab Aristotele. in. ij. de anime dicitur. Anima est endele-
chia. i. actus siue forma corporis organici phi-
sici potentia uitam habentis. Ex quibus uerbis
datur intelligi. quod anima unibilis est corpori nec
omni sed soli organico uel phisico. i. naturali ad
suscceptionem anime rationalis disposito. In quantum autem
spiritus et anima diffinitur ab Augustino sic. Anima est
omni similitudo. que diffinitio data est per compa-
rationem ad creaturas. Anima enim ex sui natura ad sus-
cipiendas omni rerum similitudines tam corpo-
ralium quam spiritualium apta est. Et secundum Augustinum
li. de spiritu et anima multipliciter nominatur. scilicet. Anima. mens
ratio. spiritus. sensus. memoria. uoluntas. Anima dicitur in-
quantum animam corporis siue uiuificat. Mens in quantum
recolit. Ratio cum rem iudicat. Spiritus dum spi-
rat. uel quod spiritualem naturam habet. Sensus dum
sentit. Memoria dum recordatur. Uoluntas dum
consentit. Hec nomina diuerse sunt anime non per
essentie pluralitatem sed per effectuum multiplici-
tatem et operationem. sed per huius partis intelligenti-
am pleniori quattuor sunt dubia absoluenda.

Primum utrum sit anima.

Secundum utrum anima sit corpus.

Tertium utrum anima causetur ex semine.

Quartum utrum in homine sit una sola anima.

¶ In primo dubio expugnanda est et omnino re-
probanda perditissima opinio illorum qui tenent
animas non esse asserentes non nisi corpora aut cor-
porales substantias reperiri. Quos nos con-
uincere possumus triplici lumine.

Primum de testificationis.

Secundum operationis.

Tertium figurationis.

Primum lumen quo ostendit quod anima sit deus testificationis. Testatur quidem omnes rationes divine quam humane scripture animam esse. atque de illa sublimiter loquuntur. De hac itaque scribit sapiens Ecclesiastici ca. ij. Fili in mansuetudine serua animam tuam. Et. iij. ca. Humilia coram deo animam tuam. Et eodem ca. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Et. x. ca. Qui multis vitur verbis ledit animam suam. Et. xxix. ca. Qui cum fure participat ledit animam suam. Et. xxxiiij. ca. Timentis deum brata est anima illius. Et. li. ca. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum. Et Sapiencie. i. ca. In malivolam animam non intrabit sapientia. Et eodem ca. Quis occidit animam suam. Et Ecclesiastici. xxx. ca. Ad deserere anime tue placens deo. Eiusdem. xxxvij. ca. A consilio malo serua animam tuam. Et Lantico. i. ca. Numquam diligis anima mea vidistis. Eiusdem. iij. ca. Quisquam diligis anima mea. Et. vi. ca. Anima mea liquefacta est ut dilectus est locutus. Et Judith. viij. ca. Humiliemus illi animas nostras. Et Job. x. ca. Tedet animam meam vite mee. Et Thobie. xij. ca. Qui faciunt peccatum hostes sunt anime sue. Et Deuterono. iij. ca. Custodite sollicite animas vestras. Et Josue. ij. ca. Eruat animas vestras de morte. Et Abacuc. ij. ca. Qui incredulus est non erit recta eius anima. Et. i. Regum. ca. xxvi. scribit. Adagnificet anima mea in oculis domini. Et. ij. Regum. xiiij. ca. Non vult deus pure animam. Et. iij. Regum. xix. Tolle animam meam. Et. iij. Regum. i. ca. Moli despiciere animam meam. Et ps. vi. Anima mea turbata est valde. Et. vij. Me quando rapiat ut leo animam meam. Et xv. Non derelinques animam meam in inferno. Et. xx. Erue a fratre deus animam meam. Et. xxiiij. Ad te domine leuavi animam meam. Et. xxxij. Anima mea sustinet dominum. Et. xli. Quomodo desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Et. lxxij. Sitiuit in te anima mea. Et ps. lxxi. Animas pauperum saluas faciet. Et saluator noster dixit Matthei. vi. ca. Anima plus est quam esca. Et. x. ca. Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Et. xvi. ca. Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur anime. Non sue detrimentum patiat aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. Et. xxvi. ca. Tristis est anima mea usque ad mortem. Et Luce. ij. ca. Beata virgo in suo cantico ita cecinit. Adagnificat anima mea dominum. Et Simeon virginem eodem ca. sic allocutus est. Tuam ipsam animam pertransibit gladius. Et Jacobus. v. ca. ait. Qui

68
conuerterit peccatorem ab errore vie sue saluabit animam eius a morte. Et. i. ca. In mansuetudine suscipite insitum Verbum quod potest saluare animas vestras. Et Petrus. i. epla. ca. ij. inquit. Obsecro vos tamquam aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis que militat aduersus animas. In sacris vero canonibus sepius fit mentio de anima. sic ps. xxiiij. di. ca. Qui episcopus. Et. xi. q. iij. ca. placuit. ca. absit. ca. nolite timere. ca. audi. Et. xiiij. q. ij. ca. rps. ca. huc. ca. fatendum. ca. anime defunctorum. Et. xvi. q. i. ca. in canonibus. Et. xxi. q. i. in ca. relatio. Et. xxiiij. q. iij. ca. ipsa pietas. ca. quod christus. ca. displicet. Et. xxiiij. q. iij. ca. si habes. Et. xxvi. q. vi. ca. agnouimus. Et. xxx. q. i. ca. ad limina. Et. xxxij. q. ij. ca. quod vero. si illud. ca. moyses. Et. xxxiiij. q. ij. ca. animo nescio. Et de pe. di. i. ca. resuscitatus. ca. voluissent. Et di. ij. ca. charitas. ca. ergo. Et di. iij. ca. potest. ca. si quis. ca. quod ergo. Et di. v. ca. consideret. Et de cose. di. ij. ca. reuera. Et di. iij. ca. Si baptizata. Et de maio. et obe. ca. solite. Et de suma tri. et si. ca. firmiter. Et de pe. et re. ca. cum infirmitas. Et de renuci. ca. nisi cum prode. Et de cele. missa. ca. in quadam. Et de decimis ca. cum non sit in homine. In clementina vero de sum. tri. et si. ca. dantur illi qui dicunt animam non esse formam corporis. Nam Aristoteles. viij. methaphisicis. dicit. Quod dicitur sumit de forma rei. Sed dicitur constitutiva hominis est rationale quod dicitur de homine ratione anime intellective seu intellectui principij. ut inquit Thobie. i. pte. q. lxxvi. ergo anima est hominis forma. Ad gentiles iam veniamus qui naturalis rationis lumine illustrati magnificentissime de anima sunt locuti. Inquit Cicero in paradoxis. Deus et mirum omnium nam dedit tibi animam quo nihil potest esse prestantius nihil diuinius. Et idem in li. de natura deorum. Quid esse potest in rerum natura homine melius. in eo enim solo est ratio qua nihil potest esse prestantius. Et idem in li. de reipub. Ut mundum deus eternus regit sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Et Plato in Thimeo. Deus virtutibus animam preire iussit ipsamque dominam nostri corporis fore voluit. quod ipsa tuet. Et Salustius in iugurtino. Ut genus humanum compositum ex corpore et anima est. ita res studiaque omnia nostra alia corporis alia anime sequuntur. Et Quindius in li. de remedio amoris. ut corpus redimas ferrum patieris et ignes. Utque animo valeas quicquam tollerare negabis. Et ne singulorum repetamus dicta concludimus. Quod omnes sancti. omnes eruditi viri. omnes denique philosophi et stoici et peripatetici ac alij quicumque animam esse et docent et confitentur. Secundum lumen quo ostendit

30
q̄ sit aia dī opatōis. vt enī scribit Alexander
de ales in. ij. volumine sūme. Videm⁹ quedā
corpora q̄ nō nutriūt neq; augent neq; gene-
rant nec mouent motu volūtario vt lapides.
Quedā q̄ nutriūt augent ⁊ generant vt plan-
te. Quedā que vltra hec mouent ⁊ sentiūt vt
aialia. Quedā at̄ q̄ agunt rōne. Si ergo prin-
cipiū harū opationū esset corporeitas. inueni-
ret tunc in oib⁹ corpibus. ergo illud a quo iste
operationes pueniunt erit aia. Et sic in plan-
tis est aia vegetatiua. in aialibus brut⁹ aia sen-
situa. in hoibus No aia intellectiua. Quis nā
nō miret q̄ta sit hūani ingenij pspicacitas. q̄
stupenda intellectus sublimitas. q̄ue admira-
bilis vigor rōnis. Et vnde puenit nisi ex ai sa-
pientia. vt volantes aues p aera habitantes. i
aquarū pfundis pisces. ⁊ discurretes p nemo-
ra ferocissimas bestias hō ad suū vsū pducant
Nō prodest aquilis altus volatus. nō leonib⁹
fortitudo. nō elephantibus magnitudo. non
venenositas draconibus ⁊ serpentib⁹. nō cer-
uis agilitas. nō deniq; marinis beluis latitu-
do. vastitasq; aquarū. cū ab hoibus artificijs
pene innumeris capiunt. Quid de artiuū inue-
tione exercitationeq; dicemus. Inspiciamus
agriculturā lanificū architecturā fabrefacti-
nam ⁊ reliquas in quarū effectibus deprehen-
dit aliquid in hoie esse vltra corpus. Que an-
tiqui vulgares cū prius talia nō fuissent expti
illos qui ea primo in aliq̄ puincia facere docu-
erunt. crediderūt esse deos. Isis Inachi filia
regis argiuorū ⁊ soror foronei nauigās in egyptū
q; liras quasdam egyptijs dedit ⁊ d̄ agricul-
tura multa eos docuit post mortē in numero
dearū recepta est. Saturnus vt recitat paulus
in historia romanorū. Iouē filiū e grecia fugi-
ens in ciuitate q̄ ex eius noie saturnia dicta ē.
haud pcul ab vrbe rudes pplos domos edifi-
carc. terras incolere. plantare vineas docuit.
atq; humanis moribus viuere cū antea semi-
feri glandiū tmmodo alimentis vitā sustenta-
rent. Et aut in speluncis aut frōdibus virgul-
risq; contextis casulis habitarent ab indocili
⁊ rustica multitudine deus est appellatus. Ro-
mulus q; vrbe fūdauit vallauitq; muro apud
paludē capre. nusq; cōparuisset anno regni tri-
gesimonono ad deos transisse creditus est ⁊
quirini noie consecratus. De liberalibus aut
disciplinis grāmatica. logica. rhetorica. aris-
metrica. geometria. musica. astrologia illarūq;
receptoribus pl̄ xior esset sermo habendus. S3

vt cōplectamur oia succincte. tantus in illis ē
decor humane vite. tanta intellectus pfectio.
tanta loquendi ⁊ viuendi moderatio. tāta de-
niq; cognitio rerū. vt q̄ illis inueniūt imbuti
sūma veneratione celebrent a cunctis. O de-
testabilem errorem. o dānabilem cecitatem. O deniq;
fatuitatē pestiferā eorū qui tanta. vt sic dicam
aiarū facta mirabilia contuent ⁊ aias non esse
tenent. Pro quibus Aug⁹ li. x. cōfessionū ait
Eūt hoies mirari alta montiū. ingentes flu-
ctus maris. altissimos lapsus fluminū. oceanū
ambitū. ⁊ giroso siderū. ⁊ relinquūt seipsos nec
mirant. Et in principio li. de spū ⁊ aia inquit.
Quā dictū est mihi vt meipsū cognoscā susti-
nere nō possū vt me habēā incognitū. Magna
nanq; negligentia est nescire qd̄ illud sit q̄ cele-
stia tā pfunde cogitamus. nālia tā subtili in-
dagatione inuestigamus. ⁊ de ipso quoq; cre-
atore nro tā pfunda desideramus scire nec ē
res peregrina nec longe querenda. animus q̄
ista sapim⁹ sed est semp nobiscū adest. tractat
loquit ⁊ intus nescitur. Datū est illi taz ingē-
tiū rerū scire secreta ⁊ seipsū cognoscere non
pōt. hec ille. ¶ Tertiū lumen quo ostendimus
q̄ sit aia dī figurationis. Ipsa quippe corpo-
ris humani figura ad celos erecta. designat
aliquid esse in hoie qd̄ ad celos tendere debeat.
Hinc Quidē in. i. methamorpho. dicit. Pro-
naq; cū spectent aialia cetera terrā. O s homi-
sublime dedit celūq; videre. Iussit ⁊ erectos
ad sidera tollere vult⁹. Et Bernardus super
cantica ait. Corporis staturā ideo deus dedit
hoi rectā. vt corporea rectitudo exterioris vi-
liorūq; figmēti. hoiem interiorē rectitudinis
sue formande moueret ⁊ decor vini deformi-
tatē argueret ai. hec Bernardus. Ex quibus
concludimus q̄ in numero creaturarū reperit
aia rōnalis ad imaginē ⁊ similitudinē dei cre-
ata cuius pstantiā ex his que amodo disce-
mus vnusquisq; percipere pōt. ¶ Secundū
dubiū absoluendū est vtrū aia sit corpus. Ad
qd̄ respondemus sequentes in hac parte do-
ctrinā fidei ⁊ sacre theologie. ¶ Anima ē spi-
ritualis substantia. Aristo. No in. ij. phicorū
dicit q̄ vltima formarū nālium ad quā termi-
natur consideratio phie naturalis. s. aia hūa-
na est quide; separata. sed tū in materia. Qd̄
ex hoc probat. Quia homo ex materia gene-
rat hoiem ⁊ sol. Separata quidē est fm virtu-
tem intellectiua. q; virtus intellectiua nō est
virtus alicuius organi corporalis. sicut virtus

visiva est actus oculi. Intelligere enim est actus
qui non potest exerceri per organum corpora
le sicut exercetur visio. Sed in materia est in
quod ipsa anima cuius est hec virtus est corpo
ris forma et terminus generationis humane.
Sic ergo philosophus dicit in. iij. de anima. Quod intellectus
est separatus. quia non est virtus alicuius orga
ni corporalis. Ex quo apparet ineptia illorum
qui ut dicit Thomas. i. parte. q. lxxv. Imaginatio
nem transcendere non valentes sola corpora
dicebant esse et quod non est corpus nihil esse. Con
tra istos est auctoritas scripture. Ecclesiastes
ultimo ca. vbi sic habet. Reuertatur pulvis in
terram suam et spiritus redeat ad deum qui dedit illum
Augustinus in sup. li. xix. de civi. dei. commendat Bar
ronem qui hominem nec animam solam nec solum cor
pus. sed animam simul et corpus esse arbitratur.
Et si obijceret quod mouentis ad motum oportet
esse aliquem contractum. contractus autem non est nisi
corporum. ergo cum anima moueat corpus videtur quod
sit corpus. Respondet Thomas. vbi. s. q. duplex est con
tractus. scilicet quantitatis et virtutis. Primo modo
corpus non tangit nisi a corpore. Secundo modo cor
pus habet tangi a re incorporea que mouet corpus
Sed adhuc plerique instant quod animam nullus vi
det. quomodo ergo est dum a corpore separatur a nemine
conspicit. quod si non videtur non sentitur non au
dit. neque quo se conferat scimus. Ad hoc respondet
Gregorius in. iij. dialogorum li. q. anima est illa
spiritualis substantia cuius virtute quod diu est in
corpore. corpus vivit. corpus sentit. oculi vi
dent. aures audiunt. et tamen ipsa corporeis oculis
non videtur. Idem dicimus de angelis de demo
nibus et de ipso altissimo deo. quod illorum effectus
negare non possumus quos oculis inspicimus
et manibus contrectamus et cuius sint spirituales sub
stantie corporeis sensibus non subiiciunt. Sic
Lactantius li. vij. diuina. insti. de deo loquens
aliquod dedit exempla quibus prouinci prout hi qui ni
hil esse volunt nisi quod videtur. Quia inquit deus ab
homine videri non potest ne quis eum putaret ex eo ipso
deum non esse quia mortalibus oculis non videtur in
ter cetera suorum institutorum mirabilia fecit etiam
multa quorum vis quidem apparet. ipsa autem non vi
dentur. sicut est vox odor ventus ut harum rerum
argumento et exemplo est deum licet sub oculis
non veniret. de sua tamen vi et effectu et operibus cer
neremus. hec ille. Primum modo et anime virtutem stu
pendissimasque operationes ut diximus in prece
denti dubio contuentes animam esse deprehendi
mus substantiam spirituales nobilissimam. Et

69
ut Augustinus refert in li. de immortalitate
anime. Nihil absurdius dici potest quam tantummodo
ea esse que oculis conspiciuntur. et ea non esse
que intelligentia subsistere iudicamus. Tertium
dubium absoluendum est. utrum anime causentur
ex semine. et possit quis arguere quod sic. Primum
quod Benefis. xvi. ca. scribitur. Euncte anime
que ingressę sunt cum iacob in egyptum et egres
se sunt de femore illius. Sed nihil egreditur de
femore hominis nisi in quantum causatur ex se
mine. ergo anima intellectiva causatur ex semine
Secundo homo generat sibi simile secundum speciem. sed
species humana constituitur per animam rationalem.
ergo anima rationalis est a generante. Tertio
inconueniens est dicere quod deus cooperetur
peccantibus. sed si anime rationales causarentur
a deo. deus interdum cooperaretur adulteris. ex
quorum illicito coitu proles interdum generatur.
Ad habendam huius veritatis noticiam. sanctus
Thomas. i. parte. q. cxviii. ita dicit. Quod impossibile
est virtutem actiuam que est in materia ex
tendere suam actionem ad producendum ima
teriale effectum. Manifestum est autem quod
principium intellectiuum in homine est principium
transcendens materiam. habet enim operatio
nem in qua non comunicat corpus. Et ideo im
possibile est quod virtus que est in semine sit pro
ductina intellectiui principij. Similiter etiam
quia virtus que est in semine agit in virtute anime
generantis secundum quod anima generantis est actus
corporis vtens ipso corpore in sua operatione.
In operatione autem intellectus non comunicat
corpus. Unde virtus intellectiui principij prout
intellectiuum est non potest ad semen perue
nire. Et ideo philosophus dicit in li. de generatione
animalium. Relinquit intellectus solus deforis ad
uenire. Similiter etiam anima intellectiva cum ha
beat operationem sine corpore est subsistens et
ita sibi debet esse et fieri. Et cum sit imaterialis
substantia non potest causari per generationem. sed
solum per creationem a deo. Prout dicitur anima intellectiva
a generante causari nihil aliud est quam pone
re eam non subsistentem. et per consequens corrupti
eam cum corpore. Et ideo hereticus est dicere quod anima
intellectiva traducatur cum semine. Ad primum
vero quod adducebatur in oppositum dicendum.
quod in auctoritate illa ponitur per synodochem
pars per toto. id est anima pro toto homine. Ad secundum
vero respondemus. quod homo generat sibi simi
le in quantum per virtutem seminis eius disponit illa
materiam ad talem formam siue ad susceptionem talis

forme. Ad tertium dicitur rñdet. q̄ in actione adul-
terorū id q̄d est nature bonū est et huic coope-
rat deus. q̄d No est inordinate volūtatis ma-
lum est et huic deus non cooperat. Nec Tho.
¶ Quartū dubiū declarandū vtz in hoīe sit
vna sola aīa intellectiua vel plures p̄ essentiā
differentes. Ad h̄ rñdet Aug⁹ in li. de ecclesia
sti. dogma. Neq̄ inqt duas aīas esse dicimus
in hoīe sic Jacobus et alij Siroz scribūt. vna
aīalē qua aīatur corpus et imixta sit sanguini.
Alterā spūalē q̄ rōni ministret. Sed dicimus
vna et eandē esse aīam in hoīe q̄ et corpus sua
societate viuificat. et semetipsā sua rōe dispo-
nit. Et h̄ qdā dicere voluerūt. q̄ in embriōne
primo preexistat aīa vegetatiua. q̄ Aristo. vi-
cit in li. de aīalibus. q̄ embriō prius est aīal q̄
hō. Et deinde supra aīam vegetatiuā supue-
nit alia aīa q̄ est sēsitua. et supra illā iterū alia
q̄ est intellectiua. et sic eēt tres aīe in hoīe. Tñ
hoc improbat Tho. i. pte. q. lxxvi. et cxviii affir-
mans. q̄ cū generatio vnus semp sit corru-
ptio alterius. necesse est dicere q̄ tam in hoīe
q̄ in alijs aīalibus q̄ p̄fectior forma aduenit
sit corruptio prioris ita tñ q̄ sequēs forma h̄z
quicqd̄ habebat prima et adhuc ampli⁹. Qua-
re cū aīa intellectiua creat et infundit a deo sicut
est sensitua et vegetatiua corruptis formis p̄
existentibus. Adulta essent h̄ loco dicēda q̄ ne
tedio auditores afficiamus silentio preterim⁹
¶ Stensū iā ex dictis est. q̄ qlibet aīam creatu-
rā excellētissimā cognoscere v̄z eāq̄ sp̄ mudā
et imaculatā seruare. Mā si tanta diligētia cor-
ruptibile corpus gubernam⁹ q̄to magis rō-
nalis aīam oī studio a q̄buscūq̄ vitijs tueri te-
nemur. Heu heu inqt Bernardus. abstergit
caliga et ptēnit aīa. Paucissimi quippe reperi-
unt q̄ nō magis p̄ corpore q̄ pro aīa subeant
quoscūq̄ labores.

¶ De productione aīe rōnalis que nō ab an-
gelis sed a deo p̄ducta est de nihilo conueniē-
ter vnita corpori organico. et de nouo creata et
infusa. Capitulum. ij.

¶ Ecūdū mysteriū de aīacōtemplādū dī-
p̄ductionis. In quo adhuc quattuor du-
bia sunt enucleanda.

¶ Primū vtrū aīa sit producta ab angelis.
Scdm̄ vtrū aīa sit p̄ducta de substantia dei.
¶ Tertium vtrū oēs aīe fuerūt simul create.
¶ Quartū vtz de⁹ debuit aīam rōnalē tali cor-
pori vnire. ¶ Pro primū dubij planiore intel-
ligētia. qdā arguūt pbātes h̄z v̄tate. q̄ aīa

rōnalis p̄ducta ē ab angelis. ¶ Primo q̄ maior
ē ordo in spūalib⁹ q̄ i corpālib⁹. s̄z corpa infe-
riora p̄ducūt p̄ corpa superiora vt Dionysius
dicit. iiii. ca. de diu. no. s̄ inferiores spūs q̄ sūt
aīe rōnales p̄ducunt p̄ spūs superiores q̄ sunt
angeli. Scdo p̄fectū est qd̄ pōt sibi sile facere.
sed spūales substātie sūt multo magis p̄fecte
q̄ corpales. cū s̄ corpa faciant sibi filia s̄z spe-
ciē mlto magis angeli poterūt facere aliquid
infra se s̄m speciē nature. s. aīam rōnalē. Sed
¶ istos ita loquentes est auctoritas glose sup
illo verbo ps. Qui finxit sigillatim corda eoz
q̄ ait. Creat deus aīas singulorū p̄ se de nihilo
Et iō inqt Tho. i. pte. q. xci. q̄ cū aīa rōnalis p̄-
ducat in esse p̄ creationē non pōt p̄duci nisi a
deo. q̄ s̄m Augusti. in. iij. de tri. nec boni nec
mali angeli pōt esse creatores alicuius rei. Et
rō sumi pōt s̄m Tho. vbi. s. q̄ solius p̄mi agē-
tis ē agere nullo p̄supposito. cū sp̄ agēs scdm̄
p̄supponat aliqd̄ a primo agēte. q̄ at̄ agit ali-
qd̄ ex aliq̄ p̄supposito agit trāsmutando. et iō
nullū aliqd̄ agēs agit nisi trāsmutando. s̄z sol⁹
deus agit creando. Et q̄ aīa rōnalis non pōt
p̄duci p̄ trāsmutationē alicuius materie. iō
nō pōt p̄duci nisi a deo imediate. Ad primū
argumentū rñdet Tho. q̄ corpa ideo produ-
cunt corpora q̄ agūt p̄ trāsmutationē mate-
rie. Ad scdm̄ No argumentū rñdet latius. i. p-
te. q. xliij. vbi ait arti. v. in rñsione ad. i. ar. q̄ ali-
qd̄ p̄fectū p̄cipans aliquā nām facit sibi sile
nō quidē p̄ducendo illā nām absolute sed ap-
plicando eā ad aliquid. Mō enī hic hō pōt eē
cā nāe hūane absolute q̄ sic esset. cā sui ipsius
Sed est cā q̄ natura hūana sit in hoc hoīe ge-
nerato. Et sic p̄supponit in sua actiōe deter-
minatā nām p̄ quā est hic hō. Sed sic hic hō
participat hūanā nām. ita q̄dcūq̄ ens crea-
tū participat nām essendi q̄ solus deus ē suū
esse. Nullū ergo ens creatū pōt p̄ducere ali-
quod ens absolute. nisi inq̄tū esse causat in h̄
Et sic oportet q̄ p̄intelligat id p̄ qd̄ aliqd̄ est
hoc actiōe qua facit sibi sile. In substantia at̄
immāli nō pōt p̄intelligi aliqd̄ p̄ qd̄ fit hoc
Quia est hoc p̄ suā formā p̄ quā h̄z esse. Sub-
stātia ergo immālis nō pōt p̄ducere aliā sub-
stātiā immālē sibi silem q̄tū ad eius esse. s̄z
q̄tū ad aliquā p̄fectionē supadditā. Sic si di-
cam⁹ q̄ superior angelus illuminat inferiorē. vt
Dionysius dicit. Ex quo apparet q̄ nullū ens
creatum potest creare aliquid nisi p̄supposi-
to aliquo quod repugnat rationi creationis.

70
¶ Secundū dubiū ppositū fuit vtrū aia sit p
ducta a deo de substātia dei. et vt refert Aug⁹
in. vij. sup genefim ad lraz. Et in libris 3 Fau
stū. Et in li. de duabus aiabus. Distilliantē
Adanichei et gnostici heretici tenuerūt aiam
fore de substātia dei. Euripides et phus teste
Tullio in qstionibus tusculanis dicebat aiam
deū esse. Ipse adhuc Tullius in prefato libro
dixit. Nūanus aius ex diuina mente cōcept⁹
cū nullo alio nisi cū ipso deo cōpari pōt. Se
neca ad hoc scribēs ad lucillū inqt. Nihil est
aliud nra rō qz pars diuini spūs i corp⁹ nīm
īmersa. Idē pfessus est Adacrobis sup som
niū Scipionis. Contra qz oēs Aug⁹ in li. de
origine aie ait. Nō aliter audiendi sunt qz he
retici q aiam deū esse dicūt. Nā si sic esset nec
in melius nec in peius labi possz. Et vt scribit
Tho. i. pre. q. xci. Dicere aiam esse de substātia
dei manifestā improbabilitatē cōtinet. Nam
aia hūana qmz ē intelligēs in potētia et sciaz
quodāmō a rebus acgrit et hz diuersas potē
tias q oia aliena sunt a dei nā q est actus pur⁹
et nihil ab alio accipiens et nullā diuersitatem
hz in se. Sed pleriqz dubitant qz Benefis ca.
ij. scribit. Formauit deus hoīem de limo terre
et inspirauit in faciē ei⁹ spiraculū vite et fact⁹
est hō in aiam viuētē. Sed ille q spirat aliqd
a se emittit. ergo aia qua hō viuūt est aliqd de
substātia dei. Ad hoc rōndet Tho. q inspirare
nō est accipiendū corporalit. Sed idē est deuz
inspirare qd spm facere nō de substātia sua
sed de nihilo. nā et hō corporaliter spirans non
emittit aliqd de substātia sua sed de nā extra
nea. Iecirco firmiter pfitemur vt i supiorib⁹
diximus. Qz aia pducta est in esse a deo de ni
hilo. Qua veritate immobiliter pssistente repro
bat opinio illoz qui dixerūt aiam fore ignem.
Hanc tenuit Democritus vt ait Aristo. in. i.
de aia. In libro at d vita et morte Aristo. legit⁹
Heraclitū semp affirmasse deos oēs ex igne
esse. et ex igne vniuersa cōstare et aiam fauillā
esse stillantis essentie. Seno insup et Leuncip
pus idē pfitebant⁹ fm Tulliu in qstionib⁹ tu
sculanis. Idē affirmabat Ipare⁹ put scribit
Adacrobis in. i. li. sup somniū Scipiois. Fu
erunt hui⁹ opinionis somnia. Qz aia presente
corpus caleat et recedēte frigescit. Et forte sic
opinantes ignei erant et humoribus colericis
affluentes. Sed qd referemus de alijs q dixē
rūt. qz aia sit aer seu ventus. hoc docuit Dyo
genes hz Aristo. in. i. de aia. Anaximanes in

sup nō tm aias sz deos et quecūqz alia dicebat
ab aere genita. vt cōmemorat Aug⁹ li. viij. de
ci. dei. hz hz Pliniū iuenit horologiū. At et hī
aerei sanguineisqz humoribus abundātes cre
di rōnabiliter pnt. Errauit adhuc Thales me
lesius q vt scripsit Tullius in li. d nā deoz. di
xit deū ex aqua cūcta formasse. ideoqz et aiam
aquā esse. Contra quē et reliquos prenoiatos
phos extat snia Augusti. q in li. de quātitate
aie ait. Nō ex his notis vhitatisqz naturis aia
facta est qz istis corporeis sensibus tangim⁹.
Nā neqz ex terra neqz ex aq neqz ex igne neqz
ex aere neqz ex his oibus neqz ex aliquibus cō
iunctis hoz cōstare aiam puto. Quare abie
ctis phoz erroribus sequamur dicta catholi
coz tenētes vt scribit in cōpendio theologie.
Qz aia est spūalis substātia et rōnalis ad viui
ficandū corpus humanū de nihilo creata. Ere
ata est inqz aia pfectibilis et impfecta qz tū ad
sciam et virtutes. pfectissima tm est qz tū ad nā
les potētiās. quātitatē hz nō diffusiuā sed
potēstatiuā et virtualē. Et qz ē simplex nec au
gmenti nec detrimenti est susceptiua. Et nec
in corpore maiori maior. nec minori minor re
perit. Est ad imaginē dei facta capax virtutū
vel vitij suspectibilis pene vl premiij arbitrio
libera. potētijs et habitibus et affectionibus
decorata. Laret pondere figura et colore. passi
bilis est et mutabilis. Eo magis est quo capax
est eternitatis. Eo recta quo appetens est bo
nitatis. Eo beata q particeps est diuinitatis.
¶ Tertiū dubiū fuit vtrū oēs aie fuerāt simul
create. Et phi auidā cū Platone asserētes. qz
aie intellectiue accidar vniū corpori ponētes
eā esse eiusdē cōditionis cū substātijs spūa
libus q corpori non vniunt. tenuerūt oēs aias
hoīm simul a principio cū angelis fuisse crea
tas. Quā opinionē sequens Origenes dixit.
Qz oēs aie fuerūt cū angelis create et ad sugge
stionē dei tenebrax rebellauerunt deo. quare
datū est illis corpus loco carceris vt ibi puni
antur. post separationē vo ab illo sic purga
te ad celos redeunt. Sed profecto ex oi parte
impia est atqz falsissima opinio ista. Nā vt in
quit Tho. i. parte. q. cxvij. Si accidentaliter
conueniret anime vniū corpori sequeretur qz
homo qui constituit⁹ ex ista vniōne esset ens
per accidens. qz etiam aia hūana nō sit eiusdē
nature cū angelis ipse diuersus mod⁹ intelli
gendi ostendit. Nō enī intelligit accipiēdo a
sensibilibus et conuertendo se ad fantasmatā.

Angelus No nō sic. Mā vt scribit in cōpen-
dio theologie. Intellectus diuinus cognoscit
seipsū. Intellectus angeli cognoscit res p spe-
cies cōcreatas. Intellectus No hūan⁹ cogno-
scit p species abstractas a rebus particularibus
p sensus prius cognitis. Et precipue in quat-
tuor differūt pmaxie angelus ⁊ aia. Primo
differūt penes esse nāle. qz aia est vnibilis cor-
pori ēt actu sepata. angelus nō. Secdo differūt
penes esse logicū. i. diffinitionē. qz aia rōnalis
est. sed angelus intellectualis. Aia enī appre-
hendit inquirendo ⁊ cōserendo. angelus āt in-
tuendo. Tertio differūt penes esse methaphi-
sicū. i. sepatū a mā ⁊ motu. qz angelus non hz
passibilitatē nisi respectu superiorū. Aia No
respectu inferiorū qz immutat a sensibilibus.
Quarto differūt penes esse theologicū. qz aia
vertibilis est a bono in malū ⁊ ecōuerso. ange-
lus No nō qz manet in eo ad qd se conuertit.
sive bonū sive malū. Insup ⁊ fidē est ⁊ totam
scripturā sacrā ponere nullā aiam debere dā-
nari. Quare in hoc acceptanda est sententia
Augusti. q in li. de ecclesiasticis dogmatib⁹ ait
Credendū est ⁊ firmiter tenēdū. qz aie nō sūt
ab initio create vt Origenes finxit. nec cū cor-
poribus seminant. vt Luciferani ⁊ Cirillus ⁊
quidā latinoꝝ affirmant. Sed a deo aiam cre-
ari simul ⁊ infundi in corpe cōposito ⁊ forma-
to. Si No obijceret qz deus cessauit a creatio-
ne rerū. qz vt scribit Genes ca. ij. Cessauit ab
oi ope qd patrarat. Rūdet Tho. vbi. s. qz de⁹
dī cessasse die. vij. nō quidē ab oi ope. cū dicat
Joānis. v. Pater meus opat vsqz mō ⁊ ego
opor. Sed cessauit a nouis rerū generibus ⁊
speciebus cōdendis. Mā vt idē Tho. ponit. i.
pte. q. lxxij. Post opa sex dieꝝ a deo mltā fa-
cta sunt. ⁊ fiunt a deo quottidie. sic noua indi-
uidua in qualibet specie. ⁊ noue spēs q frequē-
ter apparent in aialibus ex putrefactione ge-
nerat. ⁊ noua miracula ac noue aie. Tū nihil
ex his factū est nouū quin aliquāter in ope-
ribus sex dieꝝ precesserit aut pertiterit. Sive
māliter sic de costa. Ade formauit mulierem
sive causaliter sicut indiuidua que nunc gene-
rant precesserūt in primis indiuiduis suarū
specieꝝ. Species ēt noue si q apparēt pertite-
rūt in quibusdā actiuis virtutib⁹. sicut qz aia-
lia ex putrefactione generata pducant ex vir-
tutibus stellarū ⁊ elemētoꝝ quas a principio
acceperunt. etiā si noue species talium aialium p-
ducantur. aut quedā precesserūt sūm similitudinē

sicut aie que nunc creant. ideo nihil nouū sub
sole Ecclesiasti. i. ca. Qd de aia⁹ de nouo cre-
atis intelligi etiā pōt. eo qz aia a de in operi-
bus illis sex dieꝝ creata fuit cui oēs alie que
pducunt sigillatim similes sunt. Sed adhuc
orū difficultas de aia primi hoīs an. s. fuerit
creata simul cū corpe vel ante corpus. Et Au-
gusti⁹ sup Benefim ad lram videt sentire qz
creata fuit ante corpus cū angelis. sed hoc nō
dicit asserēdo. Et in li. de ecclesiasticis dogma-
tis expresse priū asserit. Scūs No Tho. i. parte. q.
xci. dicit. Qz cū aia vniat corpori vt forma. ⁊
sit nāliter pars hūane nature esse nō pōt qz fue-
rit ante corpe creata. Mā deus primas res in-
stituit in pfecto statu sue nature sūm qz vnus-
cuiusqz rei species exigebat. Aia āt cū sit ps
humane nature nō habet nālem pfectionem
nisi sūm qz est corpori vnita. vñ non fuisset cō-
ueniens aiam sine corpore creari. ¶ Quartū
dubiū ppositū fuit vtrū deus debuit aiam ta-
li corpori vnire. Est quidē vt apparet corpus
humanū passibile corruptibile mortale debile
fatis ⁊ imbecille. Supatur a corporibus cele-
stibus in impassibilitate in splendore in deco-
re. A lince in visu. a cane ⁊ vulture in odore. a
porco in auditu. a simia in gustu ⁊ aranea in
tactu. a volucibus in agilitate ⁊ huiusmodi
Si aia nobilissima est creatura cur corpori tā
infimo deus illā copulauit. Ad qd rūdet Bo-
nauentu. in. ij. di. xvij. Qz hoc cōuenienter fa-
ctum est quattuor rōnibus.

Prima qz sic requirebat ordo hoīs in se.

Secda qz sic requirebat ordo hoīs ad creaturā
inferiorem.

Tertia qz sic requirebat ordo hoīs ad creatu-
ram parem.

Quarta qz sic requirebat ordo hoīs ad finem

¶ Primo requirebat ordo hoīs ad se vt aia
tali corpori vniretur. Mā homo cōditus fuit
vt natus multa cognosceret nō solū cognitio-
ne intellectina sed etiā sēsitina. ideo debuit ei
dari corpus multiforme vt diuersa organa di-
uersitati sensuū deservirent ad diuersa obie-
cta cognoscenda. Quia etiā conditus fuit in
vertilitate arbitrij vt potens viuere in iusti-
cia ⁊ mori p culpaꝝ. Dari debuit ēt ei corpus
qd nō tm esset abile ad viuendū sed etiā possz
fieri abile ad corrupēdū sive moriendū. Jo
corpus illud non debuit esse celeste sed elemē-
tare. ¶ Secdo requirebat ordo hoīs ad creatu-
ram inferiorem vt tale corpus sibi daret. Quia

enim corporales nature inferiores facte sunt
 vt deseruient creature rōnali. hinc est q' de-
 buit fieri rōnalis creatura taliter cōposita q'
 obsequiū creaturarū inferiorum esset ei vtilē.
 Quare non debuit corpus hoīs tā ex natura
 superiorū corporū q̄ ex natura elementorū cō-
 stitui. ¶ Tertio sic req̄rebat ordo hoīs ad cre-
 aturā parem. Sicut enim facta est vna creatu-
 ra rōnalis prope deū et in loco supremo. s. celo
 empirreo. sic debuit fieri alia rōnalis creatu-
 ra in loco infimo. s. in terra. Et ideo corp⁹ ei⁹
 debuit institui ex natura tali habitationi cō-
 uenienti. ¶ Quarto ordo hoīs ad finem req̄-
 rebat vt tale corpus haberet. Debebat qui-
 dem hō subici deo per abiectionē humilitatis
 vt sic ascenderet vñ angelus ceciderat per ele-
 ctionē. Ideo ei dari debuit corpus in quo pul-
 uerem se reputans deo per oia subiaceret. Et
 si obiceret q' perfectioris forme debet esse per-
 fectius susceptibile. Sed aia in intellectiua est p-
 fectissima aiarum. Lū oim aliorū aialium cor-
 pora habeant nāliter insita tegumenta puta
 pilorū loco vestium. et vnguū loco calciamen-
 torū. habeant etiā arma nāliter sibi data sicut
 vngues dentes aut cornua. ergo videt q' aia
 intellectiua nō debuerit vniri corpi imperfecto
 tanq̄ talibus auxilijs priuato. Ad hoc rñdet
 Tho. i. parte. q. lxxvi. arti. v. in responsione ad
 quartū argu. q' aia intellectiua qz est vniuer-
 saliu cōprehensiu hz virtutez ad infinita. Et
 iō nō potuerūt sibi determinari a nā determi-
 nate extimationes nāles vel et determinata
 auxilia vel defensionū vel tegumentorū sicut
 alijs aialibus quorū aie habent apprehensio-
 nez et virtutē ad aliqua particularia determi-
 nata. sed loco horū oim hō nāliter hz rōnem et
 manus que sunt organa organorū qz p eas hō
 pōt sibi preparare instrumenta infin. toz mo-
 doz et ad infinitos effectus. Lūcta ḡ que sunt
 in hoīe tā ex parte aie q̄ ex parte corporis q̄
 et ex parte vtriusqz bñ optimeqz disposuit sa-
 pientissimus artifex ille deus. Ob qd Cicero
 in li. de legibus dicebat. Dial hoc prouidum
 sagax multiplex. acutū memoria. plenu rōnis
 et cōsiliū quē vocamus hoīem preclara quadā
 conditōe generatū esse a deo cōstat. Et Ber-
 nardus in sermōibus inqt. Parū ne tibi vide-
 tur hoc. cogita qualē te fecit. nepe fm corpus
 egregiā creaturā. fm aiam magis imaginem
 creatoris insignē. rōnis p̄cipem. b̄titudinis
 eterne capace. Porro ambo sibi coherere fecit

artificio incomprehensibili et sapientia inue-
 stigabili. Nec hoc ante promeruit qui ante nō
 fuit. nec spes retributionis fuit. nec ideo fecit
 qz bonorū nostrorum eget.
 ¶ De aia separata que immortalis est et perpe-
 tua et de locis ad que aie transferuntur postq̄
 exeunt de corporibus. Capitulū. iij.
 Tertiu mysteriū de aia contemplandū dī
 separatōis. Propter transgressionē qui
 dē primorū parētū mors in oēs filios adā de-
 creto dei iuste desecuit. Quare et aiam a corpe
 suo separari necesse est. De qua i hac pte quat-
 tuor dubia declaremus.
 Primū vtz aia a corpe sepata sit immortalis.
 Scdm vtz aie sepate trāsserant ad aliq̄ loca
 Tertiu vtz loca faciāt ad delectationē vel pe-
 nam aiaibus separatis.
 Quartū vtrū aie exeant de locis ad que trans-
 feruntur.
 ¶ Primū dubiū est vtrū aia a corpe separata
 sit immortalis. Mā pleriqz temere affirmare
 nō erubescunt. q' aie simul cū corporibus mo-
 riant. In quorū p̄sona inquit sapiēs Ecclesia-
 stes. iij. ca. Vnus interitus est hoīm et iumen-
 torū et equa vtriusqz conditō. Sicut morit hō
 sic et illa moriūt. Contra q̄s ē auctoritas fidei
 et oim sapientū doctrina. Apparet at̄ immorta-
 lem aiam atqz incorruptibilem ex tribus.
 Primo ex generali cōfessione
 Secundo ex euidenti rōne.
 Tertio ex clara exemplatione.
 ¶ Primo apparet q' sit immortalis aia ex ge-
 nerali cōfessione. Id nāqz cōfitent et predicāt
 phi. poete. doctores. imo et quilibet magno et
 excellēti ingenio viri. quorū dicta in hoc loco
 inseramus. Auerrois sup. i. Metaphisice ita
 dixit. Aia manet post mortē et finis p̄sperita-
 tis eius erit si iungat primo motori. Et Aui-
 cenna. v. pte nāliū. Lū aia liberabit a corpore
 et ab accidentibus corporis tūc poterit cōiungi
 intelligētie agēti. Et tūc inueniet i ea pulchri-
 tudinē intelligibilem et delectatōz phennē. et vo-
 cat intelligentiā agentē deū. Galien⁹ in li. de
 spmate. Sic lumē solis qd ē incorruptibile se-
 pat ab aere et ab oī oculorū intuitu. sic sine sui
 corruptōe sepat a corpe aia. Plato s; macro-
 biū i li. saturnaliū. et Augellū i li. noctiū acti-
 caz libz scripsit d' immortalitate aie quē Tulli⁹
 trāstulit in latinū. denoianitqz illū a phedone
 qdā socrati et platonī dilecto. ibi sic ait. Per-
 fecit et purgatus hinc exiens habitabit cū deo

Idē in thimeo. *A*ia est immortalis et fm q̄ vice rit passiones vel victa fuerit premiabit v̄l puniet post hanc vitā. *Macrobius* sup somniū *Scipionis*. Sic habeto oibus qui patriā seruauerint. iuuerint. auxerint certū esse in celo definitū locū vbi b̄ri euo sempiterno fruant. *Lactantius* li. vii. diuī. institutionū aduersus gentes dicit. q̄ quidā cōsuluī *Apollinē* mile hū vtrū aia maneat post mortē. qui r̄ndit. *A*ia q̄diu vinculis detinet in corpore corruptibiles passiones sentiens mortalibus cedit doloribus. *Cū* *No* post humanā solutionē velocissimā post solutū corpus inuenit oino e terra ferē. nunq̄ senescens. et manet in eternū. *Lucretius* vt ibidē *Lactanti*⁹ refert. dixit. *E*dit idē retro de terra qd̄ fuit ante in terrā. S̄z qd̄ missū est ex etheris oris. id rursū celi fulgētia templa receptant. *I*terū *Lactantius* ibi de *Fe* recide. *I*mmortales esse aias *ferecides* disputauit. hec *No* ppria est in nra religioe doctrina. *E*rgo *Dicearcus* cū *Democrito* errauit q̄ perire cū corpe ac dissolui argumentatus est. *Quintilianus* ita retulit. *S*i q̄s sciat q̄s sit finis bonoz. q̄ vera felicitas. nunq̄ sibi videbitur premitura morte perire. *E*t *Quidius* li. iij. *metamorphosios*. *U*ltima semp̄ expectāda dies hoī dicitq̄ b̄tūs. *A*nte obitū nemo supremaq̄ funera d̄z. *Salustius* in li. de repub. *I*ngenia et egregia factioza sic aia imortalia sunt. *Valerius maximus* li. ij. ca. i. *A*fferit more fuisse galloz mutuarē pecūtas vt eas recipēt apud inferos. *Seneca* ad *Lucillū* ita scribit. *S*i trāquille volumus viuere in expedito habenda est aia vt sine illā infidie sine egritudines petant. qd̄ aliud debeo nisi vt exeat exhortari et cū oibus eā bonis emittere? *V*ade inq̄z vade fortiter. vade feliciter. nihil dubitās en rerū nā q̄ te generauit expectat. et locus iste melior et tutior. *Didim*⁹ ad *Alexandrū* ita loquit. *M*os nō sumus hui⁹ mūdi incole sed aduene. nec ita in orbē terraz venimus tanq̄z in eo cōsistere libeat. sed transire. pperamus enī ad patriū larem nullis delictoz ponderib⁹ p̄grauati. *Tullius* in q̄stionibus tusculanis clamat. *M*ō est lugēda mors quā imortalitas cōsequit. *I*dē in li. de senectute inducit *Catho* nē pferentē cū *Dublio* *Scipione* et *Bayo* *Ielio* *E*go inqt̄ p̄res v̄ros viuere arbitroz et ea qd̄ vita q̄ ē sola vita noianda. *M*ā dū sum⁹ inclusi in his ppaginibus corpis munere quodam necessitatis et graui ope p̄fungimur. *E*st enim

celestis aius ex altissimo domicilio depressus et q̄si demersus integrū locū diuine nature cōnitatiq̄ p̄riū. *S*ed credo deos imortales spirasse aios in hūana corpa vt cēt q̄ terra vterent. quicq̄ celestiu ordinē p̄teplātes imitarēt eū vite mō atq̄ cōstantia. *M*ec solū me rō impulit vt ita crederē sed nobilitas ēt sumozum p̄hoz et auctoritas. demonstrabunt mibi preterea q̄ *Socrates* sup̄mo die vite de imortalitate aioz disseruisset. *I*s q̄ esset oim sapiētissim⁹ oraculo *apollinis* iudicat⁹. *Q*uid m̄tra sic mibi cōsuasi sic sentio cū tanta sit celeritas aioz memoria preteritoz. futuroz prudentia tot artes. tot scie. tot inuenta nō posse eā nāz que res ipas cōtineat esse mortale. *S*ecūdo apparet q̄ aia sit immortalis ex euidenti rōne que multiplex assignari potest.

*P*rima d̄r cessationis.
*S*ecūda superationis.
*T*ertia operationis.
*Q*uarta inclinationis.
*Q*uinta perfectionis.
*S*exta ordinationis.
*S*eptima iustificationis.
*O*ctaua remunerationis.
*N*ona assimilationis.
*D*ecima resurrectionis.
*U*ndecima orationis.
*D*uodecima comparationis.

sionis preeminētiā respectu ipsius angeli. de
quo apud viros doctissimos tripliciter dubi-
tari solet. Et primo de q ordine fuerit angel⁹
ille. Secdo an apparuit virgini in visione cor-
pali. Tertio si fuit cōueniēs vt angelus virgi-
ni annūciaret in ea dei filiū incarnandū. Pri-
mo de ordine illius angeli varia solet esse opi-
nio. Quidā dixerūt q fuit d ordine infimo. s.
angeloz qz p illos cōsueuerūt diuina hoibus
reuelari. Et hoc videt innuere texus cu3 dicit
angelus z nō dicit archangelus. Sed ad hoc
dicimus q quīs pprie angeli dicant illi q sūt
in vltimo choro infime ierarchie: tñ large oēs
de quibuscūqz ordinib⁹ angeli nūcupant. Mā
vt Isidor⁹ testat in. vij. Etimologiaz libro.
Angelus latine nūcius dī. Qēs at vel media-
te vel imediate diuina nūciant q ab ipso deo
pri⁹ seraphin reuelant: z ipsi illa cherubin ma-
nifestant: z sic gradatim vsqz ad vltimū ordi-
nem fm Dionysiu. Et ppterea l. lucas dicat
missus est angelus: nō tñ ita stricte accipit vt
nō potuerit esse de aliq ordine supiori. Hinc
Bernard⁹ sup missus ē ait. Mō arbitror hūc
angelū ex minoribus esse q qlibet ex cā soleat
ad terras crebra legatōe fungi qd ex eius noie
palā itelligi dat: qd interpretat fortitudo dei:
qz n̄ ab aliq alio forti z excellētī vt solet spū sz
ab ipso deo mitti phibet. Scrus No Tho. in
iij. scripto sniaz di. iij. Et. iij. pte. q. xxx. dicit q
ille angl⁹ fuit de medio ordie infime ierarchie
q ē ordo archangeloz. Qd cōuenienter videt

esse factū vt saluaret proprietates ordinū: qz ad angelos p̄tinet dirigere actus alicuius hoīs q ad ipsū tm̄ pertinent. vñ dicunt̄ minima nunciare. Ad archangelos No pertinet dirigere actus hoīs in totā multitudinē redundantes vñ ⁊ medij. s. archangeli dicunt̄ quasi p̄ncipes angeli. Quia ergo cōsensus virginis qui per angeluz requirebat̄ erat actus singularis p̄sone redundans in vtilitatē multitudinis: imo totius hūani generis. Ideo credit̄ q fuerit de ordine archangeloz ⁊ q fuerit sumus i illo ordine. Et hoc videt̄ habere firmitatē ex eo q ecclesia cantat. Gabrielē archangelū scimus diuinitus te esse affatū. Alij autē opinantur angelū illum fuisse de ordine seraphin. qm̄ vt Gregorius dicit. Summū angelū venire dignū fuerat qui summū oim nūciabat. Nec incōueniens q p̄ tanta re singularissima singularis nūcius mitteret̄ qui esset oim angeloz excellentissimus. Dicitur autē gabriel: qz vt Grego. dicit in omelia hoc nomen officio suo congruit. Gabriel enim dei fortitudo noīatur. p̄ dei ergo fortitudinē nūciandū erat qz virtutū dñs ⁊ potens in prelio ad debellandas potestates aereas veniebat. ¶ Secundo dubitari solet an angelus ille apparuit virgini in visioē corporali. Et rñdet Tho. iij. parte q. xxx. q sic. Nam Aug⁹ in persona virginis loquens in sermone ait. Venit ad me quidaz magnus paranymphus xp̄i nō patriarcha primus: aut p̄pheta egregius. sed gabriel archangelus facie rutilans: veste cornescans: incessu mirabilis: que pertinere nō possūt nisi ad corporalē visionē. Hoc autē cōueniēs fuit. Primo rōne similitudinis. qz illud qd̄ annūciabatur erat incarnatio dei inuisibilis. vñ cōueniens fuit vt ad huius rei declarationē inuisibilis creatura formā assumeret in qua visibiliter appareret: cū etiā oēs apparitiōes veteris testamenti ad hanc apparitiōē ordinent̄ qua dei filius apparuit in carne. Secdo fuit cōueniēs rōne certitudinis. Ea enī que sunt oculis subiecta certius comprehendimus q̄ ea que imaginamur. Vñ dicit Crisost⁹ sup̄ Mattheū. q angelus nō in somnis imo visibiliter virgini affuit. Nam qz magnā valde reuelationē ab angelo accipiebat. Egebat tante rei euentus missione solenni. Tertio fuit p̄ueniens vt angelus visibiliter appareret rōne altitudinis. s. propter altitudinē ⁊ dignitatē m̄ris dei que nō solū in mente sed in corporeo ventre erat dei

filii receptura. Et iō nō solū mens eius: sed et sensus corporei erāt visione angelica delectādi: Et si obijceret̄ q̄ fm̄ Augusti. xij. sup̄ Benesim ad lram. Intellectualis visio est potior ⁊ dignior q̄ corporalis: ⁊ precipue ipi angelo magis cōueniens. Nam visione intellectuali videtur angelus in sua substantia: visione at̄ corporali videt̄ in figura assumpta corpora. Igit̄ angelus annūcians magis apparere debuit in visione intellectuali q̄ corporali. Rñdet Tho. vbi. s. q intellectualis visio est potior q̄ imaginaria vel corporalis si sit sola. S3 ip̄e Aug⁹ dicit q̄ est excellentior p̄pheta que habet simul intellectualē ⁊ imaginariā visionem q̄ illa que habet alteram tm̄. Beata No virgo non solū percepit visionē corporalē sed etiā intellectualē illuminationē. Vñ talis apparitio satis nobilis fuit. Fuisse tm̄ nobilior si ipsū angelū intellectuali visione in sui substantia vidisset. sed hoc non patiebat̄ status hoīs viatoris. ¶ Tertio querit̄ si fuit cōueniens vt angel⁹ annūciaret virgini dei filiū in ea incarnandū. Et ad hoc rñdet̄ q sic triplici rōne.

Primo ex parte dei.

Secdo ex parte angeli.

Tertio ex parte virginis.

Primo fuit cōueniēs ex parte dei vt in h̄ seruaret̄ ordo que ipse statuit quo mediantibus angelis ad hoīes diuina pueniūt. Vñ Dionysius iij. ca. celestis ierarchie dicit. Diuinū iesu benignitat; mysteriū angeli primū edocti sūt postea p̄ ipsos ad nos cognitionis gr̄a transiuit. Et in eodem libro ait. Diuinas visiones gloriosi patres n̄ri adepti sunt p̄ medias celestes virtutes. Tho. fa. se. q. lxxi. inquit. Loquitur de visionibus p̄pheticis que facte sūt mediantibus angelis. Et si aliquis instaret q̄ virgo m̄ dei superior erat angelis. Sed vt Dionysius refert ca. vij. celestis ierarchie. Supremis angelis fit reuelatio imediata a deo ergo ⁊ ipsi virgini. Rñdere possumus q̄ m̄ dei superior erat angelis q̄tm̄ ad dignitatē ad quā diuinitus eligebat̄. Sed q̄tm̄ ad status presentis vite inferior erat angelis: qz etiam ipse xp̄s rōne passibilis vite fuit paulominus ab angelis minoratus vt dicit̄ ad Hebr̄eos ca. ij. Sed qz xp̄s fuit viator ⁊ cōprehensor q̄tm̄ ad cognitionē diuinorū non indigebat ab angelis instrui. Sed mater dei nondū erat in statu cōprehensorū. Et ideo de diuino conceptu p̄ angelos instruenda erat. Si No vltis

contra hoc quispiā opponeret dicens q̄ btā virgo incarnationis fidē habebat sine qua nul- lus esse poterat in statu salutis ergo non ege- bat super hoc ab angelo instrui. Ad hoc rīde- ri pōt q̄ licet beatissima virgo plenā fidē ha- beret de xp̄o incarnando tū q̄ humilis erat n̄ alta de se sentiebat neq̄ cogitabat se tāti dñi mīem futurā: et propterea erat sup hoc ab an- gelo instruenda. Sc̄do fuit cōueniens ex par- te angeli. ideo inquit Bedda in omelia. A ptū humane restorationis principiū vt angelus ad virginē mitteret partu considerandā diui- no: q̄ prima p̄ditionis humane cā fuit cū ser- pens a diabolo mittebat ad mulierē spū sup- bie decipiendā. Tertio fuit expediēs ex parte virginis tū vt ex tali nuncio mens eius eleua- ret in deū. q̄ vt inquit Aug⁹ li. de virginitate Beatior fuit maria concipiendo fidez xp̄i q̄ concipiendo carnē xp̄i. Et postea subdit. Ad- terna pp̄inuitas nihil marie pfuisset nisi fe- licius xp̄m corde q̄ carne gestasset. Tū vt esset certior testis huius sacri q̄n sup hoc diuinitus erat instructa. Tū et vt eius puritas ostende- ret. Dñi Hiero⁹ ad paulā et Eustochiū bñ in- qt. Angelus ad virginē mittit q̄ semp est an- gelis cognata virginitas. Tū vt voluntaria sui obsequij mūera deo offerret: ad q̄ se p̄mptā obtulit dicēs. Ecce ancilla dñi. Erat enī q̄ddā spūale matrimoniū inter deū et humanā nāz. Et iō p̄ annunciatione z̄erp̄tebat consensus virginis loco totius hūane nature. ¶ Tertio cōsiderare debemus missionis angelice excel- lentiā respectu virginis. Ipsa vtiq̄ sola facta fuit digna portare in vtero regē celoꝝ et dñm oīm creaturarū. Ob q̄ ecclesia sc̄ta sibi dicit Sc̄ta et imaculata virginitas q̄b⁹ te laudib⁹ efferā nescio: q̄ quē celi cape nō poterāt tuo gremio ptulisti. At et i p̄sona ei⁹ ita cunctos fideles affat. Congratulamini mihi oēs q̄ di- ligitis me q̄ cū essez paruula placui altissimo et de meis visceribus genui deū et hoīez. Nec est ista pulchra et decora nimis filia hierlm: cui dixit deus illud Lanticoꝝ. vi. ca. Dulchra es amica mea suavis et decora. Nec est de qua ibidē subseq̄. Vna ē colūba mea: p̄fecta mea hec est quā viderūt filie syon et btissimā p̄di- cauerūt et regie laudauerūt eā. O felix puella O celi regina merito qlibet hō vl angel⁹ dice- re tibi pōt illud p̄rouerbioꝝ vltio ca. Ad te filie congregauerunt diuitias: tu supgressa es vnuerfas. Ad ipsam solā missus fuit de aula

sūmi dei legatus singularis et insignis vt ipsa virgo cōtentaret concipe xp̄m qui de ipsa car- nē suscipere cupiebat. Erat inqt euangelista desponsata viro cui nomen erat ioseph et no- men virginis maria. delectabile est illud no- men q̄ interpretat stella maris vel illumināf et dñs siue amarum mare q̄ ipsa fuit stella in sanctificatione: illuminans in conuersatione amarū mare in filij sui passione: et dñs in assū- ptioe. Sed in hoc loco circa eius desponsatio- nem aliq̄diu insistere libet. Cur voluit xp̄us matrem suā virginem desponsari. Et ad hoc assignant plures rationes.

Primo ex parte xp̄i.
Sc̄do ex parte matris.
Tertio ex parte nostra.

Rationabiliter virgo desponsata fuit. primo ex parte xp̄i. tū ne ab infidelibus tanq̄ illegit- time natus obijceretur. Vnde Ambrosius di- cit sup Lucam. Quid iudeis quid herodi pos- set ascribi si natum viderent ex adulterio per- secuti. Tum vt consueto modo eius genealo- gia describeret p̄ virū. Ideo Ambrosius vbi s̄. Qui i seculū venit seculi debuit more descri- bi. Tum vt partus eius fm Ignatiū diabolo celaret. Et lz diabolus virtute sue nature po- tuisset cognoscere matrem dei non fuisse cor- ruptaz sed virginē. prohibebatur tū a deo co- gnoscere modū partus diuini. Nam vt docet Aug⁹ in. iij. de trinita. Diabolus multa pōt virtute sue nature a quibus tamē prohibetur virtute diuina. Si autem postmodū aliqua- liter cognouit xp̄m esse filium dei non obstat q̄ iam tempus erat vt xp̄s suam virtutē diui- nam ostēderet. Sed in infantia oportebat im- pediri maliciam diaboli ne eum acius perse- queret q̄n xp̄s nec pati disposuerat nec suam virtutem ostendere: sed in oibus alijs infanti- bus se similem exhibebat. Similiter et secūdo fuit rōnabile ex parte matris. tum q̄ per hoc redditur immunis a pena ne lapidaret a iu- deis tanq̄ adultera. tum vt ad puerum iesuz nutriendū haberet ioseph in auxiliuz. Tertio id rōnabile fuit ex parte n̄ra. Primo quidem eo q̄ testimonio ioseph comprobatū est xp̄m ex virgine natum. Vnde Ambrosius dicit su- per Lucā. Locupletio: testis pudoris maritus adhibetur qui possit delere iniuriam et vendi- care opprobriū si nō agnosceret sacrm. Sc̄do p̄ hoc designat vnuerfa ecclesia que cū virgo sit desponsata est vni viro xp̄o. vt inqt Aug⁹

li. de sc̄a virginitate. Et tertio q̄ m̄ dñi fuit desponsata et virgo in p̄sona ipsius et virginitas et matrimonium honorat p̄ hereticos alteri horum detrahentes. Et ut ait Origenes super Mattheum. B̄ta virgo sponsa fuit ioseph. nō tñ in concupiscentiā iuncta. Et ut scribit Matthei. xiiij. Erat ioseph faber lignarius. Ideo Erisostō sup̄ Mattheum inq̄t. Fabro lignario maria desponsata erat. qm̄ xps ecclesie sponsus oēm salutē hoīm opaturus erat p̄ lignum crucis: Putabat inq̄t Mattheus fabri filius q̄ ut dicit Ambrosius sup̄ Lucā. Adaluit dñs d̄ suo ortu q̄ de m̄ris pudore dubitari. sciebat enī tenerā esse virginis verecundiā lubricaz famā pudoris: nec putavit ortus sui fidē matris iniurijs astruendā. Dū igit̄ ita ess̄ disposita puella illa cūctis virtutibus redimita q̄ et virgo erat et ioseph desponsata et t̄ps instabat ut iā mere suos radios de⁹ effunderet sup̄ terras Angelus gabriel ut puto cū oīm angelorū noticia vocatus est. Cui deus p̄: vade o angelle mi ad virginē in naçareth comorantē eāq̄ meo noīe salutando requires illā ut me acceptare velit suū castissimū sponsū cui dilectū filiū meū mihi coequalē ab eterno genitū ita dare dispono ut ex ea natus ex t̄pe fm̄ carnē meus tm̄ sit et ipsius filius. Ipse No filius subsequit⁹ est. O angelle gabriel conaberis virginē illā instruere q̄ ipsā elegi m̄rem dulcissimā in cuius vtero nouez mensibus habitabo et tandē immaculata et incorrupta pariet deū et hoīem. Subdidit et spūs sc̄tus. Ego illā armariū gr̄e mee instituā et cōceptioni filij ut sc̄ta sit et mirabilis cooperabor. O quale tripudium illa hora fuit in angelicis choris. O quāta leticie cantica dū tora celestis curia benedixit et gr̄as dedit imortali et benignissimo deo.

Qualit̄ angel⁹ salutavit virginē: et gr̄e virgo turbata fuit: et de gr̄a virḡis copiosa atq̄ de sup̄uentōe spūs sc̄ti in ipsā. Capitulum. ij.

Secūdū mysteriū p̄teplandū circa annūciationē virginis d̄r mutue colloctiois

In quo tria consideremus.

Primo virḡis salutationē q̄lit̄ fuit salutata. Secūdo virginis turbationē q̄lit̄ fuit turbata. Tertio virḡis declaratiōez q̄lit̄ fuit declarata.

Primo cōsideremus virginis salutationē q̄lit̄ fuit salutata. Ingressus inq̄t euangelista angelus ad eā. vbi Bernardus sup̄ Adissus est dicit. Quo ingressus i secreto cubiculo vbi clauso sup̄ se ostio orabat p̄rem in abscondito

ad eā dicit orantē: suspirantē: lachrymantem. Nā si p̄ceptio p̄cursoris fuit denūciata p̄ri occupato in sacro officio multo p̄babili⁹ ē q̄ cōceptō saluatoris denūciata fuit virgini in deuotiōe feruētissima existēti. Erat at̄ ut cōiter doctores tenēt tūc hora cōpletorij: et sacra illa cōfabulatio p̄tracta fuit vsq̄ ad noctis mediū. Dixit ergo blanda voce angelus virgini: Ave gr̄a plena dñs tecū b̄ndicta tu in mulieribus. Vbi lz salutando eā amplissime magnificauerit de eue cōmutatiōe: q̄ sic eua oē malū occasionalit̄ induxit hūano generi: ita virgo illo ablato p̄tulit oē bonū dū dedit nobis deū et de singulari mō essendi cū ipsa deū atq̄ de b̄ndictione in mulierib⁹: nihilomin⁹ illud magnū est cū dixit eā gr̄a plenā. Sed h̄ insurgit dubitatio quō virgo fuerit plena gr̄a cū h̄ sit p̄p̄riū xp̄i. de q̄ d̄r Joānis. i. Vidimus gl̄iam eius gl̄iam q̄si vnigeniti a p̄re. plenū gr̄e et veritatis. Ad qd̄ r̄ndet Tho. iij. p̄te. q. viij. q̄ plenitudo gr̄e pōt attendi duplici. Vno mō ex p̄te ipsius gr̄e. Alio mō ex p̄te h̄ntis gr̄az. Ex p̄te qd̄e ipsi⁹ gr̄e d̄r esse plenitudo ex eo q̄ aliqs p̄tingit ad sūmū gr̄e: et q̄ntum ad essentiā: et q̄ntū ad virtutē: q̄. s. h̄z gr̄am et in maxima excellentia q̄ pōt h̄ri et in maxima extensione ad oēs gr̄e effectus et talis gr̄e plenitudo ē p̄p̄ria xp̄i. Ex p̄te No subiecti d̄r esse gr̄e plenitudo q̄n aliqs h̄z plene gr̄am fm̄ suā cōditionē siue fm̄ intensiōē. put̄ in eo est intensa gr̄a vsq̄ ad terminū prefixū ei a deo fm̄ illud ad Ephefios. iij. Vnicuiq̄z v̄m̄ data est gr̄a fm̄ mensurā donationis xp̄i siue ēt fm̄ virtutē inq̄tū s. h̄z facultatē gr̄e ad oia que p̄tinent ad suū statū siue officijz sicut Ap̄tus dicebat. Adibi autē oīm sc̄torum minimo data est gr̄a hec il luminare hoīes et c̄. Et talis gr̄e plenitudo nō est propria xp̄o sed cōmunicat̄ alijs per xp̄m. Igit̄ beata virgo d̄r gr̄a plena nō ex p̄te ipsi⁹ gr̄e: q̄ nō habuit gr̄am in sūma excellentia q̄ pōt haberi nec ad oēs effectus gr̄e. Sed dicit̄ plena gr̄a p̄ cōparatiōē ad ipsā q̄. s. habebat gr̄am sufficientē ad statū illū ad quē erat electa a deo. ut. s. esset mater dei. Et similiter Stephanus d̄r plenus gr̄a q̄ habebat gr̄am sufficientē ad hoc ut esset idoneus minister et testis dei ad qd̄ erat electus. Et eadē rōne dicendū est de alijs. Harū tm̄ plenitudinū. vna est plenior alia fm̄ q̄ aliquis diuinitus est p̄ordinatus ad altiorē vel inferiorē statū. Questione autē. xxvij. tertie p̄tis ita habet. q̄ q̄nto aliqd̄

magis appropinquat principio in quolibz ge-
 nere tanto magis participat effectū illius p̄n-
 cipij. Unde dicit Dionysius. iij. ca. celestis ie-
 rarchie. Et angeli qui sunt deo p̄p̄inquo-
 res magis participāt de bonitatibus diuinis q̄z
 hoies. X̄ps autē est principū gratie s̄m diu-
 nitatē quidē auctoritative s̄m humanitatem
 instrumentaliter. Beata autē virgo maria p̄-
 pinquissima fuit x̄po s̄m humanitatē: q̄z ex ea
 accepit humanā nām. Ideo p̄ ceteris maio-
 rez debuit a x̄po plenitudinē gratie obtinere.
 Sciendū tamē q̄ in ipsa virgine fuit triplex
 p̄fectio gratie. Prima q̄dez quasi dispositiua
 p̄ quā reddebat idonea ad hoc q̄ esset mater
 x̄pi: et hec fuit p̄fectio sanctificationis. Sc̄da
 p̄fectio gr̄e fuit ex presentia filij dei in eius
 utero incarnati et hec fuit p̄fectio conceptōis
 Tertia autē est p̄fectio finis quā habet in glo-
 ria. Et autē sc̄da p̄fectio sit potior q̄z prima et
 tertia q̄z sc̄da patet quidē vno mō per libera-
 tionē a malo. Nam primo in sua sanctificatiōe
 fuit liberata a culpa originali. Sc̄do in conce-
 ptōne filij dei fuit totaliter mūdāta a fomite.
 Tertio in sui glorificatione fuit liberata ab oī
 miseria. Alio mō p̄ ordinē ad bonū. nā primo
 in sua sanctificatione adeptā est gr̄am inclinā-
 tem eam ad bonū. In cōceptione autē filij dei
 confirmata est ei gr̄a confirmans eā in bono.
 In sui v̄o glorificatione consummata est eius
 gr̄a p̄ficiēs eā in fruitione oīs boni. Sed ori-
 tur hic difficultas an bt̄a virgo habuit aliq̄s
 gr̄as gratis datas: puta sapientie et virtutū et
 miraculoꝝ ex eo q̄ nō legitur docuisse q̄d spe-
 ctat ad sapientiā: aut miracula fecisse. Ad q̄d
 ita dicit sc̄tus Tho. Non est dubitandū quin
 bt̄a virgo acceperit excellenter donū sapientie
 et gr̄am virtutū et etiā gr̄am p̄phetie. non t̄n
 accepit vt haberet oēs v̄lus harū et similitum
 gr̄arum sicut habuit x̄ps sed s̄m q̄ conuenie-
 bat cōditōi ipsius. habuit nāq̄z v̄sū sapie in
 contemplando s̄m illud Luce. ij. ca. Adaria at
 conseruabat oia verba hec conferens in corde
 suo. Nō autē habuit v̄sū sapientie q̄tū ad do-
 cendū eo q̄ nō cōueniebat sexui muliebri. Nam
 vt dicit Ap̄tus. Adulteri docere in ecclesia nō
 p̄mitto. Ad miraculoꝝ v̄o v̄lus sibi nō cōpete-
 bat dum viueret q̄ tunc t̄pis doctrina confir-
 manda erat miraculis x̄pi. Et ideo solū x̄po et
 eius discipulis qui erant baiuli doctrine x̄pi
 conueniebat miracula facere: propter quod ēt
 de iohanne baptista dicit Joannis. i. Et signū

nullū fecit vt. s. oēs in x̄po intenderent. V̄sus
 autē p̄phetie habuit virgo vt patet in canti-
 co q̄d fecit. Magnificat aia mea d̄nm. Et Se-
 cundo consideremus virginis turbationē de
 qua scribit Lucas. que cū audisset turbata est
 in sermone eius et cogitabat qualis esset ista
 salutatio. vbi apparet laus virginis: In audi-
 tu: in affectu: et cogitatu. In auditu laudatur
 modestia q̄z audit et tacet. In affectu verecun-
 dia vnde turbata est. In cogitatu prudentia
 q̄z cogitabat qualis esset ista salutatio. Turba-
 ta est autē de angeli sermone nō de eius visio-
 ne q̄m angelos sepe viderat sed nūq̄z talia lo-
 quentes audierat. ob nouitatē igit̄ salutatio-
 nis admirari compulsā fuit. Nam vt Hiero⁹
 ait. Iniungit̄ noua legatio angelo et virgo no-
 nam professā virtutē noue salutationis bono-
 rat̄ obsequio. Franciscus de marrone i suo. iij.
 di. iij. dicit. q̄ virgo sanctissima i hac sua tur-
 batione cogitabat mysteriū incarnationis ver-
 bi q̄d sibi in salutatiōe extitit reuelatū. Et di-
 cunt quidā q̄ sibi etiā fuit cū hoc reuelatum
 mysteriū passionis filij sui. Alij v̄o tenent et
 melius q̄ mysteriū incarnationis in ea cōplē-
 dum fuit sibi reuelatū non t̄n modus. s. q̄ vir-
 go pareret: et ideo timebat ne hoc esset vel fie-
 ret cū virginitatis diminutione: iccirco de h̄
 timebat. Et forte plus appetebat eē virgo q̄z
 verbū concipere sine virginitate. virginitas
 enī est de numero laudabiliū. verbū v̄o conci-
 pere est de numero honorabiliū circa q̄d non
 est virtus sed premiū virtutis. Premiū v̄o
 honorabile sed virtus laudabilis: sed virtus ē
 magis appetenda q̄z premiū virtutis: q̄z hō
 circa virtutē mereat: nō autē circa premiū: quia
 nec est in sua pt̄ate. Et Tertio p̄sideremus vir-
 ginis declaratiōez qualiter fuit ab angelo de-
 clarata et confortata. ne timeas inquit maria
 s. de salutatione insolita: cuius causa subdit.
 Inuenisti enī gr̄am apud deū non solū pro te
 sed pro toto genere humano. Vbi Bernard⁹
 ait. Quam gr̄am: dei et hoīm pacem: mortis
 destructionē et vite reparatiōez. Subdidit an-
 gelus. ecce concipies in utero et paries filium et
 vocabis nomen eius iesum: hic erit magnus.
 Semper enī fuit magnus deus: sed futurus
 erat magnus homo et magnus propheta. s̄m
 q̄ d̄r Luce. vij. ca. Prop̄heta magn⁹ surrexit
 in nobis et filius altissimi vocabit̄ et ipsi⁹ dei
 qui solus est altissimus. Nam vt exponit Mi-
 cholaus de lira sequendo Bernardū. Mōeni

altus est inter creaturas corporales: sed angelus altior: deus solus altissimus. Ista autem filiatione dei accipit hic per nomen in omnibus alijs quantum cumque sanctus est in filiatione dei per adoptionem. Addidit angelus: dabit illi dominus deus sedem dauid patris sui et regnabit in domo iacob in eternum quod spiritualiter intelligendum est. Nam christus non sedet super thronum dauid loquendo de temporalis regno imo istud negavit coram pilato dicens. Regnum meum non est de hoc mundo: tamen in resurrectione sua accepit potestatem etiam in quantum homo super omnes creaturas: sicut quod ipse dixit ad dathan ultimo ca. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. In quantum enim deus non accepit aliquam potestatem de nouo siue in tempore. Angelus ergo loquitur hic de regno spirituali et celesti quod figuratum fuit per regnum dauid temporale sicut et celestis hierusalem per temporalem: propterea dixit. Regnabit in domo iacob in eternum. id est super electos. Dicit hie nicholaus de lira quod de domo abraham et isaac aliqui fuerunt reprobati sicut ismael et esau. Sed in domo iacob omnes eius filij a sanctis doctoribus inter electos sunt computati quia et si aliqui peccauerunt tamen egere penitentiam: conclusit angelus de christo. Et regni eius non erit finis. Nam sicut quod dicit nicholaus de lira. Christus non solum in quantum deus sed etiam in quantum homo regnabit in eternum super homines et angelos. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Id enim crederet firmiter verbum angeli implendum de conceptione christi quia tamen angelus ad plenum non expresserat modum concipiendi. Ideo de hoc quasi allegando virginitatis amorem: sicut enim quod dicunt doctores in. iij. di. xxx. Beata virgo ante desponsationem ioseph habuit obseruationem castitatis virginalis in proposito ex instinctu spiritus sancti non tamen vouerat expresse. Sed cum postea deo ordinante esset ei desponsata qui erat in simili proposito simul emiserunt votum. Respondens ergo angelus declarauit modum concipiendi dicens. Spiritus sanctus superueniet in te. quod multipliciter exponit Tho. in. iij. di. iij. Primo superueniet in te. id est super possibilitatem et cursum nature dando fecunditatem et seruando virginitatem. Secundo superueniet in te. id est supra id quod habes de plenitudine eius: quia sicut olim impleuit mentem nunc implebit ventrem. Tertio superueniet in te. id est super de celis veniet: quia omne datum optimum desursum est. Quarto superueniet in te. id est supra merita tua et supra merita omnium creaturarum. Quinto superueniet in te. id est supra omnes qui ante te fuerunt. Et

virtus altissimi. scilicet dei filius qui est patris sapientia et virtus ut dicitur in ad corinthios. i. ca. Quod b. umbrabit tibi. id est sub umbra carnis latebit: quia sub umbra carnis latuit virtus deitatis. Ideo quia et quod nascetur ex te sanctum: Sanctum dicit absolute absque determinatione: quia si dixisset sanctus deus vel sanctus homo vel aliquid consimile non expressisset sanctitatem eius complete. quia in eo est sanctitas diuina et humana et quicquid sanctitatis potest excogitari in quacumque creatura eminentius est in christo. Ideo dicit sanctum absque determinatione. Sicut etiam deus dixit moysi Exodi. iij. ca. Ego sum qui sum: sic dices filijs israel Qui est misit me ad vos ut per hoc ostendatur quod plenitudo essendi imo infinitas est propria ipsius dei. Et postea conclusit angelus. Vocabitur filius dei: non adoptiuus sicut alij sed naturalis. Et ad maiorem assertionem declarat angelus dictum suum per exemplum inquit. Et ecce elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus in quo vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. id est factum: dicere enim dei est facere sicut illud psalmi. Dixit et facta sunt. Et hoc maius sit virginem parere quam vetulam sterilem: tamen ut Ambrosius dicit in exameron. Quod hoc multe steriles pepererunt ut partus credatur virginis. Et ideo conceptus elisabeth sterilis inducit non quasi sufficiens argumentum: sed quasi figurale quoddam exemplum. Et ideo ad confirmationem huius exempli sumit argumentum efficax ex omni potentia diuina. Tempus iam adest o illibata virgo ut aperias sponso celesti pulsanti ut dei filium in tuo utero leta suscipias ut matrimonium diuine et humane nature tuo sacro consensu perficias. Ecce in celestibus spiritibus tanta audissimum est expectatio. In patribus in limbo manentibus tot clamores et gemitus. In hominibus viatoribus de deo recte sentientibus tot profunda suspiria vna vox omnium: vnus clamor: vna precatio. Angelus gabriel noie omnium te precat tibi supplicat ut per eum iam dicta et indubitata tibi promissa acceptare benigne digneris.

¶ Conceptio christi fuit miraculosa ratione virginis et temporis atque inauditi muneris. Capitulum. iij.

¶ Tertium mysterium contemplanum circa virginis annunciationem dei mirabilis conceptionis. Currite gentes vniuersas et inspicite cordis oculis mariam virginem post tanta sibi diuinitus reuelata cum incredibili humilitate non sine lachrymis genuflexam et manibus prius

89
expāsis facieq; ad celū erecta paulatim caput
inclinādo brachiaq; remittendo dicere. Ecce
ancilla dñi fiat mihi fm verbū tuū. Sup quo
verbo Bernardus ait. Que est tam sublimis
humilitas que cedere nescit honoribus: inso-
lescere nescit gloria. Mater dei eligit & ancil-
lam se noiat. His verbis expletis adueniēte
spū scō mox verbū in vtero: mox intra vterū
verbū caro concepitq; virgo filiū. Fuit autez
illa conceptio miraculosa triplici rōne.

Primo rōne temporis.

Secōdo rōne virginis.

Tertio rōne muneris.

Primo fuit illa conceptio miraculosa rōne
temporis q; facta fuit in instanti: nra No suc-
cessiue s; Damascenū. Mā vt inqt Tho. in. iij
di. iij. Et. iij. parte. q. xxiiij. Conceptio xpi fa-
cta fuit virtute diuina que cū sit infinita effe-
ctū suū subito & in instanti pducere pōt. Dñ
in illa cōceptiōe quattuor simul & semel facta
fuerūt virtute dei. Primū fuit conuersio san-
guinis purissimi btē virginis in carnē & alias
partes corporis xpi. Secōm fuit formatio mē-
broz organicoz. Tertiu animatio corporis or-
ganicati. Quartū assūptio corporis & aic a diu-
nitate: ita vt in eodē instanti inuentus sit xps
in ventre virgineo verus homo & verus deus.

Secōdo fuit illa conceptio miraculosa rōne
virginis. Adagnū quippe est & supnaturale
vt virgo cōcipiat: Sed vt ait Tho. vbi. s. Mir-
raculū ptingit esse duobus modis. Vno mō
qn neq; agens est nāle neq; mā est nāliter p-
portionata ad talē formā vt formatio hois d
limo terre que est miraculosa tā ex pte agentis
q; patiētis. Alio mō ptingit miraculū qn mā
est nālis: agens No supnāle: sicut dū aliquis a
febre sanat. Quia ergo mā quā virgo admi-
nistravit ad formationē corporis xpi fuit nālis
ex q nāliter formari pōt corpus hois & ppter
hanc mām nālem xps dñ nālis filius virginis
Sed virtus formans fuit diuina. Et q; vnū
q; magis iudicat fm formā q; mām: & fm
agēs magi q; fm patiēs. Inde ē q; cōceptio
corporis xpi debet dici simpliciter miraculosa &
supnālis: fm qd No ex parte materie pōt di-
ci nālis. Tertio conceptio xpi pōt dici mira-
culosa rōne muneris. Concessū quidē fuit vir-
gini in tali conceptu munus inauditū vt. s. pl
posset ipsa facere de deo q; de deo de seipso Que-
dam enim contraria & ptradictoria inter deū
& virginem videbantur que dum accessit deus

ad virginē concordata sunt. Puta impossibi-
le erat deū non generare: impossibile erat vir-
ginē generare. Impossibile erat deū generare
nisi deū. Impossibile erat virginem generare
deū: Impossibile erat deum cum alia persona
generare: Impossibile erat virginem sine alia
persona generare. Accessit deus ad virginem
& necesse fuit virginē generare & non aliuz q;
deū & n̄ de alio q; d se. S; de deo nō potuit gene-
rare nisi deū de se. Et tñ virgo deū fecit hoiez
Deus nō potuit generare nisi infinitū: imor-
talē: eternū: insensibilē: inuisibilē: impalpabilē
sub forma dei. Sed virgo fecit cū finitū mor-
talē: mendicū temporalē: palpabilē: sensibilē
visibilē sub forma serui suppositū sub nā crea-
ta. Adirū certe vna puella nescio quibus blā-
dicijs maiestātē diuinā inclinavit: vestiuitq;
sūmū amabile opprobrijs: angustijs: penalita-
tibus & ignominijs: qd totū p salute humani
generis pcreatū est. O igit res stupenda & oī
plena pietate. Ecce q; pro reconciliatione hu-
mana paceq; cōponēda inter oīpotentissimū
deū offensū & reū hoiem inscrutabilis altitu-
do diuini consilij matrimoniū contrahenduz
inter dei filiū & humanā creaturā mira dispe-
satione stabiluit. Et qm consensus efficit ma-
trimoniū missus est a patre misericordiarum
& luminū angelus gabriel ad mundissimā vir-
ginē que donis sublimata diuinis incōpabi-
lis erat vniuersis q; tam pie tāq; salutari diui-
ne dispositiōi in totius nāe humane persona
preberet consensū. O admiranda legatio & ex
oī parte veneratione dignissima que nec pri-
mā similem visa est: nec hīc sequentē. Quid
enī maius: Quid sublimius: Quid deniq; sa-
lubrius humano generi de celo offerri potuit
plane nihil. Qd enī nā nō habuit vsus nesci-
uit: ignorauit rō: mens non capit humana: pa-
uet celuz: stupet terra: & oīs creatura mirat. S
totū per gabrielē marie nūciat & p xpm adim-
plet. Mā i virginis vtero verbū caro factū ē:
Quisq; igit es q xpiano noie gloriaris myste-
ria huiuscemodi iusto ppēde iudicio. Tibi enī
quodā abiecto: Tibi excluso a paradisi sedib;
Tibi p exilia longinqua morienti: Tibi in pul-
uerem & cinerez resolutū dū tñ nulla esset spes
viuendī per incarnationē filij dei & virginis
potestas data est vt a longinquo ad tuū reuer-
taris actor: ē: recognoscas parentē: liber efficia-
ris ex seruo: de extraneo pueharis in filiū vt q
ex corruptibili carne nat⁹ es ex dei spiritu re-

nasceris et obtineas per gratiam quod non habes per
nomen. Demus ergo deo clementissimo gratias et
virginem matrem piissimo colamus affectu ut sic
peruenire possimus ad patriam celestem in qua vivit et re-
gnat deus per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Sermo vigesimusseptimus de privilegiis
maternitatis virginis marie pro qua ipsa mater pre-
stantissima et singularis merito nuncupatur.

Ad hoc mihi ut ve-

niat mater dominus meus ad me. Elisabeth sanctis-
sime verba sunt ista originaliter
Luce. i. ca. et in euangelio hodiernae

festivitatis. Die festum visitationis gloriose vir-
ginis marie debite celebrare volentes perscruta-
ri diligenter debemus quam excelsa supremaque sit
laus eius ex eo quod facta fuit tanti filii dignissi-
ma mater. Nam elisabeth vetula non a semetipsa sed
spiritus sancti radio illustrata hoc non sine admira-
tione grandi proclamavit. Statim namque postquam
virgo filium dei de spiritu sancto concepit exurgens abiit
in montana. scilicet hierusalem que erat altior galilea cum
festinatione pro honestate ne diutius videretur in
publico et intrauit in domum zacharie et saluta-
uit elisabeth. Ad quam salutationem exultavit in-
fans iohannes sex menses huius in utero matris. Nec
vero exultatio ut inquit Augustinus ad Dardanum po-
tuit esse significatio rei tante. scilicet quod mulier esset
mater dei a maioribus cognoscende non a puulo
cognite. unde in euangelio non dicitur credidit infans
in utero eius sed exultavit. Didimus autem exulta-
tionem non solum paruulorum sed pecorum esse. Sed hec
inuitata existit quod in utero. Et ideo sic solent
miracula fieri facta est diuinitus in infante non
humanitus ab infante. quod quod potuerit in illo
puero acceleratus esse usus rationis et voluntatis
ut intra viscera materna iam posset agnoscere:
credere et consentire ad quod in alijs puulis etas
expectatur: hec Augustinus. Qui neutrum determinate
asserit sed siue exultatio illa fuerit absque hoc
quod iohannes cognouerit diuinam potentiam siue quod
illam cognouerit totum tamen ascribit diuino mira-
culo. Repleta igitur fuit elisabeth spiritu sancto et ex-
clamauit voce magna benedixitque virginem et fru-
ctum ventris eius. Undeque verba protulit in thema-
te posita in quibus se humiliando licet esset virgine
antiquior tamen quam mater erat virgo christi: indignam se
tam urbana salutatione fateatur. Propterea itaque
quod et nos indeficienter visitamur a virgine que beata
est dulcis et liberalissima cunctis mortalibus
mater atque gratie ac misericordie nuncupatur. Ideo in

prouti sermone de maternitatis eius privilegiis
prestantissimis filio suo interueniente tracta-
binus. distinguemus autem tria privilegia.

Primum de totalitate.

Secundum veritatis.

Tertium dignitatis.

¶ Christus traxit totam corpulentam substantiam a
virgine matre opere spiritus sancti. Et quare christus
non dicitur filius spiritus sancti. Capitulum. i.

Primum privilegium maternitatis virginis
gloriose de totalitate. Alii namque filii cor-
pulentam substantiam accipiunt partim a patre par-
tim a matre. Filius autem virginis ab ipsa sola. Et
quod hoc totum virtuti spiritus sancti deputatur. ideo in
hac parte tria sunt dubia aperienda.

Primum utrum efficere conceptionem christi debeat
attribui spiritui sancto.

Secundum utrum christus possit dici conceptus de spiritu sancto

Tertium utrum christus possit appellari filius spiritus sancti.

¶ Ad primum dubium respondet Thomas. iij. pte. q. xxxij
quod conceptionem christi tota trinitas est operata quod
ut refert Augustinus in. i. de trinitate. Indivisa sunt opera
trinitatis sicut et indivisa est essentia trinitatis
efficere vero conceptionem christi est quoddam opus di-
uinum: ideo commune est toti trinitati. Attribuit tamen spi-
ritui sancto triplici ratione.

Primo propter causam incarnationis ex parte dei.

Secundo propter causam incarnationis ex parte nature
assumptae.

Tertio propter terminum incarnationis.

¶ Primo propter causam incarnationis ex parte dei
spiritus enim sanctus est amor patris et filii: hoc autem ex
maximo dei amore peruenit ut filius dei carnem
sibi assumeret in utero virginali. Secundo attri-
buitur conceptio christi spiritui sancto propter causam in-
carnationis ex parte nature assumptae quod per hoc
datur intelligi quod humana natura assumpta est a filio dei in
unitate persone non ex aliquibus meritis sed
ex sola gratia que spiritui sancto attribuitur. Unde
Augustinus dicit in Encheridion. Iste modus quo
est natus christus de spiritu sancto insinuat nobis
gratiam dei qua homo nullis precedentibus me-
ritis ex ipso primo exordio nature sue quo esse
cepit verbo dei copularetur in tantam unitatem
persone ut idem ipse esset filius dei. Tertio at-
tribuitur conceptio christi spiritui sancto: quod hoc
congruit termino incarnationis. Ad hoc enim
terminata est incarnatio ut homo ille qui con-
cipiebatur esset sanctus et filius dei: utrumque autem horum
attribuitur spiritui sancto. Nam per ipsum efficiuntur
homines filii dei. Ipse enim est spiritus sanctificationis

Sic g̃ alij p̃ sp̃m̃ sc̃m̃ sc̃tificant̃ sp̃ualiter vt
sint filij dei adoptiui: ita x̃ps p̃ sp̃m̃ sc̃m̃ est i
sanctitate conceptus vt esset filius dei ñalis.
¶ Sc̃dm̃ dubiū erat vtrū x̃ps possit dici cōce
ptus de sp̃u sc̃tō. Et q̃ sic p̃z: q̃ sic cantamus i
vtrōq̃ simbolo. In simbolo ap̃loz. Qui con
cept⁹ est de sp̃u sc̃tō. Et in simbolo patrū. In
carnatus est de sp̃u sc̃tō. Et Matth. i. Inuen
ta est in vtero h̃ns de sp̃u sc̃tō. Ad q̃d̃ clare in
telligendū dicit Tho. q̃ p̃ceptio nō attribuit̃
soli corpori x̃pi sed ēt ipsi x̃po rōne ipsius cor
poris. In sp̃u at̃ sc̃tō duplex habitudo cōside
rat̃ respectu x̃pi. Nā ad ipsū filiū dei q̃ d̃r̃ esse
conceptus h̃z habitudinē cōsubstantialitatis
Ad corpus at̃ eius h̃z habitudinē cause efficiē
tis. hec at̃ p̃positio de: vtrāq̃ habitudinē desi
gnat. dicim⁹ q̃ x̃pm̃ p̃ceptū de sp̃u sc̃tō hoc mō
q̃ efficacia sp̃us sc̃i referat̃ ad corpus assūptū
p̃substantialitas ad p̃sonā assumētē. Et q̃z
dicamus x̃pm̃ de sp̃u sc̃tō cōceptū nō tñ dici
mus. Sic corp⁹ x̃pi de sp̃u sc̃tō p̃ceptū q̃z nō
est cōsubstantialē sp̃ui sc̃tō: sed magis dicim⁹
corpus x̃pi ex sp̃u sc̃tō. Vñ Ambrosius ait in
li. de sp̃u sc̃tō. Q̃d̃ ex aliquo est: aut ex substan
tia: aut ex p̃tate eius est. Ex substantia sic fili⁹
q̃ a p̃re ē. Ex p̃tate sic ex deo oīa quō z i vtero
habuit maria ex sp̃u sc̃tō. Notandū adhuc h̃z
Augusti. i. Encheridion. q̃ n̄ eodē mō d̃r̃ x̃ps
cōceptus de sp̃u sc̃tō z maria virgine: nam de
maria virgine māliter de sp̃u sc̃tō effectiue.
Ex quo apparet q̃ p̃ceptio x̃pi habuit tria p̃ri
uilegia. Primum q̃ esset sine p̃ctō originali.
Sc̃dm̃ q̃ eēt nō puri hoīs: sed hoīs z dei. Ter
tiū q̃ eēt virginis. z hec tria habuit a sp̃u sc̃tō
Et iō dicit Damascen⁹ q̃stū ad primū. q̃ sp̃us
sc̃tus supuenit in virgine purgans ipsā. i. p̃re
seruans nē cū p̃ctō originali cōciperet. Quantū
ad sc̃dm̃ dicit z virtutē susceptiuā verbi dei
tribuēs. i. vt p̃ciperet verbū dei. Quantū aut̃
ad tertiū subdit fil̃ at̃ z generatiua z vt. s. ma
nens virgo posset generare. ¶ Tertiū dubiū
erat vtrū x̃ps possit appellari filius sp̃us sc̃ti.
Ad q̃d̃ r̃ndet Aug⁹ in Encheridion dicens. na
tus est x̃ps de sp̃u sc̃tō nō sic filius z de maria
virgine sicut filius. Et si diceret̃ q̃ btā virgo
d̃r̃ m̃r̃ x̃pi pp̃ māz quā in cōceptōe eius mini
strauit ergo videt̃ q̃ etiā sp̃us sc̃us possit dici
p̃r̃ eius p̃pter hoc q̃ fuit principiu actiuū in
conceptione ipsius. Et vt dicit Aristō. in li. de
generatione animalium. Pater dat principium
actiuū in generatione: m̃r̃ v̄o ministrat māz

85
Ad hoc r̃ndet Tho. vbi. s. q̃ x̃ps cōceptus est
de maria virgine materiā ministrante in fili
tudine speciei: z ideo d̃r̃ filius eius. X̃ps at̃ h̃z
q̃ hō cōceptus est de sp̃u sc̃tō sic de actiuo p̃n
cipio non tñ fm̃ similitudinē speciei sicut homo
nascit̃ de patre suo. Vñs v̄o Bonauen. in. iij
di. iij. dicit. Q̃ ista locutio x̃ps est filius sp̃us
sancti nullo mō est admittenda. tum p̃pter vi
tandū errorē circa generationē eternā qua p̃
prium est p̃ris z nō sp̃us sancti generare: tum
p̃pter seruandā p̃prietatē circa generationē
tempalem que est vt filius assimiletur patri z
matri fm̃ similitudinē speciei: sicq̃ cū p̃re z ma
tre eiusdē n̄e. X̃ps v̄o fm̃ q̃ hō nō est eius
dem nature cū sp̃u sc̃tō neq̃ illi assimilat̃ spe
cificē: ideo nec eius filius poterit esse. Igit̃ vir
tus sp̃us sancti fuit in virgine que in p̃ceptio
ne filij sui oēs naturas z partes mūdi vltima
p̃fectione cōpleuit. Et quidem deus in mūdi
creatione nihil imp̃fectū p̃duxit: sed oīa erāt
p̃fecta sicut ipse x̃ nā exigebat. Tñ consuma
tio p̃fectionis vltime vsq̃ ad partū virginis
delata est z soli virgini reseruata. Entia enim
appetebant nobilissimū ens. Sp̃ualia nobilif
simū sp̃m̃: rationalia nobilissimū rationale: cō
ceptiones optimū cōceptū. Matritates opti
mū nascibile. Et breuiter oēs creature appete
bant optimū. His at̃ oibus existentibus im
p̃fectis: sic p̃ouisū est mūdo de femina sup
oibus benedicta que vnico suo partu oibus
rerū generibus sumā z vltimā p̃fectionē ad
duxit. Et aduertat q̃ hec puella tantā p̃fectō
nem attulit vniuerso q̃ nō est p̃fectionis vlt
rioris capax. Nec deus p̃r̃ vltiori p̃fectiōe
ipsū mundū p̃ficere. Et si ipse pater z spirit⁹
sc̃tus de femina nascerent̃ nihil orbi accresce
ret p̃fectionis: q̃z quicq̃ nobilitatis quicquid
deitatis z quicq̃ eternitatis est totū in orbe
diffusū est z p̃ductū per virginē in illo eterno
supposito q̃d̃ v̄go maria generauit. Nec ma
gnū est virgini q̃ p̃fectionibus orbis vltimā
p̃fectionē induxit. Cū z ipsi vniuersitat̃ acto
ri nōnullas p̃fectiones adiunxerit: puta eter
no principio inceptionis principiu. Eternita
ti diuine tpale p̃iodū. Infinitati imense quā
titate corporeā. Speciei eterne pulchritudinē
nouā. Sibi igit̃ soli competit vt virgo conce
perit x̃pm̃ sitq̃ illius admirabilis mater.

¶ Beata virgo fuit vera m̃r̃ x̃pi: z q̃re x̃ps
nasci voluit de femina. Capitulu. ij.
Secundū priuilegiū maternitatis virginis

beatissime dī veritatis. Pro cuius intelligen-
tia clariori tria erūt hic dubia elucidanda.
Primū vtrū xps debuit de virgine nasci.
Secūm vtrū btā virgo aliquid actiue egerit i
conceptione corporis xpi.
Tertiū vtrū scitissima virgo fuit vera mī xpi.
Ad primū dubiū dicit Tho. iij. pte. q. xxxi.
Et licet filius dei carnē hūanā assumere potu-
erit de quacūq; mā voluisset cōueniēs tñ fuit
vt illā assumeret de muliere triplici rōne.
Primo ppter muliebri sexū confortandū.
Secūdo ppter veritatem astruendam.
Tertio pp vniuersitatē gnationū adimplēdā.
Primo fuit cōueniēs ppter muliebri sexū
cōfortandū vt cōfortarent mulieres speraret
q; et ipse p xpm debere saluari nō obstante q
p eā tanta oib; mala puenērāt. Hinc Aug⁹
in li. octuagintatriū questionū ait. Hōis libe-
ratio in vtroq; sexu debuit apparere. Nā qz
sexus masculinus est nobilior: ideo xps huma-
nā nām in masculino sexu assūpsit. Quia vō
sexus feminus liberandus erat. Hinc appa-
ret q vir ille de femina natus est. Et idē in li.
de agone xpiano inqt. Nolite vos ipsos contē-
nere viri filius dei virū suscepit. Nolite vos
ipsas cōtēnere femine filius dei de femina na-
tus est. Secūdo fuit cōueniens ppter verita-
tē astruendā vt sic veritas incarnationis no-
ta fieret. Et de hoc sic loquit Aug⁹ in epla ad
Dolusianū. Si oipotens deus hoīem vtrūq;
formatū nō ex materno vtero crearet sed repē-
tinū inferret aspectibus nōne opinione cōfir-
maret erroris vt hoīez verū nullo mō suscepis-
se crederet et dū oia mirabiliter facit auferret
qd misericorditer fecit. Nūc vō ita inter deū
et hoīem mediator apparuit vt in vnitāte pso-
ne copulans vtrāq; nām et solita sublimaret
insolitis et insolita solitis temperaret. Ter-
tio fuit cōueniens vt xps de femina nasceret
ppter vniuersitatē generationū adimplēdā.
Nā primus hō pduct⁹ est de limo terre sine
viro et femina: Eua ex viro sine femina: Ete-
ri hoīes a viro et femina generant. Dñ et quar-
tus quasi xpo vltimus relinquebat vt pduce-
ret ex femina sine viro. Secūm dubiū eluci-
dandū etat vtrū btā virgo aliquid actiue ege-
rit in conceptione corporis xpi. Ad qd rñdet
sanctus Tho. q licet qdā velint dicere virginē
aliquid actiue esse operatam in conceptiōe xpi.
Tñ melius et verius videt sibi tenere q in ipā
cōceptiōe xpi nihil actiue opata est: sed solū

mām ministravit: operata tñ est ante pceptio-
nē aliquid actiue preparando māz vt esset apta
conceptui. Rō vō quare in cōceptiōe nihil
est actiue opata sumi pōt ex dictis Augustini
in. x. sup. Beneficium ad līam. Principiū nāq;
actiue in generatione dī rō seminalis. Corp⁹
aut xpi in sola mā corporali p diuinā potētā
conceptionis formationisq; rōnem de virgi-
ne assumptū est: nō at fm aliquā rōnem semi-
nalē humanā. Insup cū quelib; res sit ppter
suā opationē vt dicit Aristo. ij. de celo et mū-
do. Natura nō distingueret ad opus genera-
tionis sexū maris et femine: nisi esset distincta
operatio maris ab opatione femine. In gene-
ratione aut distinguit operatio agentis et pa-
tientis. Dñ relinquit q tota virtus actiua sit
ex pte maris: passiuā vō ex parte femine: pp
qd in plantis in quibus vtrāq; vis cōmiscet
nō est distinctio maris et femine. Quia ergo
virgo nō hoc accepit: vt esset pī xpi. sed mī cō-
sequens est q non accepit potētā actiue in
pceptiōe xpi siue aliquid actiue egerit. Tertiū
dubiū erat vtrum btā virgo fuit vera mī xpi.
Sic enī dī in scripturis q fuerit mī et xps fi-
lius. vñ Luce. i. dixit angelus. paries filiū. Et
Luce. ij. pepit filiū. Et Matth. ij. Accipe puc-
rū et mīem eius. Et Luce. ij. dixit mī eius ad
illū. Fili qd fecisti nobis sic. Et Joānis. ij. ca.
Erat mī iesu ibi. Sed forte inquit: mī sic no-
minatur: qz filiū illū in suo vtero ex miraculo
genitū educavit et aluit ita q ex pietatis offi-
cio nō cōditione aut pprietate nature sic nun-
cupet. Ad qd rñdemus fm Augusti. in li. de
ecclesiasti. dog. vbi ait. Natus est fm veritatē
nature ex deo dei filius. Natus est fm verita-
tē nature ex hoīe: hoīs filius: vt nō adoptione
nō appellatione: nō nuncupatione: sed nā in
vtrāq; natiuitate nascendo filij nomen habe-
ret. Fuit igit vgo scitissima vera mī xpi qd p-
bamus ex dictis sancti Tho. i. pte. q. xxvij. Et
iij. pte. q. xxxij. Nam ad rōnē vere paternitatē
vel maternitatis et filiationis cōcurrunt pre-
cipue tria. Primū est generatio viuentiū: vt
viuū generet viuū. Et ppterea qz ignis gene-
rans nō est qd viuens nō dī pī aut mī ignis
generati. Secūm est collatio substantie. Nam
faber lignoz non dī pī scamni aut cuiuslibet
alteri⁹ artificij qd ipse fabricat qz non cōicat
sibi suā substantiā. Tertiū est materie pparate
administratio: ppterea terra nō dī pīc mī
hoīs qz est mī remota. Et quartū addit qd ē

87
assimilatio in nā specifica. **I**ō capillus ab hoīe
generatus nō dī filius hoīs qz nō assimilatur
hoī specificē. Lū ḡ btā virgo viuens genuerit
xpm viuente cōicauitqz ei corpulentā substā-
tiā administravitqz ad formationē corporis
eius mām preparatā z xps ab ea genitus fuit
ei similis in specie qz pfectus hō ex aīa rōnali
z hūana carne subsistēs: sequit̄ qz xps fuit ei⁹
filius z ipsa illius vera mī. Si ḡt aliqs obijce-
ret qz xps ex btā virgine miraculose natus est
sed miraculosa generatio nō sufficit ad rōnez
maternitatis vel filiationis. Nō enī dicimus
Euā filiā fuisse Ade: ergo videt̄ qz xps nō de
beat dici filius btē virginis. Rūdere possum⁹
fm Damascenū in. iij. li. qz natiuitas tpalis q
xps natus est pp nām salutē ē quodā mō fm
nos qm natus ē hō ex muliere z tpe cōceptio-
nis debito. Sup nos ḡt qm nō ex viri semine
sed ex scō spū z sancta virgine sup legē cōcep-
tionis. Ex quo vt inquit Tho. iij. pte. q. xxxv
A pte mris natiuitas illa fuit nālis sed ex
parte opatiōis spūs scī fuit miraculosa. Dñ
btā virgo est vera z nālis mī xpi. Quis ergo
explicare queat quāto affectu filiū illū gesta-
uit in vtero pepit ī presepio suoqz lacte pavit
vbere de celo pleno. Quis enarrare sufficiat
quāto gaudio eius infantilia mēbra cōtracta
bat dū inuoluebat pannis z stricta cingebat
fascia. Quis isup excogitare valeat qz gratif-
sima fuit amboz puerfatio amoris pinguedi-
ne plena: Cōmūebant pacifice: Lolloquebant̄
benigne. Et virgo ore melliflūo fili mī sepius
ingeminabat: audiebat rudentē illū cū oī re-
uerentia genitrix mea colendissima.

¶ btā virgo dei genitrix ē dicēda q meru-
it ꝑcipe xpm cuius insup ꝑrogatiue ab hoīe nō
possunt cōprehendi. Capitulum. iij.

Terū priuilegiū maternitatis virginis
illibate dī dignitatis. Alie nanqz mres
puri hoīs: hec hoīs z dei mī fuit. Sed ꝑ hui⁹
partis expeditione iocunda tria adhuc dubia
declaremus.

¶ Primū vtrū btā virgo sit dei genitrix appel-
landa.

Scdm vtrū btā virgo meruit cōcipe xpm:

Tertū vtrū virginis ꝑrogatiue possint ab
hoīe cōprehendi.

¶ Ad primū dubiū rudentus qz hñ cōgrue ac
verissime virginē gloriosā appellamus geni-
tricē dei. Inqt nanqz ioannes Damascenus
Theothocōn vere scām mariā predicamus

virginē. Et in capitulis Cirilli approbat̄ in
Ephesina sinodo dī. Si qs nō confitef scām
virginē genitricē dei anathema sit. Et scā mī
ecclesia in diuinis officijs illā sic crebro uoīat
In officio misse inducit versiculum Sedulij
Salue ait sancta parens enixa puerpera regē
qui celū terrāqz regit in secula seculoz. virgo
dei genitrix quē totus non capit orbis in tua
se clausit viscera factus homo. Et in offerto-
rio. Post partū virgo inuolata permansisti
dei genitrix intercede pro nobis. Et in vespis
Aue maris stella dei mater alma. Et in cōple-
torio. Sub tuū presidū pfugimus sancta dei
genitrix Et in letanijs. Scā dei genitrix ora
pro nobis. Quare autē sit cōueniens z ꝑpria
ista locutio declarat̄ a Bonauen. in. iij. di. iij.
Et a Tho. in. iij. parte. q. xxxv. qz omne nomē
significans in concreto nām aliquā pōt sup-
ponere ꝑ qualibet ꝑpostasi illius nature. Lūz
autē vnio incarnationis sit facta in ꝑpostasi
manifestū est qz hoc nomen deus pōt suppo-
nere ꝑpostasi habente humanā nām z diuinā
Et ideo quicqd conuenit diuine nature z hu-
mane pōt attribui illi persone. Concipi autēz
z nasci persone attribuit̄ z ꝑpostasi fm nām
illā in qua concipit̄ z nascitur. Enm ḡ in ipso
principio conceptionis fuerit humana nā as-
sumpta a diuina persona. cōueniēs est qz vere
possit dici deū esse conceptū z natū de virgine
Ex hoc ḡt dī aliqua mulier alicuius mater qz
cum concepit z genuit. Quare z beata virgo
vere dicit̄ mater dei qz sit mater diuinitatis:
sed qz persone habentes diuinitatē z humani-
tatē est mater fm humanitatē ꝑpter cōmu-
nicatōez ydiomatū. Scdm dubiū erat vtz
btā virgo meruit concipere xpm. Ad qd Bo-
nauētura in. iij. di. iij. ait. qz meritū distingui-
tur tripliciter. Est enī meritū condigni: Ade-
ritū congrui: z meritū digni. In merito con-
digni attenditur equalitas vtputa dū quis ꝑ
diē vel mensē seruit alicui ꝑ conuenienti mer-
cede labore debito finito meret̄ mercedē illaz
de condigno. Quantū enī laborauit z quāto
tpe tantū sibi debet. In merito congrui atten-
ditur dispositio ad aliquā mercedē consequē-
dā in futuro puta si Rex vel princeps aliquis
ꝑ sua magnificentia proclamari fecisset qz si
quis vno cursu ꝑ determinatū spatiū ꝑcederet
reliquos currentes lucraret̄ lib:ā vnam auri:
tunc multi hoc audientes ad currendū se ꝑ-
parent. Inter qs esset vnus agilis valde z ad

currēdū plus ceteris expedit⁹ licet nōdū eēt
ī cursu: vel p⁹ q̄ currere cepint anq̄ puenirēt
ad iminū dicerēt de isto vno q̄ merēt p̄miuz
merito cōgrui. At postq̄ puenit ad terminū
merēt illud merito non condigni qz premium
illud excedit laborē sed merito digni. Quia ex
quo sic placuit regi vel principi vt qui ad talē
terminū currendo ptingeret aurū sibi daret.
Ille qui sic currēdo prius ceteris applicuit ad
locū prefixū factus est dignus premio ex libe
ralitate preparato. Sic in pposito btā virgo
nō meruit concipere xpm merito condigni qm̄
īncarnationis bñficiū q̄tū ad suā substantiā
vl essentiā est supra merita oim hoim z ange
lorū z ipsius virginis benedictē. Sed qz ex be
nignitate sua diffiniuit de⁹ vt carnē sumeret
p salute hūani generis. z de muliere vna na
sceret deus z homo. Beata virgo a principio
sue sanctificatōis z toto tpe intermedio vsqz
ad incarnationē merebat esse mater dei meri
to cōgrui qz ppter excellentiā sanctitatis sue
Factus es euāgelica tuba: xp̄i p̄eco et inuictissimus miles religionis xp̄iane. Nō times labores: nō horres pericula: nō vitas plagas: nō fugis mortem. Tu p̄ xp̄o ut sc̄ ad Corinth. ca. xj. patet fuisti in laboribus plurimis. Tu in carceribus abundatius. Tu in plagis supra modum. Quanta constantia: quantaue fuit ei⁹ aie fortitudo. A iudeis quinquies quadragenas vna minus accepit. Refert Nicholaus de lira sup̄ h̄ passu. q̄ Deuterono. xxv. ca. committit iudicibus ut p̄ minoribus culpis p̄ quibus mors nō est inferenda imponat plagas et verbera: ita tñ q̄ quadragenarium numerum ictum nō excedat. Sapientes vero iudeorum ad p̄tendendum pietatem ordinauerunt: q̄ de illo numero aliquid minuere tur plus vel minus put̄ rōnabiliter videretur rōne delicti vel p̄ditionis verberandi: et sic de alijs circumstantijs. Quia v̄o Paulus erat eis odiosus subtraxerūt de dicto numero quinquies vnū ictū p̄ vice qualibet. Ter virgis cesus fuit. sicut patet Actuum. xvj. ca. Semel lapidatus fuit in ciuitate lichaonia: ut ponitur Actuum. xiiij. ca. Ter naufragiū fecit. Et ne singula repetemus pro xp̄o in vrbe maxima capitū trūcatione gloriosum martyriū consumauit.

De raptu Pauli in quo vidit essentiam dei: et de conditionibus illius raptus. Capitulum. iij.

Tertium mysterium p̄tēplandum de Paulo dicitur visionis. Voluit quidem benignus de⁹ ex privilegio speciali cōcedere Paulo ut in suo raptu diuinā essentiam videret: de quo ip̄e ita scribit se ad Corinthios. ca. xij. Scio hominem in xp̄o ante annos quattuordecim siue in corpore siue extra corp⁹ nescio de⁹ scit raptū huiusmodi vsq̄ ad tertium celū. Et scio huiusmodi homines siue in corpore siue extra corpus nescio de⁹ scit quā raptus ē in paradysum et audiuit archana dei que n̄ h̄ homini loqui. Pro quorū verborū declaratione notāde sunt septē theologice veritates. Prima veritas sc̄m Nicholaū de lira sup̄ isto passu. Raptus pp̄rie ip̄ortat quādam violentiam alicuius rei p̄ motū naturalem sibi: q̄d p̄r̄esse dupliciter. Vno modo quātū ad terminū motus ut si lapis moueat sursum. Alio modo quātū ad modū motus ut si lapis per impulsū violentū ferat deorsum veloci⁹ q̄ natus est moueri. Sic aia hoīs dicitur rapti in id q̄d ē p̄ter naturā. Vno modo quātū ad terminū rapt⁹ puta qñ rapt⁹ ad penas. Alio modo quātū ad modū hoī p̄naturalē. Et sic h̄ aia nata sit moueri in deū: tñ modus p̄naturalis s̄m

statū vite p̄sentis ē q̄ in cognitionē diuinam ascendat p̄ cognitionē sensibiliū et sic vr̄es sensibus: iō qñ ducit in cognitionē diuinorū a sensibus abstractā dicitur raptus: in quātū hoc fit p̄ter modū sibi p̄naturalē. Post resurrectionē v̄o qñ erit in corpore glorioso op⁹ intellectiue nullo modo impediētē raptus nō habebit ibi locū. Secūda veritas q̄ Paul⁹ in raptu vidit eētiam diuinā: sicut determinat Aug⁹. ad paulā de videndo deū: et in. xij. sup̄ Beneficium ad lras q̄d et verba apli designāt: dicit enī se audiuisse ineffabilia verba q̄ non h̄ hoī loqui: huiusmodi autē vident ea que p̄tinent ad visionē beatorū que excedit statū vie: s̄m illud Isaie. lxiij. Oculi nō vident de⁹ absq̄ te q̄ preparasti diligentibus te. Quare spernēdi sunt illi qui dixerunt Paulū non vidisse ip̄am dei eētiam: s̄ quādam refulgētiam claritatis ip̄i. Tertia veritas s̄ Tho. fa. q. centesima. lxxv. q̄ diuina eētiam videri ab intellectu creato nō p̄t nisi p̄ lumen glorie: q̄d tñ dupliciter p̄cipari p̄t. Vno modo per modū forme immanētis et sic beatos facit sanctos in patria. Alio modo p̄ modū cuiusdam passionis trāscuntis: et hoc modo lumē fuit in Paulo qñ fuit raptus. Et iō ex tali visione nō fuit simpliciter beatus ut fieret redūdantia ad corpus: s̄ solū s̄m quid. Et sic nō fuit beatus habitualit̄ s̄ solū habuit actū beatorū. Quarta veritas q̄ noīe tertij celi p̄t intelligi aliqd corporeum: et sic tertium celū est empirreū q̄d dicitur tertium respectu celi aerei et celi siderei: vel respectu celi siderei: et respectu celi aquei siue cristallini. Et dicitur raptus ad tertium celū: nō q̄ rapt⁹ sit ad videndū similitudinē alicui⁹ rei corporee sed pp̄ h̄ q̄ locus ille est p̄tēplatiōis btōrū. Ibi ergo dicit se raptū q̄ de⁹ ostendit ei vitā in q̄ videndus ē in eternū. Et q̄ visio dei nō potest eē sine delectatiōe: p̄pterea nō solū se dicit raptum ad tertium celū rōne contēplationis s̄ et in paradysum recte delectationis consequētis. Quinta veritas q̄ Paul⁹ in raptu fuit a sensibus alienat⁹. Mā ut inqt Aug⁹. xij. sup̄ Beneficium ad lras. Nisi ab hac vita q̄s quodāmodo moriat̄ siue omnino exiens de corpore siue auersus et alienat⁹ a sensibus in illā nō subuehitur visionē. Nō est s̄m Tho. q̄ oportet cū intellectus hoīs eleuat̄ ad altissimam dei eētiam visionem: ut tota mentis intentio illuc aduocet̄ ita s̄ q̄ nihil intelligat aliud ex fantasmatibus: sed totaliter feratur in deū. Non enim per aliqd fantasma p̄t dei eētiam videri quinimmo nec

per aliquam speciem intelligibilem creatā: qz
essentia dei in infinitū excedit nō solū oīa cor
pora quorū sunt fantasmata: sed ēt oēm intel
ligibilem creaturā. Ideo impossibile est qd hō ī
statu vie videat deū p essentiā sine abstractōe
a sensibus. Metandū tñ qd aīa xpi in statu vie
videbat diuinā essentiam absqz abstractōe a
sensibus. nam intellectus illius aīe erat glori
ficatus p habituale lumen glorie quo diuinā
essentiā videbat multo amplius qz aliquis an
gelus vel hō. Erat at viator z dispēsiue pa
tiebat nō ppter aliquē defectuz ex parte intel
lectus. Ideo nō est similis rō de eo z alijs via
toribz. ¶ Sexta veritas qd paulus postqz ces
savit videre deū p essentiā memor fuit illorū
que in illa visione cognouerat p alijs species
intelligibiles habitualiter ex hoc in eius intel
lectu relictas: sicut ēt abeūte sensibili remanēt
alique impressiones in aīa quas postea cōuer
tens ad fantasmata memorat. Dñ nec totam
illam cognitionē aut cogitare poterat aut ver
bis exprimere: hec Tho. sa se. q. vbi sup arti.
iij. in rñsione ad tertiū argu. ¶ Septima ve
ritas qd lz aīa pauli fuerit a fantasmatibus z
sensibiliū perceptione abstracta: nō tñ fuit ita
a corpore sepata vt ei nō vniret quasi forma.
lz de hoc dubitari possit ppter ipsi apli ver
ba qui ait: siue in corpore siue extra corpus
nescio deus seit. Hoc at vt Hiero⁹ ait in p
logo sup Danielē. quidā intelligere voluerūt
qd aplos ignorabat an corpus eius fuerit ra
ptū simul cū aīa vel nō. Sed Aug⁹. xij. super
Genesim ad lram dicit. qd aplos sciuit se fuis
se raptū fm aīam z nō fm corpus: nesciuit tñ
qualiter aīa se haberet ad corpus. Dñ post lo
gam inquisitionē: Aug⁹ concludit dicens. Re
stat fortasse vt hoc ipsū cū ignorasse intelligen
mus. vtrū qñ in tertium celū raptus est in cor
pore fuerit aīa: quō est aīa in corpe cū corpus
viuere dr: siue vigilantis: siue dormiētis: siue
in extasi a sensibus corpis alienati: an oīno de
corpore eririt vt corpus mortuū iaceret. Sz
vt idē Aug⁹ postmodū refert dubitante aplo
quis vīm inde certus esse potuit. vñ qui sup
hoc loquit magis cōiecturaliter qz p certitudi
nē loquit. Ex his apparet qz reprehensibiles
inueniunt bi qui honorū tpaliū falsa veneno
saqz dulcedine decepti: alienā vitā felicitatē
qz pmissā: aut negant aut acquirere nolūt. Sz
qz magna multitudo dulcedinis tue deus. Sz
iocunda facies tua z decora nimis. Sz beati q

104
habitant in domo tua. Sz stēdisti te paulo do
ctori gentiū: sicut z moyfi primo doctori iude
orū. Voluisti vt ille a te electus nō solū audita
sed visa referret. Et vnde in ea tantus seruos
tanta constantia: tanta sollicitudo: tāta diligē
tia: tanta deniqz patiētia: nisi qz te viderat in
via cui te exhibuisti fm humanitatē lz imensa
luce rutilantē. Et tandē ad tertiū celum raptō
demonstrare dignatus es diuinitatē tuā. cla
mat paul⁹. Cupio dissolui z esse cū xpo. Et mē
hi viuere xps est z mori lucrū ad Philippene
ica. Cur o paulē nisi qz illa est vera vita illa q
era: illa tranquilla: illa pacifica: illa delictosa: il
la perpetua: illa deniqz oibus bonis repleta q
sequit post motē p xpo: z ad quā puenire nō
possūt nisi qui moriunt cū xpo. Hanc paulus
predicauit: hanc desiderauit: hanc tandē glori
ose adept⁹ est. Ad quā nos pducatur iesus fili⁹
dei q viuit z regnat in secula seculorū. Amen.
¶ Sermo trigessimustertius de primatu sactē
petri apli z de illius eximijs virtutibus atqz
de ipsius petri et pauli martyrio.

Petrus Verba sūt
redēptoris
nri originalit Math. xvi. ca. z i euā
gelio pntis solēnitat. Rutilantia fi
dei xpiane miracula sat i vrbē maria claruerūt
Inī q illud vñū admirādū fuit pversio vide
licet gentiū Romanorūqz cūiū facta p aplo
rum petri z pauli predicationē. Erant ibi tot
supstitutiones noxiē: tot ad ydola vana z ad de
mones sacrificia: tot extracta artificio mirabi
li templa falsoz deorum z alia huiusmodi:
que oīa petro z paulo predicatibus defecerūt
Ibi nunc colit crucifixus deus z homo verus
qui sedet ad dexterā patris. Ibi sacra templa
dei veri z virginis matris: aploz: martyrum
virginum z confessorū a cunctis fidelibus fre
quentantur. Ibi sedes petri a cunctis fidelibz
regibus z principibus deuotione precipua ho
noratur. Sz quod leo papa in sermone festi
uitatis hodiernē ita eleganter romam alloqui
tur. Omnium quidem sanctarum solēnitatū
charissimi totus mundus est particeps:
z vnus fidei pietas exigit vt quicquid pro sa
lute vnūuersorum gestum esse recolitur: com
munibus vbiqz gaudijs celebretur. Veruntū
hodierna festiuitas preter illam reuerentiam
quam toto terrarum orbe promeruit speciali
z propria nostre vrbis exultatione venerāda
est vt vbi precipuorū apostolorū glorificat⁹ ē

eritus: ibi in die martyrij eorum sit leticie principatus. Isti sunt enim viri per quos tibi euangelium christi roma resplenduit: et que prius eras magistra erroris: facta es discipula veritatis. Isti sunt sancti patres tui verique pastores: qui te regnis celestibus inserendam multo melius multoque feliciter condiderunt quam illi quorum studio prima mentium tuorum fundamenta locata sunt: e quibus is tibi nomen dedit qui te fraternitatem fedavit. Isti sunt qui te ad hanc gloriam perduxerunt ut sis civitas sacerdotalis et sancta: et per sanctam beati petri sedem caput totius orbis effecta latius presidens religionem divinam quam dominatione terrena. Quamvis enim ius imperij tui terra marique distenderis: minus tamen est quod tibi bellicus labor subdidit quam quod pax christiana subiecit: hec Leo. Ut autem tantorum beneficiorum veritatem plenius agnoscamus de ipso apostolorum principe petro principaliter: et demum de ipso et paulo in hoc sermone verba faciemus. Dicere quidem possumus cum christo verba proposita. Tu es petrus. id est inter apostolos confessor fidei singularissimus qui et ubi et toti mundo lumen evangelicum protulisti: ubi de ipso sanctissimo petro tria mysteria proponimus contemplanda.

Primum de preeminencia.

Secundum refulgentie.

Tertium patientie.

Quod beatissimus petrus princeps apostolorum fuit et dignissimum caput ecclesie. Capitulum. j.

Primum mysterium contemplandum de beato petro de preeminencia: In quo considerare dignitatem eius ex eo quod fuit princeps et caput apostolorum: quod probare possumus tripliciter.

Primo ratione testificationis.

Secundo ratione ordinationis.

Tertio ratione exercitationis.

Primo probamus petrum fuisse apostolorum caput et principem ratione testificationis. Ita quod testificantur canones sacri. Sic patet. xxi. di. ca. i. §. horum discretio. et ca. in nouo. et l. di. c. q. tua. ca. hi. q. el. ij. ca. considerandum ca. fidelior. lxxix. di. ca. oportebit. lxxx. di. in illis. i. q. i. ca. eos. iij. q. vi. ca. dudum. vij. q. i. ca. mutationes. viij. q. i. ca. si petrus. xxiiij. q. i. ca. rogamus. Et de electione ca. fundamenta li. vi. Et quod papa canonice electus est successor petri ut patet. xxi. di. ca. in nouo testamento. Et. ix. q. iij. ca. aliorum. Ideo est caput ecclesie ut dicitur. xvi. di. ca. constantinus. Et est vicarius christi ut ponitur extra de translatio. episcopi. ca. inter corporalia. et ca. licet. Et in clementina

Romani principes. de iuramentis. Et gerit vicem dei in terris. ut habetur extra de translatio. ca. quanto. Et Secundo probamus petrum fuisse apostolorum et totius ecclesie caput ratione ordinationis. Sic utique statuit christus ut postquam ipse conscenderet celum: petrus curam gereret ecclesie sancte. Nam sibi dixit Matth. xvi. ca. Tibi dabo claves regni celorum: ad designandum quod omnes alij quibus potestas ligandi atque solvendi concedenda erat: dependentiam haberent ab ipso: ut scribitur. xxiiij. q. i. ca. manet. ca. quodcumque. Insuper Luce. xxij. ca. dixit christus benedictus. Ego pro te rogavi petre ut non deficiat fides tua. scilicet finaliter secundum Nicholaum de lira. Non enim rogavit ut petrus non caderet: sed ut in casu non remaneret. Ideo legitur Et tu aliquando conuersus. id est de peccato ad gratiam: confirma fratres tuos. Quod dicitur ei quod ecclesia erat sibi committenda. Impletum vero id fuit quando dicitur Joannis ultimo ca. ter christus illi dixit Resurrexerunt agnosce meos. Et Tertio probamus petrum fuisse apostolorum ceteris et ecclesie prelatum ratione exercitationis. ut enim scribitur Actuum. i. ca. Primus sermonem fecit in electione matthei. Et Actuum. ij. ca. post susceptum spiritum sanctum primus populo predicavit. Ideo Anacletus preallegato ca. in nouo testamento ait. Petrus primus ad fidem populum virtute sue predicationis adduxit. Et post ascensionem christi primum miraculum factum fuit per petrum associatum cum iohanne: cum dixit claudio. Argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do. In nomine iesu surge et ambula: propter que omnia non est ascribendum superbie quod petrus sit passus in cathedra exaltari. Cum humilitate quippe honorem sue dignitati a christo ut predictum est institute libenter suscepit. Nam ut colligitur ex itineralio clementis. Postquam beatus petrus Antiochie predicauit: populumque illum ad fidem conuertit. Theophilus princeps ciuitatis illius domum suam in basilicam fecit consecrari. In cuius medio excelsam cathedram fabricauerunt et petrum ut ab omnibus videri et audiri possit: exaltauerunt. In qua sedit honorifice temporibus congruis annis septem. Sed postmodum veniens Romam anno secundo imperij Claudij in romana cathedra sedit annis viginti quinque et ultra. De primo vero honore ecclesie festum celebrat quia tunc primo prelati ecclesie ceperunt loco potestate et nomine sublimari. Ex quibus omni

nibus deprehendere possumus q̄ reprehensi-
bilis sit multorum ignorantia: temeritas et ma-
licia qui prelatos ecclesie precipue pontificem
maximum: despectos: viles: contemptibiles
q̄ inspicere vellent. Nam vt de papa loquar
ipe a nemine est iudicandus nisi a fide deuict
vt patet. xl. di. ca. si papa. Et debet quandoq̄
ornat⁹ corona et vestib⁹ p̄ciosis pp̄lo se mōstra-
re ad honorem et gloriam xp̄i qm̄ pape Silue-
stro et eius successoribus Imperator Constā-
tinus dedit palatium suum lateranense et co-
ronam capitis et vestimenta imperialia. xvi.
di. ca. Constantinus. Et h̄ beatus petrus nō
legatur cū tanta magnificentia sedisse: tamen
id fuit q̄ persecutio recens et ingentissima im-
pugnabat ecclesiam. Quod patet q̄ et ipse vt
infra dicemus iubente Nerone crucifixus fu-
it. Vnde Isidorus in li. de vita et obitu sancto-
rum ait. Petrus post q̄ antiochenam fūda-
uit ecclesiam sub Claudio Cesare contra Si-
monem magum Romam pergit. ibiq̄ predi-
cans euangelium viginti quinque annis: eiusdē
vrbis episcopatum tenuit. Et trigesimo sexto
anno a passione dñi a Nerone vt ipse voluit
crucifixus est.

¶ De abiectioe rerum temporalium et con-
fessione xp̄i atq̄ penitentia petri: quib⁹ tanq̄
p̄ciosis gemmis anima eius decorata fuit.

Capitulum. ij.

Secundum mysterium contemplandum
de petro apostolo dicit refulgentie. Re-
fulsit namq̄ et virtutibus claruit: atq̄ ob sue
vite sanctitatem et perfectionem signis pluri-
mis et miraculis coruscavit. Et oibus alijs di-
missis tres in hac parte virtutes eius prestan-
tissimas consideremus.

Prima dñi bonoz tp̄alium despectio.

Secda iesu xp̄i filij dei confessio.

Tertia pcti cōmissi amara deploratio.

¶ Prima beati petri virtus a nobis conside-
randa: dñi bonoz temporalium despectio. Vt
enim scribitur Matthei. iij. ca. Ambulans
iesus iuxta mare galilee: vidit duos fratres si-
monem qui vocatur petrus et andream fratrem
eius: mittentes rhete in mare. Erant enim pi-
scatores. Et ait illis. Venite post me faciam
vos fieri piscatores hominū. At illi continuo
relictis r̄hetibus secuti sunt eum. Sed a qui-
busdam queritur vtrum sit magis fm̄ virtutē
possidere diuitias q̄ illas relinquere. Et ple-
riq̄ paupertatem dānantes arguūt. Primo

q̄ nullus debet exponere se periculo. Sed qui
paupertatem sectatur exponit se periculo spi-
rituali et corporali: ergo non licet relictis oib⁹
pauperem vitam gerere. Nam sapiens Pro-
verbioꝝ ca. ij. dicebat. Ne forte egestate com-
pulsus furer et piurē nomē dei mei. Et ecclesia-
stici. xxvij. Propter inopiā mlti deliquit. Et
Ecclesiastici. vij. ca. Sicut p̄tegit sapia: sic p̄te-
git et pecunia. Et Aristoteles. iij. Ethicorum
Videtur quedam perditio ipsius hominis eē
corruptio diuitiarum q̄ per has homo viuūt.
Sunt et de hoc alie auctoritates quas inueni-
es in sermone de contemptu diuitiarum. Se-
cundo arguitur contra paupertatem. quia fm̄
Aristo. in. ij. Ethicorum. Virtus consistit in
medio: sed ille qui omnia dimittit per volun-
tariam paupertatem non videtur in medio cō-
sistere: sed magis in extremo: ergo nō agit vir-
tuose. Tertio arguitur q̄ vltima perfectio ho-
minis in beatitudine consistit. Sed diuitie cō-
ferūt ad beatitudinem. dñi enī Ecclesiastici. xxxi.
Beatus dives qui inuentus est sine macula.
Et Aristoteles. dicit in. i. Ethicoꝝ. q̄ diuitie orga-
nice deseruiūt ad felicitatē: ergo relinquere oia
et viuere in paupertate non est fm̄ virtutem.
Quarto arguit. nā dare elemosinā est actus
virtutis et deo gratus: sed paupertas excludit
elemosinarū largitionē: ergo videt q̄ paupertas
non spectat ad virtutē. Contra ista est aucto-
ritas Hiero. q̄ ait s̄ Iovinianū. Legunt pluri-
mi philosophoꝝ diuitias non tm̄ p̄tempisse
sed etiā abiectisse quasi impedimentū sapie et
virtutis. Et de his Lactantius li. i. diuinarū
insti. inq̄t. Nam et abiectisse quosdā res famili-
ares suas et renunciasse vniuersis voluptati-
bus constat. vt solam nudāq̄ virtutē nudi ex-
peditiq̄ sequerentur. Et Seneca in li. de mor-
ribus ita sequitur. Multis ad philosophan-
dam obstiterē diuitie: paupertas autē expedita
secura est. Et de Socrate Hiero⁹ ad paulinū
notauit illud qd̄ ponit. xij. q. ij. ca. Sicut epi-
s. socrates. Socrates ille Thebanus hō quon-
dam ditissimus cū ad philosophandū Athe-
nas p̄geret: magnū auri pondus proiecit: nec
putauit se posse simul et virtutem et diuitias
possidere. Ad primum itaq̄ obiectum respon-
det Tho. ba. se. q. clxxxvi. q̄ ille qui omnia di-
mittit propter xp̄m non exponit se periculo:
neq̄ spūali neq̄ corporali. Spūale enim peri-
culum ex paupertate prouenit qm̄ non est vo-
luntaria q̄ ex affectu congregandī pecunias

quē patiunt illi qui inuoluntarie sunt paupe-
res: incidit hō in multa pctā. Iste at affectus
deponit ab his q voluntariā paupertatē sequū-
tur. Magis at dñatur his qui diuitias possi-
dent. Corporeale etiā periculū nō iminet illis
qui intentione sequendi xpm oīa relinquunt.
diuine prouidentie se cōmittentes. Dñ Aug⁹
dicit li. de sermone dñi in monte. Querentib⁹
regnū dei et iusticiā eius nō dē subesse sollicitu-
do ne diuitie sibi desint: ppter ea saluator n̄
Luce. xxij. ca. dixit discipulis suis. Quā misi
vos sine sacco et pera et calciamentis nunquā
aliquid defuit vobis. Ad scdm argumentū rñ-
det sc̄tus Tho. q mediū virtutis fm phum in
ij. Ethicorū accipit fm rōnē rectā nō fm quā-
titatē. Nā milo crotoniensis vnū bouē come-
debat in die nō grauatus ex eo: hic fortissim⁹
erat et robustissimus valde. Alius autē frusto
panis fm sue nature conditionē sustentat: nō
accipit ergo mediū virtutis inter istos duos:
vt. s. sup addat cui sufficit frustū panis et dein-
de diminuat miloni vt tātū vn⁹ quātū ali-
comedat. Sed accipit mediū fm q dicitur rō vi-
delicet q vnusquisq comedat fm q requirit
conditio complexionis sue. Ideo quicquid fieri
pōt fm rōnem rectā est viciōsū ex magnitudi-
ne quantitatis: sed magis virtuosū. Effet autē
preter rōnem rectā si quis oīa sua cōsumeret
in intemperantia: lasciuia: conuiujs et huius-
modi vel absq utilitate. Est vō fm rōnē re-
ctam q aliquis diuitias abijciat vt contēpla-
tioni vacet atq vt xpm pfecte sequat. Ad ter-
tiū qd obijciebat rñdet sc̄tus Tho. q duplex ē
bitudo siue felicitas. Vna quidē pfecta quā
expectam⁹ in futura vita. Alia at imperfecta
fm quā aliqui dicunt in hac vita beati. Pre-
sentis vō vite felicitas est duplex. Vna qui-
dem fm vitā actiuā. Alia fm vitā ptemplati-
uā. vt p3 p Aristo. in. x. Ethicorū. Ad felicitatē
vite actiue que consistit in exterioribus opa-
tionibus diuitie instrumentaliter coadiuuat
q vt phus dicit in. i. Ethicorū. Multa opera-
mur p amicos: p diuitias: et civilē potentiam
sicut p quedam organa. Ad felicitatē at contē-
platiue vite diuitie nō multū opantur: sed ma-
gis impediunt inqstū sua sollicitudine impe-
diunt ai quiete: que maxime necessaria est cō-
tēplationi. Et hoc est qd phus dicit in. x. Ethicorū.
q ad actiones multis opus est: speculati-
vō nullo taliū. s. exteriorū bonorū. Ad futurā
vō bitudine: ordinatur aliquis p charitatē

ad quā efficaciter pducit voluntaria paupertas
Propterea xps dixit: Matt. xix. ca. Vade
et vende oīa que habes et da pauperibus et ha-
bebis thesaurū in celo. Ad quartū argumētū
rñdet Gregorius sup Ezechielem. Q illi qui
ex possessis rebus subsidia egentib⁹ ministrāt
in bonis que faciunt sacrificiū offerūt ex eo q
aliquid deo imolant et aliquid sibi reseruant.
Qui vō nihil sibi reseruant: offerūt holocaus-
tu: qd est maius sacrificiū. Et si diceretur q
sic relinquens oīa et viuens in paupertate libe-
ralis esse nō pōt: cū liberalitas in datione pe-
cuniarū consistat. Rñdet Francisc⁹ in suo tra-
ctatu de virtutibus q paup pōt esse liberalis
habitu genito ex actibus interioribus q: si ha-
beret gratis daret. Cuius signū est quia subi-
to potest homo priuari bonis fortune: sed nō
bonis virtutis.

Petrus confessus est xpi diuinitatem.
Secda virtus petri a nobis cōsideranda dē
iesu xpi filij dei confessio. Cum enī vt scribit
Matt. xvi. ca. interrogasset discipulos xps
Quē dicūt hoīes eē filiū hoīs et illi dixerunt.
Alij heliā. Alij Jeremiā. Alij ioānē baptistā
ant vnū ex ppheti. In Jeremia dicit Micho⁹
de lira fuit excellens patientia in aduersis. In
heliā celus veritatis. In Ioāne austeritas vi-
te. Subdidit xps. Vos autem quē me esse di-
citis. Rñdens petrus dixit. Tu es xpus filius
dei viui. At iesus ait illi. Beatus es simon
bariona. i. filius ioanna. Bar idem est q fili⁹
iona ponitur p diminutionē pertracta media
sillaba p ioanna. Sequitur. q caro et sanguis
nō reuelauit tibi. i. homo mortalis nō docuit
te istam veritatem sed pater meus. Et ego di-
co tibi: q tu es petrus. i. confessor petre vere
que xpe est. Et super hanc petram quā confes-
sus es. s. super xpm edificabo ecclesiam meā
Sed hic oritur difficultas vtrū confessio fidei
iesu xpi sit ad salutem necessaria. Et ad hoc di-
cit sanctus Tho. 2a 2e. q. liij. q cōfessio fidei ca-
dit sub preceptis affirmatiuis que non obli-
gant ad semper sed pro loco et tempore: et fm
alias circūstantias debitas fm quas oportet
actus humanū limitari ad hoc q sit actus vir-
tutis. Confiteri ergo xpm non semper nec in
quolibet loco est de necessitate salutis: sed ali-
quo loco et tempore: qñ. s. per omissionē hui⁹
confessionis subtraheretur bonorū debit⁹ deo
vel etiam utilitas proximis ipendēda: puta si
aliquis interrogatus de fide taceret: et ex hoc

credere vel q non haberet fidem: vlt q fides
nō esset vera: vlt alij p eius taciturnitatē auer
terent a fide. Si aut turbatio infidelium oriat
de confessione fidei manifesta absq; utilitate
fidei vel fidelium: nō est laudabile in tali casu fi
dem publice confiteri. Dñ dñs dicit *Matth.*
vij. ca. Nolite scdm dñm dñm camb⁹ neq; margari
tas vestras spargere añ porcos ne cōuersi dis
rumpant vos. Sed si utilitas aliqua perueni
ret vel adesset necessitas: tunc cōtempta turba
tione infidelium dñs homo fidē publice confiteri

Utrum petrus negando xpm peccauit.

Tertia virtus beati petri a nobis cōsiderā
da dñi pcti cōmissi amara deploratio. Postq;
enī xpm vt hō nōdū in grā confirmat⁹ ter pre
timore negauit: cum respexisset in eum piissi
mus iesus: vt scribitur *Luce. xxi. ca.* Egressus
foras fleuit amare. Sed in hoc loco diligenter
est pscrutandū an petrus negando xpm pec
cauit mortaliter. Et quidā inuenti sūt qui di
cere voluerunt q nō: ex eo q nō negauit xpm
ex timore sed amore nolens ab eo separi. Scie
bat enī q si dixisset se esse discipulū xpi statim
fuisset eiectus et separatus ab eo. Ista opinio
falsa est a cunctis doctoribus improbata. *Mā*
scūs Tho. 2a 2e. q. xxv. ar. xij. siue vltimo ar
gumē. ij. expresse dicit: petrus negando xpm pec
cauit mortalit. *Bregio.* insup in omelia de ipo
ait. dñs mori timuit vitā negauit. *Hierō⁹* sup
Matthēū. *Kabanus* sup *Matth.* et *Bregio.*
ij. moralium idē confirmant. s. petrū in illa ne
gatione grauitē deliquisse. Et *leo papa* in ser
mone de passione ita refert. *Ob hoc at* hesi
tare pmissus est petrus vt in ecclie principe re
mediū penitentie recōderet: et nemo auderet d
sua virtute cōfidere. *Crisostō.* insup in sermo
ne sic loquit. *Accirco* diuine puidentie secretū
pmisit vt primus ipse laberet petrus q erga
pctōres duriorē sniam pprii casus intuitu tē
peraret: petrus enī orbis terrarū doctor et mgri
peccauit et veniā impetrauit: vt hec indulgen
tie norma et regula iudicantibus preberet: hec
Crisostō. Ex his dictis claret petrū a pctō ex
cusari non posse. Verūtñ orit̄ difficultas non
parua ex verbis *leontis pape* in sermōe de pas
sione sic ad petrū loquentis. *Didit* in te dñs n̄
fidē victā: nō dilectionē auersā sed constātiā
fuisse turbatā. Sed pctm esse non pōt cū dile
ctione et charitate: ergo minime petrus pecca
uit qui dilectionē et charitatem non perdidit.
Ad hoc rīdet sanctus Tho. vbi supra. q char

ritas amittit dupliciter. Vno mō directe per
actualē contēptū: et sic petrus charitatem non
amisit. Alio mō indirecte qñ quis cōmittit ali
quid p̄riū charitati ppter aliquā passionē p̄ca
piscencie vel timoris: et hoc mō petrus p̄ cha
ritatē faciens charitatē amisit sed eā cito recu
perat dñs lachrymas contritiōis effudit. Neq;
tanta fuit deformitas eius culpe quanta pro
illa penitentie plenitudo. Nec solum pro pec
cato cōmisso plorauit: Quinimo fertur q sp̄
in sinū sudariū portabat quo crebro fluentes
tergebat lachrymas. Quia qñ dulcedinis et lo
cutionis et penitentie dñi memor erat pre ni
mia amoris suauitate lachrymas continere n̄
poterat.

**De martyrio petri et pauli qd cōsideratur
respectu temporis: respectu cause et respectu
modi.**

Capitulum. iij.

**Tertium mysteriū contemplandū de beato
petro dñi patientie. in quo inuenimus pa
tientiam illius in tolleratione martyrii: de q
tria consideremus.**

Primo dubietatem.

Secundo causalitatem.

Tertio modalitatem.

**Primo consideremus dubietatē: an petrus
et paulus passi sint eadē die. Et quidā dixerūt
q eadē die reuelato anno. Sed contra istos ē
auctoritas vniuersalis ecclie que in orōne sic
deū deprecatur. Deus qui hodiernā diē ap̄toꝝ
tuoz petri et pauli martyrio consecrasti: da ec
clesie tue coꝝ in oibus sequi preceptū p quos
religionis sumpsit exordium. Et *Dionysius*
qui coꝝ interfuit martyrio vt inferius dicef
narrat qualiter eadē die simul et āno passi sūt
Idem refert *leo papa* in sermone. *Hierō⁹* *ho*
in libro de viris illustribus inquit. Anno *Me*
ronis scdo paulus romā vincetus mittit et per
bienniū in libera manens custodia aduersus
iudeos disputauit. deinde a *nerone* dimissus
euangeliū in occidentis partibus predicauit.
Quartodecimo *ho* *neronis* anno eodē die q
crucifixus est petrus capite truncatus est. Et
in hoc concordant pariter oēs sancti. Et h̄ ea
dem die passi fuerint: ordinauit tñ *Bregio.* vt
ipsa die specialius quo ad officium fieret solen
nitas petri et in sequenti die cōmemoratio pau
li. tñ qz eadē die fuit dedicata ecclesia sc̄i pe
tri. tñ qz maior est dignitate. tñ qz prior est cō
uersione: et prior urbem intrauit. **Secundo con
sideremus causalitatem: qua. s. ex causa petrus et****

paulus innocentes et sancti ad violentam mortem condemnatii fuerunt. Ad quod ridere possumus quod tria concurrerunt quae illos bonos et omni scititate fulgentes coegerunt ad mortem.

Primum fuit romanorum supbia.

Secundum Neronis seueritas.

Tertium Simonis magi malicia.

Primum fuit romanorum supbia. nam christianos persecuti sunt: non quia christum predicabant. sed quia ipsum sine senatus auctoritate deificatum aiebant: quod ipsi de nomine fieri prohibuerant. ut scribitur in historia Ecclesiastica. Nam cum pilatus quadam vice ad Tiberium epulas de christo misisset: ipseque Tiberius eius fide a romanis recipi assentiret: senatus omnino respuit: ex eo quod non sui auctoritate deus vocatus fuit. Et Iulius Titus in prohemio dicitur in laudem romanorum. Ceterum aut me amor negotii suscepti fallit: aut nulla unquam res publica: nec maior: nec sanctior: nec bonis exemplis ditior fuit: nec unquam ciuitatem tam sero auaricia luxuriaque immigrauerunt. Tamen nesciuit aut noluit ipse Titus agnoscere romanorum supbias quae se deos extimabant: et ut Augustinus dicit in principio primi libri de ciuitate dei. Hoc quod dei est affectabant amabantque sibi in laudibus dici: parere subiectis et debellare superbos. Et ut predictum est nolebant ut quae pro deo coleretur absque illorum licentia et auctoritate. Secundum quod occurrit ut apostoli sancti violenta morte extinguerentur: fuit Neronis seueritas. Ipse tunc romanis impabat: qui ut Porcius Eutropius et reliqui scriptores romanorum rerum tradunt flagitiosissimus et iniquissimus fuit. De quo etiam Iohannes de Sabinis in polieratione libri i. ita ait. In tanta mole imperii omnem perosus est gravitate: philosophiam persequens quasi maiestatis imperii inimicam. Et nobilitate ingentia veritus se consiliis subdidit histrionum. Eum vero esse omnium auarissimum adeo ut nulli quodcumque officium delegaret: quin persequeretur: nosti quid mihi opus est: aut illud subijceret. Qui omnibus praestit omnibus indiget histrionibus et mimis pecunias infinitas erogare non grauabat. Singulos prout quibusque placuerat amplissime dignitate nomine sublimabat. Alios patricios: alios senatores dicere hos illustrium spectabiliuue nominibus illustrabat. hunc ille. Qui aliter appellari solet polieratus: et fuit natione angelicus. Et ne vitijis neronis diutius imoremur: illud tantum afferamus in medium: quod anno etatis sue. xxxij. Eutropium fugiens ad quartum ab urbe lapidem semetipsum interfecit

Tertium quod occurrit ut sanctissimi petrus et paulus martyrio coronarentur fuit Simonis magi malicia. Sic ut scribitur in itinerario clementis serpentes eneos faciebat moueri: statuas eneas lapideasque ridere et cantare: multaque huiusmodi exercebat veneficijs et incantationibus magicis: propter quae neroni charissimus erat. Dicitur tamen et superatus quod sepe ab apostolis petro et paulo virtute christi: cum tentasset volare: ut leo papa testatur: orante paulo et petro imperante angelis sathane ut eum relinquerent: quem per aera ferrebant continuo corruit: fractisque cervicibus expirauit. Qua de re iratus Nero dedit eos in manibus paulini viri clarissimi: et paulinus tradidit eos in custodia mamortini sub cura militum pcessi et martiniani. Quos milites petrus ad fidem christi conuertit: et conperto quod christiani essent capite censi sunt. Tertio consideremus modalitate: quo scilicet modo petrus et paulus martyrio coronati sunt. Et in hoc standum est Dionysio ariopagite quod de hoc scribit in epistola ad thimotheum. Nam post multa signa et prodigia quae dominus per suos apostolos dignatus fuit operari: petrus tanquam alienigena iussus est crucifigi: paulus vero quia ciuis erat romanus capitale scilicet scilicet subijt: qua lata dicit Dionysius. O frater mi thimothee si videres agones consummationis ipsorum defecisses quidem pro tristitia et dolore. Quis non fieret illa hora quando preceptum sententiae egressum est in eos ut petrus crucifigeretur et paulus decollaretur. Videres tunc turbam iudeorum et gentiliu percutientes eos et expuentes in faciem ipsorum. Adueniente autem terribili tempore consummationis ipsorum cum separarentur ab inuicem: ligauerunt columnas mundi non utique absque fratrum gemitu et ploratu. Tunc inquit paulus petro. Pax tecum fundamentum ecclesiarum et pastor omnium et agnorum christi. Petrus autem ad paulum ait. Vade in pace predicator bonorum mediator et dur salutis iustorum. Cum autem elongassent eos ab inuicem secutus sum magistrum meum. Non enim in eodem vico occiderunt eos. hunc Dionysius. Petrus igitur perductus ad passionis locum crucifixus est habens pedes sursum et manus deorsum. ut Leo et Marcellus testantur. Tunc petrus ut scribit Egesippus de cruce dicere cepit. Te domine imitari optavi: sed rectus crucifigi non usurpavi. Tu semper rectus et excelsus et altus. Nos primi hominis filij quae caput suum demersit in terram: cuius lapsus significat speciem generationis humane. Sic enim nascimur ut proni in terram videamur effundi. Inter hec et filia

107
verba gr̄as agens deo ⁊ fideles cōmendans
sp̄m emisit. Tūc marcellus ⁊ apuleius fr̄es dis-
cipuli eius eū de cruce deposuerūt ⁊ diuersis
cōdientes aromatibus sepelierūt. Paul⁹ No
cū ad locū passiōis duceret in porta hostiensi
fm̄ Dionysiu matronā quādā noīe plantillā
obuiā habuit q̄ flēs orōnib⁹ suis se cōmenda-
bat. Cui paul⁹. Dade plantilla eterne salutis fi-
lia: cōmoda mihi velū q̄ caput tuū teg⁹ ⁊ inde
oculos meos ligabo ⁊ postmodū illud tibi re-
stituā: qđ illa libenter effecit. Cū at̄ ad locum
passionis venisset ad orientē versus ⁊ manib⁹
in celum extensis orauit cū lachrymis ⁊ gr̄as
egit. post hec valefaciens fratribus suspexit ī
celū muniens frontē ⁊ pectus suū signo crucis
oculosq; suos de velo plantille ligauit: ⁊ vtrū-
q; genu in terrā defigens absq; tristitia ⁊ cō-
pulsione collum extendit: ⁊ sic decollatus est.
Adorq; caput ei⁹ a corpore exiliēs iesus xp̄s
hebraice clara voce insonuit. De eius No vul-
nere vnda lactis vsq; in vestimenta militis
emanauit: ⁊ postea sanguis effluxit. In aere
lux imensa emicuit: de corpore odor suauissi-
mus spirauit: percuciente at̄ carnifice ⁊ am-
putante caput pauli: tunc in ipso ictu paulus
explicuit velū ⁊ collegit sanguinē ppriū ⁊ in-
uoluit eū illaq; hora apparuit plantille tradi-
ditq; velū cū sanguine. Et reuerso militi car-
nifici dixit plantilla: vbi dimisisti magistrum
meū paulū? R̄ndit miles cū socio iacet ibi ex-
tra v: bem in valle pugilū ⁊ velo tuo velata ē
facies eius. Ipsa aut̄ r̄ndens ait. Ecce nūc in-
trauerunt petrus ⁊ paulus induti veste precla-
ra ⁊ coronas fulgentes habebant in capitib⁹
suis. Et protulit velum sanguine cruentatū ⁊
monstrauit eis: propter quod opus q̄ plures
crediderunt dño ⁊ facti sunt xp̄iani. Asserit
etiam Dionysius apostolos ibi apparuisse:
attende inquit miraculum. Vide prodigium
frater mi Thimothee die victimationis illoꝝ
Nam presens fui in tpe separationis eorum:
post mortem autē illoꝝ vidi eos ad inuicem
manu ad manū intrantes portas vrbis ⁊ in-
dutos veste luminis ⁊ coronis claritatis ⁊ lu-
cis ornatos. hec Dionysius. Cui de his rebus
loquenti plena est adhibenda fides. tum qz ex
gentili ⁊ philosopho sūmo factus fuit nō ab-
re pauli discipulus. tum qz sapientia ⁊ virtu-
te pollebat. tum qz ppter xp̄m ⁊ ipse non sine
causa passiōē sustinuit. H̄git queramus cum
dei adiutorio quantū possumus sc̄toꝝ imita-

ri vestigia: vt sic societatis eoz participes me-
reamur esse in illo felicitatis regno in quo pax
sūma est. Ad qđ nos pducatur clemētia xp̄i qui
viuit ⁊ regnat in secula seculoz. Amen.

¶ Sermo trigessimus quartus de sc̄to andrea
ap̄lo fr̄e simonis petri ⁊ in passione socio.

¶ Rat autem andreas

frater simonis petri vnus ex duob⁹
qui audierant a iohanne ⁊ secuti fu-
erant iesum. Scribuntur hec verba Joannis
i. ca. Celebre nomen beati andree per terrarū
orbem latissime diffusum est. quoniam nō so-
lum in hac vita virtutibus plurimis floruit ⁊
in regno celesti fulget gloria mirabili sed insu-
per patrociniū eius exposcentibus perita bñ-
ficia impetrare non cessat. Placuit autē pro-
uidentie diuine vt ex ossibus eius p̄tinue mā-
na scaturiat vt tali signo ad eius deuotionem
cuncti fideles ardentius inflāment. Et lz cor-
pus eius a maximilla chusto amabili vxore
Egee: vt dicemus apud patras fuerit recon-
ditū: tū inde fuit constantinopolim delatum.
Postremo ad ciuitatē Amalfie fuit deductū
vbi nunc sacru illud pignus honorabiliter cō-
seruat. Quapropter vt in solēnitate eius illi⁹
laudibus reficiamur statui in p̄nti sermone
de ipso ap̄lo gloriosissimo verba facere atq;
quantū potero cum dei adiutorio suā p̄cemi-
nentia explicare. Ad eius No cōmendationē
assūpta sunt verba p̄posita in quib⁹ triplicez
excellentiā bti andree curabimus enarrare.

¶ Prima dī diligentia.

Secda obedientia.

Tertia patientia.

¶ Qualiter bti andreas fuit diligens p̄uer-
sando cū bonis ⁊ audiēdo verbū dei atq; alijs
cōmunicando q̄ audiuit. Capitulū. j.

¶ Prima excellentia beati andree dicitur
diligentia: quaz consideremus precipue
q̄tū ad tria.

¶ Primo q̄tū ad conuersationem.

Secdo q̄tū ad auditionem.

Tertio q̄tū ad cōmunicationem.

¶ Primo cōsideremus diligentia bti andree
q̄tum ad conuersationē. Fuit quippe diligēs
⁊ sollicitus conuersari cū iohāne baptista: dum
eni famā eius sanctitatis accepit: postmodū
eundē ⁊ vidit ⁊ predicantē audiuit: factus est
discipulus eius vt refert Joannes. i. ca. Et in
hoc exemplū nobis dedit: vt q̄tūz possumus

bonorum virosum consortia semper expectam?
Hinc sapiens Proverbioꝝ. xiiij. ca. ait. Qui
cū sapientibꝫ gradit̃ sapiens erit. amicus stul
toꝝ similis efficiet. Et David in ps. xvij. Cum
sancto sc̃tus eris: et cū viro innocente innocēs
eris: et cum perverso perverseris. Et. xxvij. q.
i. ca. sepe malorum. dr. Sepe malorum consor
tia etiam bonos corrumpunt: quanto magis eos
qui ad vitia proni sunt. Et. xxvij. q. iij. ca. q̃s
Quo incorruptus poteris pmanere qui corru
ptis sociaris. Et de hoc inquit Seneca in. iij.
de ira. Sumunt a conuersantibus mores. Et
idem ad lucillū. Cū his conuersare qui te me
liorem facturi sunt. Illos admittite quos tu po
tes facere meliores. Et iterū ad eundē. Nulla
res magis aīum induit honestate: nullaqꝫ du
bios et inclinatos ad praua magis ad rectū re
uocat q̃ bonoꝝ assidua conuersatio. Et idem
in. iij. de ira. non tm̃ valitudini p̃fuit sana re
gio salubreqꝫ celū q̃tum animis parū firmis
conuersatio melioris: qd̃ intelliges si feras mā
suescere videris conuictu nostro. Et Ildor?
in. ij. li. soliloquioꝝ. Dita malos: caue iniquos
Sed aliqꝫ obijcere p̃ hoc pōt: qm̃ x̃ps cum pu
blicanis et peccatoribus conuersabat: ita et sc̃ti
viri fecisse p̃bati sunt. Ad qd̃ declarandū au
dienda sunt verba Augusti. in sermōe de ver
bis euangelij q̃ ponunt. xxij. q. iij. ca. a malis
ibi sic loq̃t. A malis semp̃ corde disungimini
Ad t̃ps caute corpore copulamini: duobꝫ mo
dis nō te maculat malus si ei non cōsentias: et
si redarguas: hoc est nō cōmunicare: nō cōsen
tire. Cōmunicat̃ quippe qm̃ facto eius consor
tiū volūtatis vel approbatōis adiūgit. Neqꝫ
enī p̃fetiētes sitis malis vt nō approbetis: ne
qꝫ negligentes vt nō arguatis. Et eadem sen
tentia cōfirmat̃ predicta cā et questione. ca. ita
ca. si quis. et ca. recedite. Igit̃ cōuersatio x̃pi cū
peccatoribus ex qua ipsi boni fieri poterant et
ob quā familiarem se illis exhibebat laudabi
lis erat et ex radice charitatis procedens. Sili
ter apl̃i inter ydolatrias cōiuebant vt eos ad
veram religionē euocarent. Sicut de andrea
legimus q̃ consistens in Achaya post q̃ susce
pit sp̃m̃ sc̃m̃ eā totā ecclesijs impleuit: effuga
taqꝫ ydolatrie peste: pp̃los ad x̃pi fidem con
uertit. Ororē quoqꝫ Eg̃ce p̃cōsulis sacro ba
prismatis fonte regenerauit. ¶ Sedo conside
remus diligentia beatī andree q̃tum ad audi
tionem. Voluit enī attentius audire iohannez
de x̃po loquentē atqꝫ dicentē. Ecce agnus dei

ecce qui tollit peccata mūdi. Quo audito secu
tus est iesum cū alio cōdiscipulo: dixit ṽo illis
iesus. quid queritis. At illi r̃nderūt ei. Rabbi
vbi habitas. dixit eis. venite et videte: venerūt
itaqꝫ et viderūt et manserunt apud eū die illo:
vt p̃z Joannis. i. ca. Quantū at̃ p̃sit vniciqꝫ
audire verba et doctrinā x̃pi: h̃ dixerim in qua
dragesimali ñro in sermōe de verbo dei: tm̃ ad
huc expedit aliquo exemplo id aperire. Scri
bit̃ enī Actuū. ij. ca. q̃ predicante petro audie
tes verba eius cōpuncti sunt corde et dixerūt
ad petrū et ad reliquos ap̃los. Viri fratres qd̃
faciemus. petrus aut̃ ait ad illos penitentiam
agite et baptizet̃ vnusquisqꝫ ṽm. Qui ṽo re
ceperunt sermonē eius baptizati sunt: et appo
site sunt in illa die aīe circiter tria milia. Et vt
inquit Jeremias ca. xxij. Verbū dei sicut mal
leus conterens petras. i. corda dura. ¶ Predica
tione insup̃ ap̃loꝝ crediderūt oēs gentes duz
in oēm terram exiuit sonus eorū: q̃ vt dr̃ ad
Romanos. viij. ca. Fides ex auditu: auditus
aut̃ per verhū x̃pi. ¶ Propterea sapiens Ecce
siastici. vi. Proverbioꝝ. iij. ca. ait. Si dile
xeris audire sapiens eris. Et Aristo. in. i. De
taphisi. Auditus deseruit discipline: ideo aīa
lia que carent auditu sicut apes et musce non
o bediūt voci hoīs: nec sūt disciplinabilia. qua
re nil ita aīos hoīm ad bene beateqꝫ viuendū
dirigere pōt sicut auditus verbi. ¶ Tertio cō
sideremus beatī andree diligentia q̃tum ad
cōicationem dū x̃pm̃ agnouit statim illumina
tionem suā cōmunicare. p̃curauit fratri suo
petro. Nam vt scribit̃ Joannis. i. ca. mox co
inuento dixit ei. Inuenimꝫ messia: et adduxit
eum ad iesum: cui et̃ x̃ps benigne seip̃sū mani
festauit dixitqꝫ illi. Tu es simon filius iohanna
tu vocaberis cephas qd̃ interpretat̃ petrus:
Moluit ergo adreas bonū salutis eē sibi soli:
p̃curauit et illud pro fr̃e suo petro. Sic et nos
si cupimus regnare cū x̃po: proximis opem fer
re tenemur. Inquit nanqꝫ sapiens Eccelesiasti
ci. xvij. ca. Vnicuiqꝫ mandauit deus de p̃rio
suo. Sed mirū certe quō non p̃fundunt et eru
bescunt in semetipsis hī qui xp̃iano noīe deco
rant. oīa tm̃ ad p̃prium amorem reflectunt: dū
p̃ se loquentē audiūt: adhuc Liceronem genti
lem. Retulit ipse in orōne p̃ quinto ligurio:
hoīes ad deos nulla re p̃pius accedunt q̃ sa
lutem hoībꝫ dando. Et in questionibus tu
sculanis. Que melior est in hoīm genere nā q̃
eoꝝ qui se natos ad hoīes adiuuandos et con

seruandos arbitrantur. Sed quō aliene saluti intendēt qui ppriam negligunt: Heu heu q̄ paucissimi sunt qui nō magis inuigilent pro corporis beneficio q̄ pro aie atq; conscientie tranquillitate.

Qualiter bt̄us andreas rōnabiliter obediuit x̄po eū vocanti simul cū petro qd̄ satis stulte quidā improbare sunt ausi. Capitulū. ij.

Ecunda excellentia beati andree d̄r obedientia. Ador enī vt ipsum atq; fratres eius petrū x̄pus vocauit: relictis oibus secuti sunt cū. vt scribit̄ Matthei. iij. ca. Erant enī piscatores et x̄ps dixit eis. Venite post me faciam vos fieri piscatores hoīm. Habuit aut̄ ista obedientia tres conditiones mirificas.

Prima d̄r rationalitas.

Scda societas.

Tertia velocitas.

Prima conditio illius obedientie rōnabilitas d̄r. Suit nanq; rōnabile obedire x̄po qui deus erat qui imperauit ventis et mari et facta est tranquillitas magna: vt d̄r Matthei. viij. ca. Qui curauit infirmos: illuminauit cecos: mundauit leprosos: demones a corpore obfessis eiecit et mortuos suscitauit. Ad quem accesserunt post ieiuniū angeli et ministrabant ei vt d̄r Matthei. iij. ca. Veruntū vt refert Hiero⁹ sup̄ Mattheū Arguit in hoc porphirius et Iulianus augustus vel imperitiam histonici mentientis vel stulticiā eorū qui statim secuti sunt saluatore q̄si irrationabiliter quēlibet vocantē hoīem sunt secuti. Sed certe fulgor ipse et maiestas diuinitatis occulta que in hūana facie relucebat Ex primo ad se venientes trahere poterat aspectu. Si enī in magne te lapide virtus hec esse d̄r. vt ānulos et festucas sibi copulet quanto magis d̄ns oīm creaturarū ad se trahere poterat q̄s volebat: hec Hiero⁹. Sed Porphirius p̄fatus sacrilegus et blaffemus x̄pm vocantē p̄sumit culpāre asserens ex malicia piscatores rusticos et indoctos ad se sequendū vocasse. Mā cū illi facta et gesta fraude et deceptōne vt ipse falso asserit fuerint plena: voluit eos habere comites q̄s facile erat decipere. **D** verba oī execratione digna. **D** falsitas ab oibus exhorrenda. Mō fuit deceptor x̄ps in q̄ oīs gr̄e plenitudo supabundauit: oīs p̄fectio sc̄tatis emicuit: oīs deniq; splendor virtutis effulsit. Sed iō paupes nō diuites et potētes: piscatores nō philosophos ad se vocauit: vt in cōuersione mūdi fienda p

eos virtus diuina claresceret: et veritas p̄ eos predicanda diuine gr̄e nō hūanis fauoribus ascriberet. **I**ccirco paulus. i. ad Corinthios. i. ca. inqt. Que stulta sūt mūdi elegit deus vt cōfundat sapientes: et infirma mūdi elegit deus vt p̄fundat fortia. Et mūdi ignobilia et p̄temptibilia elegit deus et ea q̄ nō sunt vt ea q̄ sūt destrueret vt nō gloriē oīs caro in cōspectu eius. **S**up hoc passu ita dicit Aug⁹. Si doct⁹ eligere fortasse iō se diceret selectū: q̄ sua doctrina eligi meruit. **D**ns aut̄ nr̄ iesus x̄ps volens sup̄boz frangere ceruices nō quesuit p̄ oratore piscatore. sed de piscatore lucratus est imperatore. **S**cda conditio illius obedientie d̄r societas. Habuit enī secū obedientes et sociū fratrem suū petrū. Simul quidem vocati sūt et insimul vocantē secuti. **H**inc Crisosto. sup̄ Mattheū ait de ipsis. Erant habitatiōe ciues: dilectione cōcordes: artificio pares: fraternitatis pietate coniuncti: iō simul eos vocauit: ne hoīes ita coniunctos dissimilis vocatō separaret: hec ille. **S**ciendū tñ q̄ cōiunctio fraternitatis aliqñ h̄z disparitatē sicut in caym et abel: quoz vnus deo gratus fuit: alter exorsus vt p̄ Genesis. iij. ca. Isaac etiā hereditatem obtinuit: Ismael vero frater eius illam amisit: sic scribit̄ Genesis. xxi. ca. Et ad Valathas iij. ca. Eice ancillā et filiū eius: nō enī erit heres filius ancille cū filio libere. **J**acob insuper amabilis fuit deo. non sic Esau frater de quibus Malachie. i. ca. dixit deus. **J**acob dilexi: esau odio habui. **Q**ñq; aut̄ copula fraternitatis habet paritatē. vñ Valerius maximus li. i. recitat de polistrato et Dipoclide philosophis. q̄ fuerunt eodē die nati: eiusdēq; preceptoris: Epicuri sectā secuti: patrimonij etiam possidendi alendēq; schole cōmunionē cōiuncti: eodēq; momento t̄pis vltima senectute extincti. **S**ic cognatio petri et andree parem in multis habuit conditionē. nā fuerūt ab eodē artificio vocati: dicit nāq; Mattheus. iij. ca. **A**mbulās iesus iuxta mare galilee vidit duos fratres simonē qui vocat̄ petrus et andrea fratem eius mittentes rhete in mare: erant enī piscatores. **E**t ait illis. Venite post me et c. **F**uerunt eidem officio deputati. s. apostolatu x̄pi **D**ñ Luce. vi. ca. et Matthei. x. ca. scribit̄. **E**legit duodecim quos ap̄los noīauit. simonem quē cognominauit petrū et andrea fratrē eius **F**uerunt insup eodē p̄uilegio dotati in miraculoz opatione. vñ Matthei. x. ca. d̄r. conuo

cati iesus duodecim discipulis ei: dedit illi
 pratem spirituum immundorum ut eijcerent eos
 et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem
 Nomina autem duodecim apostolorum sunt hec. pri-
 mus simon qui dicitur petrus et andreas frater eius.
 Ultimo fuerunt eodem genere martyrii corona-
 ti: quia ambo crucis supplicium protulerunt. Ideo
 ecclesia cantat. Andreas christi famulus dignus
 dei apostolus: germanus petri et in passione socius.
Tertia conditio illius obediencie dei velocitatis.
 Obediuit quippe andreas statim sine mora sine
 dilacione. Sed huiusmodi mortales miseri aures habent
 et non audiunt: vocantur ad penitentiam et tamen vix
 et mille conuertitur vnus. *Exo. No. rursus est vel
 tacita vel expressa. Reuertemur ad dominum in se-
 nectute. Reuertemur ad dominum in infirmitate.
 Reuertemur ad dominum post aliquos annos. O
 peccatores duri: O peccatores excecati: nolite differ-
 re: nolite procrastinare. hodie inquit David i
 ps. Si vocemini audieritis nolite obdurare
 corda vestra: hodie inquit non cras: de futuro qui-
 dem nil certum habemus: presens tamen tempus nunc
 est. Dum tempus habemus ait paulus ad Galatas
 vi. opemur bonum. Et sapiens Ecclesiasti. v. ca.
 Ne tardes conuerti ad dominum et ne differas de
 die in diem: subito enim venit ira illius et in tempore
 vindicte disperdet te. O quam grandis est nume-
 rus peccantium. O quam magna multitudo dei man-
 data spemtentium. Vocat omnes benignus propter tam dul-
 citer: et homines ingrati ei obedire postponunt.
 Propter dicta Grego. in omelia ita pulchre
 loquit. Audistis fratres charissimi quia ad vnus
 iussionis voces petrus et andreas relictis rhe-
 tibus secuti sunt redemptorem. Nulla vero hunc
 facere adhuc miracula viderant: nihil ab eo de
 premio eterne retributionis audierant et tamen
 ad vnum domini preceptum hoc quod possidere videban-
 tur obliti sunt. Quanta nos eius miracula vi-
 demus. Quot flagellis affligimur: Quantis
 minarum asperitatibus deterremur: et tamen voca-
 tem sequi contemnimus. In celo iam sedet qui
 de conuersione nos admonet. Jam iugo fidei
 colla gentium subdidit. Jam mundi gloriam stravit
 Jam ruinis crebrescentibus districti sui iudi-
 cij propinquum denunciat diem. Et tamen superba mens
 nostra non vult hoc sponte deserere quod quotidie
 perdit in vita. Quid ergo fratres charissimi: quod in
 eius iudicio dicturi sumus quod ab amore presentis
 seculi: nec preceptis flectimur: nec verberibus
 emendamur. hec ille.
Qualiter beatus andreas iubente Egea cruci*

martyrium passus est.

Capitulum. iij.

Tertia excellentia beati andree dei patientia
 hec illum violentam mortem aio constanti tol-
 lerare fecit: non enim aufugit illata supplicia: et
 pro christo martyrium pati non recusauit. de illo tamen
 tria sunt consideranda.

Primo illius martyrii causa.

Secundo illius martyrii modus.

Tertio illius martyrii gloria.

Primo consideranda est de martyrio sancti
 andree causa. quare. scilicet passus est. Non equidem
 passus est propter aliquod perpetratum flagitium aut le-
 se maiestatis crimen: hinc quodcumque peccatum adhuc
 minimum. Sed quia ydolatriam detestabatur et Egeam
 consulere redarguebat: crucisque mysteria effi-
 cacissime comprobabat. Ab ipso Egea iniquis-
 simo cruci fuit adiudicatus. In ciuitate namque
 patras Egeas christianos ad idolorum sacrificia
 compellebat: cui occurrens andreas dixit. O por-
 tebat ut tu qui iudex hominum esse meruisti: iudi-
 cem tuum qui est in celo cognosceres et agnitum
 coleres et colendo aium tuum a falsis dijs peni-
 tus reuocares. Cui Egeas. Tu es andreas qui
 suppositiosam predicas sectam quam romani princi-
 pes exterminare iusserunt. Ad quem andre-
 as. Romani principes non dum cognouerunt quod
 dei filius veniens docuerit idola esse demonia
 Cui Egeas. ista vana iesus vester predicans
 crucis patibulo est affixus. Respondit andreas pro
 restauratione nostra non pro sua culpa crucis pati-
 bulum sponte suscepit. Et satis copiose crucis
 fructum et gloriam atque triumphum coram omnibus ex-
 plicauit. Quare indignatus Egeas ut idolis
 sacrificaret cum comminando requisitum. Et cum com-
 minaret multa terribilia pro illi facturum nisi sue
 iussioni pareret. Andreas audacter respondit.
 Quicquid tibi videtur in supplicijs maius excogi-
 ta. Tanto enim ero regi meo acceptior quanto
 fuerit pro nomine eius in tormentis constantior.
Secundo considerandum est de martyrio andree
 modus. Namque Egeas iussit illum a vigintiuno
 hominibus cedi et cesum manibus et pedibus cruci
 alligari ut sic longiore recipet cruciatum. Quod
 ducere ad crucem factus est concursus populorum
 dicentium. Innocens sanguis eius sine causa danna-
 tur: quos tamen rogauit apostolus ne suum martyrium
 impediret. Videns autem andreas a longe crucem
 salutauit eam dicens. Salue crux preciosa que deco-
 re et pulchritudine de membris domini mei suscepi-
 sti: diu desiderata: solite amata: sine intermis-
 sione quesita. Securus et gaudens ad te venio

ita et tu exultans suscipias me discipulum eius
 qui pependit in te: quia amator tuus spiritus fui et desi-
 deravi amplecti te. Accipe me ab hominibus et red-
 de me in gratiam meo: ut per te me recipiat qui per te me
 redemit. Et hec ac similia dicens exiit se et ve-
 stimenta carnificibus tradidit. Sicque cum in
 cruce ut iussu fuerat suspenderetur. In quo biduo
 vivens. xx. milibus hominum astantium predicavit
 Tertio consideranda est de martyrio andree
 gloria. Adinante quidem turba Egece mortem et di-
 cente: virum sanctum mansuetum et piuum non debere
 ista pati venit ut ipsum deponeret. Quem videns
 andreas dixit. Quid ad nos tu venisti Egece
 Si per penitentiam ipsam consequeris. Si autem ut me
 deponas scias quod ego vivus de cruce non descen-
 dam: iam enim video regem meum qui me expectat. Et
 cum vellent eum solvere nullo modo potuerunt ad eum
 pertingere. Videns autem andreas quod vellent eum de
 cruce deponere oravit ut scribit Augustinus in libro de
 penitentia: et dixit. Me permittas me domine descen-
 dere vivum de cruce: sed tempus est ut comedas ter-
 re corpus meum et resurrecturum servet et reddat
 et ipsum quoque meritum sui laboris recipiat. Terre
 illud commendo ut me amplius vigilare non oportet
 et libere ad te fontes indeficientis gaudij
 tendere anxiantem istam non retrahat: hec et filia eo
 loquente: splendor nimius de celo veniens di-
 midia hora eum circumdedit: ita ut nullus eum vi-
 dere posset. Et abscedente lumine spiritum cum lumine
 simul tradidit. Adaximilla vero tulit corpus eius
 et optimo loco cum aromatibus sepeliivit. Egece
 autem antequam domum redisset arreptus a demone in
 via coram omnibus expiravit. Felix igitur et gloriosus
 finis fuit illius martyrij finis: dum andreas per
 illud meruit secreta scandere celi: ubi cum christo
 fruatur eterna pace in secula seculorum. Amen.

Sermo trigessimus quintus de amore dul-
 cissimo domini nostri iesu christi quem habuit ad iohannem
 evangelistam.

Dilectus meus mihi

et ego illi. Iohannis evangeliste Verba
 sunt ista originaliter Anticox. ij. ca.
 Immensa beatissimi evangeliste io-
 annis preconia omnem supant dicendi facultatem
 Quisnam tam eloquens reperit tam ornatus in ex-
 plicando: tamque potens in persuadendo ut eius in-
 numeras: ut sic dicam: laudes effari queat. Tamen et
 si non quantum sibi debet quantum nos possumus il-
 lius prerogativas tenemur extollere dignas.
 Colendus quippe est ab omnibus et singulari de-

notione honorandus cui dei filius tam precipua
 dilectione exhibuit quem ita charissimum habuit
 cui denique tanta contulit beneficia. Ut autem ha-
 beat mens nostra lumen intelligentie quam iohannis
 sublimitate percipiat de ipso in hoc sermone di-
 cemus: quem et merito fundabimus in amore illo
 dulcissimo quo cum christo per ceteris apostolis voluit
 exornare: de quo ipse verba in themate posita
 dicit. Dilectus meus mihi et ego illi. In quibus
 verbis tria mysteria de illo amore proponimus
 contemplanda.

- Primum de supationis.
- Secundum ostensionis.
- Tertium conclusionis.

Christus dilexit iohannem amore precipuo et hoc
 quod homo et secundum quod deus et de differentia amoris eius
 et petri: et quod rationabiliter christus eum ita dilexit.

Capitulum. j.

Primum mysterium contemplandum de amo-
 re quo christus iohannem dilexit de supationis
 Supavit namque amor ille amorem aliorum dis-
 cipulorum. Unde Iohannis. xij. ca. scribit. Erat re-
 cubens unus ex discipulis eius in sinu iesu quem
 diligebat iesus. Et. ix. ca. Cum vidisset iesus ma-
 trem et discipulum stantem quem diligebat. Et. xx.
 ca. vna sabbati maria magdalene venit mane
 cum adhuc tenebre essent ad monumentum et vi-
 dit lapidem sublatum a monumento. Lucurrit ergo
 et venit ad simonem petrum et ad alium discipulum
 quem amabat iesus. Et. xxi. ca. Conversus petrus
 vidit illum discipulum quem diligebat iesus sequen-
 tem. Ecclesia vero cantat illud Bedde. Hic est
 iohannes qui privilegio amoris precipui ceteris
 altius a domino meruit honorari. Sed ut partes
 istam clarius expediamus tria dubia proponi-
 mus disputanda.

Primum utrum christus dilexit iohannem secundum quod deus.
 Secundum utrum christus plus dilexit iohannem quam petrum.
 Tertium utrum christus debuit ita intense iohannem
 diligere.

Ad primum dubium posset quis arguendo re-
 spondere. quod christus non dilexit iohannem secundum quod deus
 sed tamen secundum quod homo: probatur: quia eius amor sit pas-
 sio et nulla passio cadit in deo: deo deus nihil
 amare potest. Sed contra est auctoritas scri-
 pture que deum diligere amareque in plerisque lo-
 cis testatur. Unde David in ps. cxlvi. ait. Dominus
 diligit iustos. Et sapiens Proverbiorum. iij. ca.
 Quem enim diligit deus corripit. Et Sapien-
 tie. xi. ca. diligis omnia que sunt. Et Ecclesiastici
 xlv. ca. Dilectus deo et hominibus moyses. Et

Malachias. i. ca. **D**ilexi vos dicit dominus. Et paulus
ij. ad Corinthios. ix. ca. **M**ilare enim datorum dili-
git deus. Et Joannes. i. sua canonica ca. iij. **S**i-
cut deus dilexit nos et nos debemus invicem
diligere. Et salvator noster Joannis. iij. ca. deus di-
lexit mundum. Et. xiiij. ca. **Q**ui diligit me dilige-
t a patre meo. Eodem ca. **S**i quis diligit me sermo
noster meum servabit et pater meus diligit eum. Et. xvi.
ca. **I**pse enim pater amat vos. Ergo ut quod sentien-
dum est de amore dei ad creaturas investigare
possimus. Notande sunt in hac parte tres theo-
logorum propositiones. **P**rima secundum Bonaventuram.
di. xxij. tertij. et **T**ho. i. parte. q. xx. q. necesse est po-
nere amorem in deo: quia in quocumque est voluntas vel
appetitus oportet esse amorem: aliter enim amor in
deum non est passio. **M**axime amor et gaudium et delecta-
tio secundum quod significat actus appetitus sensitivi
comitantur aliam transmutationem corporis et maxime
circa cor quod est primum principium motus in anima
li. **S**ecundum vero quod predicta significant actum appe-
titus intellectivi non sunt passiones. Et sic po-
nuntur in deo secundum effectum: non secundum passionis defe-
ctum. **O**dit enim communicando iuste penam ei quem
odit absque sui transmutatione: diligit crea-
turam illi sua beneficia plus minusve tribuendo:
idem semper eodem modo se habens. **D**icit philosophus. vij.
Ethicoz dicit deus una et simplici operatione
gaudet et eadem ratione sine passione amat. **S**ciendum
adhuc quod in passionibus sensitivi appetitus
est considerare aliquid quod est male. scilicet corporalem transmu-
tationem: et aliquid quod est formale: id est quod est ex parte
appetitus: sicut in ira ut dicitur in i. de Anima. **M**ale est
accensio sanguinis circa cor: vel circa aliquid
huiusmodi. **F**ormale vero appetitus vindicte
Sed rursus ex parte eius quod formale est in qui-
busdam passionibus designat aliam imperfectio: si-
cut in desiderio quod est boni non habiti: et in ira
quod tristitia presupponit. **Q**uedam vero nullam im-
perfectioem designat ut amor et gaudium. **E**rgo
nihil horum deo conveniat secundum id quod est male in eis
illa que imperfectioem importat et formaliter deo
convenire non potest nisi metaphorice per similitudi-
nem effectus. **Q**ue autem formaliter imperfectioem non
importat de deo proprie dicuntur ut amor et gau-
dium sine passione tamen ut est predictum. **S**ecunda vi-
tas quod deus omnia que sunt amat. **M**axime ut inquit **T**ho.
ubi supra. **O**mnia existentia in quantum sunt: bona
sunt. **I**psum enim esse cuiuslibet rei quoddam bonum est:
et similiter quolibet perfectio ipsius: cuiusque voluntas
dei causa sit omnium rerum: oportet quod intantum aliquid ha-
beat esse aut quocumque bonum in quantum est volitum a

deo. **Q**uilibet ergo existenti deus vult aliquid bonum. **V**nde
cum amare nihil aliud sit quam velle bonum alicui: ma-
nifestum est quod deus omnia que sunt amat: non tamen eodem
modo sicut nos: quia enim voluntas nostra non est causa boni-
tatis rei sed ab ea movetur sicut ab obiecto. **A**mor
noster quod bonum alicui volumus non est causa bonitatis
ipsius: sed e converso: bonitas eius vel vera vel
estimata provocat amorem que ei velimus et bonum
conseruari quod habet et addi quod non habet et ad hoc
opemur. **S**ed amor dei est profundus et causas
bonitatem in rebus. **E**x his apparet quod deus est
perfectores amet. **M**axime nihil prohibet unum et idem secundum
aliquid amari et secundum aliud odio haberi: deus pec-
catores in quantum sunt nature quedam amat. **S**ic
enim et sunt et ab ipso sunt: in quantum vero perfectores non
sunt: sed ab esse deficiunt: et hoc in eis a deo non est
verum secundum hoc ab ipso odio habentur. **Q**uia tamen diffi-
cultas an deus diligat creaturas irracionales
quam cum duplex sit amor concupiscentie. scilicet et ami-
cicie: illas amore concupiscentie non diligit: quia nul-
lius extra se eget: nec amore amicitie: quia non potest
ad res irracionales haberi. ut patet. vij. **E**thicoz:
ergo nullo modo illas amat. **A**d hoc dicit sanctus
Tho. quod deus proprie loquendo non amat creatu-
ras irracionales amore amicitie: quia amicitia non
potest haberi nisi ad rationales creaturas in quibus
contingit esse reamacionem et coicacionem in
operibus vite quibus contingit bene convenire vel ma-
le secundum fortunam vel felicitatem: sicut et ad eas
proprie benivolentia est. **C**reature autem irra-
tionales non possunt pertingere ad amandum
deum: nec ad communicationem intellectualis et
beate vite qua deus vivit. **S**ed diligit illas
amore concupiscentie in quantum ordinat eas ad
rationales creaturas et etiam ad seipsum non
quasi eis indigeat sed propter suam bonitatem et no-
stram utilitatem: concupiscimus enim aliquid
et nobis et alijs. **T**ertia vitas quod deus non omnia
equaliter diligit. **M**axime ut inquit **A**ugustinus
super Joannem. **O**mnia diligit deus que fe-
cit et inter ea magis diligit creaturas rati-
onales et de illis amplius que sunt membra unigeni-
tati sui: et multo magis ipsum unigenitum su-
um. **N**otandum tamen quod cum amare sit vel-
le bonum alicui: duplici ratione potest aliquid
maius vel minus amari. **U**no modo ex par-
te ipsius actus voluntatis qui est magis vel
minus intensus. **E**t sic deus non magis quedam
quam alia amat: quia omnia amat uno et simplici actu
voluntatis et eodem modo se habere. **A**lio modo ex parte
ipsius boni quod quis vult amato. **E**t sic dicimur

aliquē alio plus amare: cui volum⁹ maius bo-
 bum quāuis nō magis intensa voluntate. Et h
 mō necesse est dicere q̄ deus q̄dā alijs magis
 amat. Quz enī amor dei sit cā bonitatis rerū
 nō esset aliqd aliud melius si de⁹ nō vellet vni
 maius bonū q̄ alteri. Sed nōnulli p̄pter ea q̄
 dicta sūt arguūt q̄ deus nō d̄z velle bonū ma-
 i⁹ vni q̄ alteri. Mā vt scribit ad Romanos
 ij. ca. Nō est acceptio p̄sonarū apud deum: q̄d
 verbū ponit. xxxij. q. iij. ca. sicut. Et d̄ con. di.
 iij. ca. nec quenq̄. Et de prebendis ca. venera-
 bilis. Et de iudicijs ca. nouit. Ad q̄d r̄ndet Ale-
 xāder de ales in. ij. volumine sūme. q̄ p̄sonaz
 acceptio cadere nō p̄t in liberali gratuita z
 voluntaria distributione quorūcūq̄ bonorū
 sed tm̄ in debita z necessaria dispensatiōe. Si
 enī q̄s ex p̄pa liberalitate largiri vellet aliquā
 pecunie quantitātē non p̄t p̄sonaz acceptor
 censerī: q̄ potius vni q̄ alteri dederit: cū neq̄
 in eo q̄ accepit neq̄ in eo q̄ nō recepit meritū
 aut p̄cesserit aut existat vt sibi p̄fata pecu-
 nia donec. Sic z de⁹ bonitate sua diuersa at-
 q̄ disparia creaturis cōtulit dona: sine p̄sona-
 rū acceptione. Quare aut excellentius cōdide-
 rit angelos q̄ hoies: hoies q̄ bruta: leones q̄
 formicas: aglas q̄ passerēs z filia: nō interest
 n̄ra diiudicare: sed potius multimodā sapiāz
 illius extollere: bonitatēq̄ affluētissimā cōmē-
 dare. ¶ Scdm̄ dubiū fuit vtrū x̄ps magis di-
 lexit ioannē q̄ petrū. Et q̄ sic. p̄z ex predictis
 Tñ posset quis obijcere q̄ deus illos magis di-
 ligit qui ipsū magis diligunt: sed petrus ma-
 gis diligebat x̄pm q̄ ioānes. vñ Joannis ca.
 xxi. dixit iesus petro. Simon ioannis diligis
 me pl⁹ his. Quod nō sic quereretur dñs nisi sci-
 ret q̄ petrus plus ceteris ipsū amaret: vt diē
 glosa. ergo videtur q̄ x̄ps magis debuit petz
 diligere q̄ ioannem. Ad hoc respondet Bo-
 nauentu. di. xxxij. tertij libri. Q̄ hic est triplex
 modus dicendi quorum vnus facit ad explica-
 tionem alterius. Primus est fm̄ Augustinū
 super Joānem. viij. ait. q̄ est dilectio in signo
 exteriori z in effectu interiori. Si loquamur d̄
 dilectione in signo exteriori magis diligebat
 x̄ps ioannē q̄ maiorē ei familiaritatem exhi-
 bebat. Si v̄o loquamur de dilectione q̄stum
 ad interiorē effectū qui est effectus gr̄e: sic ma-
 gis diligebat petrū: q̄ maius mun⁹ gr̄e illi de-
 derat. Et si tu obijcias. q̄ de⁹ illi debebat ma-
 iora siḡ dilectōis oñdere quē magis diligebat
 fm̄ veritatē. R̄ndet Aug⁹ q̄ p̄ ioannē z petz

significat duplex vita. p̄ petrū actiua q̄ transit
 p̄ ioannē p̄templatiua q̄ manet. Vñ petro di-
 ctū est. Sequere me. de ioāne v̄o d̄r Sic cum
 volo manere. Et qm̄ actiua laboriosior z fru-
 ctuosior. Contēplatiua v̄o purior z iocūdior
 ad significandā d̄raz hui⁹ duplicis vite fami-
 liarius se exhibebat dñs ioāni q̄ petro. In cu-
 ius rei signū cōmisit ei matrē custodiendā: pe-
 tro v̄o pastoralē curā. Et ex hoc dicit Aug⁹
 q̄ petr⁹ erat melior: sed ioānes felicior. Ali⁹ ē
 modus dicendi fm̄ Bernardū. q̄ petrus dile-
 xit feruentius z diligebat forti⁹. Ioannes v̄o
 diligebat dulcius z diligebat familiari⁹. Ter-
 tius v̄o modus dicendi est. q̄ petrus magis
 diligebat deū in proximis. Ioannes magis i
 se. Vñ petrus accepit curā regiminis. ioānes
 grām cōtemplationis. Ideo Petrus effica-
 ciorē habuit grām ad laborē actionis: ioan-
 nes efficaciorē ad grām cōtemplationis.
 ¶ Tertiu⁹ dubiū fuit vtrū x̄ps debuit ita intē-
 se diligere ioannē. Ad q̄d r̄ndemus q̄ tria cō-
 current in ioanne que illum adeo amabilem
 x̄po fecerunt.
 Primū fuit etas.
 Scdm̄ virginitas.
 Tertiu⁹ amabilitas.
 Primū q̄d fuit in ioanne quo x̄ps illū dilexit
 amore precipuo fuit etas. Secutus enī fuit sal-
 uatorē oim̄ in etate tenera. Mā lz Hiero⁹ di-
 cat ad paulā de dormitione Blefille. Nunq̄
 est sera p̄uersio. Et Seneca in tragedijs: nūq̄
 sera est ad bonos mores via. Tñ res est ad mo-
 dū gratissima deo hoicq̄ satis vtilima ab in-
 eunte z adolescenti etate bñ beateq̄ viuere.
 Ideo Trenoz. i. ca. Jeremias ait. Bonum est
 viro cū portauerit iugus ab adolescentia sua.
 Sicut ioannes dū esset adolescens vocatus a
 x̄po cū iacobo suo fratre reliquit oia z illū p̄-
 tinus fuit secut⁹. Sciendū tñ in hac pte q̄ tri-
 plex fuit vocatio ioānis fm̄ Micho. de lira in
 plogo in Joannē. Primo qm̄ vocatus fuit ad
 x̄pi noticiā aliq̄lē. Scripsit nā ipse. i. ca. Erat
 aut andreas frater simonis petri vnus ex duo-
 bus qui audierant a ioanne z secuti fuerunt
 eū. i. x̄pm. Nomen itaq̄ alterius discipuli ta-
 cuit: q̄ mos est scribentiū tacere p̄prias lau-
 des: z de se sicut de alio loqui: q̄d ioānes vt p̄z
 in plerisq̄ locis discipulū se tm̄ noiando obser-
 uauit: ita z hic nomen suū nō expressit: tñ pro-
 babuliter creditur q̄ ipsemet fuerit cum an-
 drea: q̄ circūstātijs loci z temporis describit

quoniam omnia partialiter vidit. Secunda vocatio fuit ad christi familiaritatem. de qua sic scribit Hieronymus in prologo in Joannem. Hic est iohannes euangelista unus ex duodecim discipulis dei qui virgo electus est a deo: quem de nuptiis volentem nubere vocavit dominus. Nuptie iste fuerunt secundum communem opinionem ut refert Nicholaus de lira. ille de quibus fit mentio Joannis. ij. ca. quod facte sunt in chana galilee: quod probabile est. tum quia non legitur christum alijs nuptiis interfuisse. tum quia mater iesu erat ibi tanquam in nuptiis nepotus sui. Tertia vocatio fuit ad apostolatam: quam ut dicitur Matthei. iij. ca. Relictis rhetibus et patre per christum cum fratre suo iacobo abiit. Secundum quod fuit in iohanne quare et christus illum singulariter dilexit fuit eius virginitas: hanc quippe christus summe colit et amat maxime propter tria.

Primo propter similitudinem.

Secundo propter magnitudinem.

Tertio propter pulchritudinem.

Primo diligit christus virginitatem propter similitudinem. Est quippe similitudo amicitie causatiua. Ideo omne animal diligit simile sibi. virginitas vero singulariter effulsit in christo et in matre eius virgine benedicta: quare et virgines amat. Propter quod Hieronymus ad filiam mauricij de commendatione virginitatis ita scribit. Ut virginitatis meritum pateat et quam digna sit deo manifestius possit intelligi illud recogitetur quod dominus et saluator noster cum propter humani generis salutem hominem dignaretur accipere: non alium quam virginalem elegit uterum: virgines habuit matrem: virgo mansit in se viris: et in matre feminis virginitatis prebuit exemplum: hec ille. Secundo diligit deus virginitatem propter magnitudinem. Est quippe virginitas ipsa opus magnum et arduum: ideo virgines amorem ostendunt ad christum ardentissimum: dum rem tam grande pro ipso aggrediuntur. Ideo Hieronymus ad sacras virgines de continentia virginali ait. Grande est et immortale et pene ultra naturam corpoream superare luxuriam et concupiscentie flammam adolescentie facibus estuantem. animi virtute restringere: vincereque contra humani generis legem. de sperare coniugij solatia: dulcedinem contemnere liberorum: et quecumque presentis vite comoda sunt pro nihilo spe future beatitudinis computare: hec Hieronymus. Tertio diligit christus virginitatem propter pulchritudinem. Ipsa namque pulchra et decorata facit animam. Ob quod ecclesia catat. Quod quam pulchra est casta generatio cum claritate. Tertium quod

fuit in beato iohanne causa ut diligere a christo amabilitas nuncuparet. Amauit ipse christum plusquam omnia temporalia bona: plusquam patrem: imo plusquam seipsum quod ostendit quam cunctis dimissis ipsum solum habere voluit preem dominum et magistrum. Inquit namque Seneca ad Lucillum. Si vis amari: ama. Et Marcialis cocus. Adiraris quod nullus amet te Ceciliane: ideo quia amas nullum: dilige carus eris: decipiuntur profecto hi qui a christi amore sunt penitus alieni: et presumunt aspirare ad illam felicitatem: quam non nisi diligentibus ipsum est repromissa. Qualiter christus ostendit amorem suum iohanni conuersando secum familiariter atque exaltando illum et commendando sibi virginem matrem. Capitulum ij.

Secundum mysterium contemplandum de amore quo christus iohannem dilexit de ostensionis

In multis namque ostendit christus se iohannem diligere: et precipue in tribus.

Primo in conuersatione.

Secundo in exaltatione.

Tertio in recommendatione.

Primo ostendit christus iohannem se diligere in conuersatione familiari atque benigna. Ipsum namque habere voluit cum petro et iacobo in resurrectione puelle. ut scribit Marci. v. ca. Ipsum cum prefatis duxit in montem Thabor. ubi transfiguratus est. ut patet Matthei. xvij. Ipsum etiam ac petrum et iacobum habere voluit in sua societate dum ad orandum imminente passione processit: ut dicitur Matthei. xxvi. ca. Ipsum denique in cena permisit recubere supra pectus suum sacratissimum. ut asserit euangelij sui ca. xij. Secundo ostendit christus iohannem se diligere in exaltatione. Cantat namque ecclesia de ipso in epistola pentecostalis solennitatis illud quod scribit Ecclesiastici. xv. ca. Exaltauit illum apud proximos suos. Nam ut ait paulus ad Ephesios. iij. ca. Christus dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas: alios vero euangelistas: alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij. in edificationem corporis christi. Sed iohannes fuit apostolus cum apostolis unus ex duodecim. sicut notat Matthei. x. ca. fuit virgo cum virginibus ut predictum est. fuit prophetarum cum prophetis. Unde Hieronymus in Iovinianum li. i. ait. Vidit in pathmos insula in qua fuerat a Domitiano principe ob domini testimonium relegatus: apocalypsim infinita futurorum mysteria continentem. Apocalypsis idem est quod reuelatio quia ibi prophetico lumine scripsit ea que futura erant: prout sibi fuerunt diuinitus re-

111

uelata. De hoc propterea Apocalipsis. i. ca. ipse
inquit. Beatus qui legit et qui audit verba p
phetie huius et seruat ea que in ea scripta sunt.
De hoc Hiero⁹ in plogo in Apocalipsim ait
Eum pp verbum dei et testimoniū iesu xpi ioan
nes exilio in pathmos insulā portaret: illic ab
eodem apocalipsis precostensa describitur. vt
sicut in principio canonis. i. libri geneleos in
corruptibile est principium prenotatū: ita et
incorruptibilis finis p virginē in apocalipsi
redderet dicens. Ego sum alpha et o: in iuz et
finis. Et in epla ad paulinū Hiero⁹ ita scri
bit. Apocalipsis ioannis tot habet sacramen
ta quot verba: parū dixi et pro merito volumi
nis laus ois inferior est. In singulis enī vbis
multiplices latēt intelligentie. Fuit ioānes cū
doctorib⁹ doctor: pdicando et scribendo eplas
canonicas. Et vocant^r canonicē fm Beltran
duz. i. vniuersales: qz vniuersalē ecclesiā instru
unt. Mō enī fuerūt misse ad aliq̄s p̄ticulares
ecclesias. sic eplē pauli. Vel vocant^r canonicē
i. regulares: qz fidē et mores astruūt. Fuit mar
tyr cū ma: tyribus. Mā de Epheso ductus est
romā ligatus et ibi flagellatus et tonsus ante
portam latinā missus fuit in doliū feruentis
olei: ppter qd̄ tanq̄ de ipsius martyrio festū
facit ecclesia sexta die Maij: lz de doliō sanus
exiit et illesus. Et quanq̄ martyriū morte
pficiat: nihilominus volūtariē et prompto aio
ioānes ea pertulit que nāliter solent inferre
mortem: a qua preseruatus fuit diuino mira
culo. Preterea exiliū est mors quedā civilis.
vt dicit Nicholaus de lira sup. xx. ca. Matth.
Et vt legit^r in ecclesiastica historia. Ioānes fu
it in pathmos insulā relegatus et metallo dā
natus: vt ibi forsitan secreta marmorū vel ter
ram foderet: aut alijs similibus deseruiret. vt
ait Aymo sup Apocalipsim. Qz aut vere fue
rit martir confirmari pōt ex verbo xpi Mat
thēi. xx. ca. dicentis ad iacobū et ioānē. Quidē
meū bibetis. vbi amaritudo passionis
designat. Fuit adhuc beatissimus ioānes cuz
euangelistis euangelista figuratus in Ezechī
ele paquilā. qm̄ sicut aquila est ceteris auib⁹
acutioris visus: ita ipse i diuinis maius lumē
intellectus accepit q̄ ceteri. Quare de ipso
Aug⁹ ait. Si altius intonisset totus mūdus
eum nō intellexisset. Et Gregorius super Eze
chielem. Ioannes per hoc q̄ in principio ver
bum: vidit etiam semetipsum transit. Si enī
se nō transisset verbū in principio nō vidisset

Ipse nāq̄ ineffabilē illā verbi diuini genera
tionē expressit cū dixit. In principio erat verbū
Que vō in eius euangelio mirāda cōtineat
longum esset retere. ideo illa in hoc loco pre
termittimus. tm̄ concludimus q̄ ioannis euā
geliū alijs merito est preferendū. Ideo Aug⁹
li. x. de ciui. dei ca. xxix. ait. Initiū sancti euan
geliū cui nomen fm ioannē. quidā platonius
sicut a sancto sene simpliciano: qui postea me
diolanensi ecclesie presedit ep̄s: solebamus au
dire aureis litteris conscribendū: et p oēs eccle
sias in locis eminentissimis pponendū esse di
cebat. Tertio xps ostēdit se diligere ioānē
in recōmendatiōe. dū enī pendebat in cruce et
matrem illam piissimā querelantem audiret:
inspiceretq̄ mestam et lachrymantē dixit illi.
Mulier ecce filius tuus. deinde discipulum
ioannē est allocut⁹. Ecce inquit mater tua. Q
singulare donū: de quo Ambrosi⁹ ait. Auctor
humani generis in cruce pendens pietatis of
ficia diuidebat. Persecutione apl̄is: pacem
discipulis: corpus iudeis: patri spiritum: vir
gini paranimphū: latroni paradisum: pecca
toribus infernū. xpianis penitentibus veniā
legauit. Et Crisosto. in sermone de passione.
Tu o ioannes sancte ad hoc eligeris. vt mi
nistres et obsequaris marie ea dilectione qua
filius: ea obedientia qua discipulus: ea subie
ctione qua minister et famulus: petro cōmen
datur ecclesia: tibi maria: illi tumultuosa nego
tia: tibi pacifice et quiete. Et petrus Damian⁹
in quodā sermone. Cōmiserat dñs petro cla
ues ecclesie: delegauit ioanni custodias marie
Adaria mater xpi: Ecclesia mater xpianorum
dicit dñs petro. Tibi dabo clauē regni celoꝝ
Nunquid beata maria celum non fuit in cu
ius vtero tota diuinitatis plenitudo perman
sit: Adic archangelo gabrieli ad custodias ma
tris dñi socius est datus: vt et ille intactam
virginem inuisibiliter custodiret: et iste forin
secus fragilitati feminee obedientie sue mi
nisterium exhiberet. Quantoq̄ familiarior
cum matre verbi conuersatur: tanto vicinior
verbo inuenitur. Et qm̄ ab ipsa veritate ma
rie dictus est filius: quadā speciali gratia fra
ter est saluatoris: hec ille.

Qualiter ioannes miraculis coruscavit: et
quid tenendum: an sit mortuus: qui tamen in
celo est gloriosus. Capitulum. iij.

Terū mysteriū p̄templandū de amore q̄
xps ioannem dilexit: dicit conclusionis

In fine amor ille iesu xpi conclusus ac termi-
natus est precipue in tribus.

Primo in miraculosa conuascatione.

Secundo in felici consumatione.

Tertio in superna glorificatione.

Primo quidem amor xpi ad ioanem exhibi-
tus conclusus fuit in miraculosa conuascatione:
quod plurimis enim signis et miraculis claruit. Tho-
me ut predictum est positus in dolio feruentis
olei: diuino miraculo illesus seruatus est: non
tamen propterea non meruit coronam martyrii. **De**
Aug^o in li. de nuptiis et concupiscentia inquit:
Non impar meritum est in ioane qui non est pas-
sus et in petro qui passionem sustinuit: post occa-
sionem Domitiani dum ab insula patmos re-
dijt ephesum: Drusianam deuotissimam uirginem que
mater erat pauperum et ioanis hospita: reperit
mortuam et in pheretra positam quam deferebant
ut sepeliret. deposito vero pheretra dixit illi.
Domine meus iesu xps suscite te drusiana. Sur-
ge et uade in domum tuam et para mihi refectio-
nem. Satim illa surrexit ita ut sibi uideret quod
de somno excitasset eam. Ibi Cratonem phum
et duos ditissimos iuuenes conuertit ad xpm vi-
so miraculo quod gemme que sparse erant in pulueres
orante apostolo fuerunt reintegrate. Ibi iuuenes
qui mortuus efferebatur: ad preces matris susci-
tauit a mortuis: Orante apostolo templum diane a
quo omnes exierant: corruit. et diane imago peni-
tus destructa fuit. Venenum sibi propinatum ab
Aristodemo ydolorum pontifice: quod et duos bi-
bentes prius extinxerat facto signo crucis abs-
que alio nocumento abijt: illosque mortuos oro-
ne sua et tunica eius ab Aristodemo super cor-
pora posita renouauit ad vitam. **Hec** et alia plu-
rima fecit ut latius scribitur in Ecclesiastica hi-
storia: et ut narrat **Isidorus** in li. de vita et obitu
sanctorum: quare asiam ecclesiam repleuit: et populos ad
fidem xpi conuertit. **Secundo** amor xpi erga io-
annem conclusus fuit in felici consumatione. **Dum**
enim senuisset in operibus bonis essetque annorum
nonagintanouem: anno uidelicet imperij Tra-
iani secundo: apparuit ei dominus dicens. **Veni** dilecte
mi ad me: quia tempus est ut in mensa mea cum tuis
fratribus epuleris: dominica itaque ueniente die
uniuersus populus conuenit in ecclesia que fuerat ipsius
nocturne fabricata: que a primo pullo cantu predi-
cauit: hortans omnes ut in fide essent stabiles et in
mandatis dei feruentes. **Post** hec foueam quadratam
iuxta altare fieri fecit et terram extra ecclesiam
iactari: descendensque in foueam expansis ad deum

manibus dixit. **Inuitalus** ad conuiuium tuum domine
iesu: ecce uenio gratias agens quod dignatus es me
ad tuas epulas inuitare. **Quoniam** oratione finisset
tanta lux super eum emicuit ut nullus in eum respi-
cere potuit. **Recedente** autem lumine nil aliud in-
uentum est nisi manna. **Ex** quo plerique dubitare
solent utrum ioannes fuit mortuus. **Et** quidam di-
cunt quod non: sed quod translatus fuerit simul cum
anima et corpore ad empirium celum et gloriam beatorum
sic est si non peccasset. **Ad** dam fuissent absque mor-
te translati homines cum anima simul et corpore ad cele-
stes illam patriam. **Sed** hec opinio ideo uideatur sta-
re non posse: quia xps adhuc uirginem matrem a lege
mortis excipere noluit: cum statutum sit hominibus se-
mel mori. **Alii** vero opinantur ipsum in paradisu
terrestri translatum esse. **Tempore** vero antixpi inde
educet et fideles confirmans ac eis predicans
ab ipso antixpo occidet. **Dum** Theophilus dicit
Xps non negauit ioannem mortuum. **Man** quicquid
oritur mortis. **Sed** dixit uolo eum manere usque ad
finem mundi: et tunc pro me martyrium patietur. **Non**
nulli vero tenent eum esse defunctum et animam eius
cum ceteris apostolis in celestibus regnis gaudere
cum xpo. **Corpus** vero eius in loco quidem hominum
ignoto: deo autem cognito reseruari. **Sic** de moyse
si corpore credendum est. **Idem** quod deus in aliquo sibi
noto loco nobis aut ignoto: aut per angelorum mi-
nisterium: aut per alium modum corpori dilecti sui ex-
hibere honorem potest debet tamen suum dilectum habere
Quare autem diuina prouidentia corpus dilecti sui
iudicauerit occultandum: non est nobis discutien-
dum sed in diuina secreta connumerandum. **Sunt**
et alij qui dicunt ipsum adhuc uiuere et dormire
latenter sub terra: **Ad** quod mouentur triplici ratione.
Primo quia xps dixit de ipso: sic cum uolo mane-
re donec ueniam. **Ex** quo exijt sermo inter fratres
quod discipulus ille non morietur. **Secundo** aiunt isti quod
est simile de moyse qui uiuit sub terra: tamen quod se-
pulchrum eius non inuenit. **Tum** quia in transfigu-
ratione xpi cum helia qui mortuus non est uiuus ap-
paruit. **Tertio** suam opinionem roborant quia in se-
pulchro ioannis manna scaturire ut ad modum
arenule sicut in fontibus fieri consuevit quod conuenire
asserunt flatu et anhelitu dormientis. **Sed** ista
sic opinantibus obuiat **Aug^o** dicens. **cur** xps
eius discipulo quem pre ceteris pro magno mune-
re dilexit: tam longum donauit somnum cum bea-
tum petrum per ingentis martyrii gloriam one-
re carnis absorbuerit: **Ad** uerbum autem xpi
sic cum uolo manere dicit quod intelligendum est
quia ioannes non debebat sequi xpm moriendo

1012
morte violēta. Ideo cū dixisset Petro sequere
me. s. p. martyriū ad me venies. Petrus inter
rogauit xpm de Joāne: hic autē quid. At iesus
dixit. Quid ad te: tu me sequere. Istū sic volo
manere donec veniā: nō ad iudiciū: s; ad aiām
eius de corpe educēdā. Vñ in euangelio scribi
tur nō dixit iesus nō morit. De moyse falsum
est q; uiuat. Mā Deuterono. ultimo. ca. scribit
Mortuus ē moyses seru⁹ dñi in terra moab
iubente deo ⁊ sepeliuit eū in valle terre moab
p̄tra fozoz: ⁊ nō cognouit hō sepulchroz eius
vsq; in presentē diē. Moyse centum viginti
annoz erat qñ mortu⁹ est: nō caligauit oculus
eius: nec dentes illius moti sunt. Fleueruntq;
eū filij isrl in campes tribus moab triginta die
bus. Et Josue ca. j. scriptū est. Factū ē vt post
mortē Moyse serui dei loquerēt dñs ad Josue
filium Num ministrum Moyse ⁊ diceret ei.
Moyse seruus me⁹ mortu⁹ est: surge ⁊ trāsi
iordanē istū tu ⁊ ois populus tē. Qualiter autē
apparuit in transfiguratione xpi: diximus ple
ne in sermone de ipsa transfiguratione: ⁊ quare
sepulchrum eius absconditū fuit scripsi in ser
mone de blaffemia in quadragesimali nostro.
ne. s. iudei circa corpe eius idolatriā exerceēt.
De māna ibi scaturiente dicit Aug⁹. q; pōt cē
a deo vt mors Joānis sic p̄ciosa cōmendetur.
Tenet itaq; Aug⁹. q; Joānes sit mortu⁹ ⁊ aiā
eius a suo corpe sepata. Idē videt sentire Hiero
nyim⁹ q; in p̄logo in Joānem ait. Dic ē Jo
annes qui sciens supuenisse diē recessus sui: cō
uocatis discipulis suis i epheso p̄ multa signo
rum experientia promens xpm: descendit in
defossū sepulture sue locuz: factaq; oratione
positus est ad patres suos tā extraneus a do
lore mortis q̄ a corruptione carnis inuenitur
alien⁹. Et si q; obstaret q; in his verbis Hiero
nyim⁹ dicit Joānem extraneū a dolore mor
tis: ergo videt q; non sit mortuus. Rñdemus
q; nō ita sonant verba Hieronymi. Mā in p̄
logo in apocalipsim idē ita scripsit. Dic ē Jo
annes qui sciēs supuenisse sibi diē egressiōis
de corpe: cōuocatis in epheso discipulis descē
dit in defossū sepulture sue locū: orationeq;
cōpleta reddidit spm̄ tā a dolore mortis fact⁹
extrane⁹ q̄ a corruptione carnis noscitur alie
nus. Dicit ergo q; sciuit supuenisse diē egressi
ōis de corpe: ⁊ q; reddidit spm̄: per que verba
expresse fatef illū esse mortuū. Ideo cuz asserit
eū factū extraneū a dolore mortis: denotat q;
in sepatione anime a suo corpe nullū sensit do

lorem. Insup ⁊ q; eius corpus sit ab incinera
tōe p̄seruatū vl' absconditū icorruptū vsq; i diē
iudicij. Vl' vt magis pie credere possum⁹ itez
aic reunitū atq; dlatū ad celū empurcū vbi cū
xpo ⁊ virgine matre gloria tā aic q̄ corporis
gaudet. Tertio amor xpi ad Joāne conclu
sus fuit in supna glorificatione. Sicut enī ma
gnuz fecit eū meritis in ecclia militāte: ita ma
gnificauit eū in beata gloria. S; q; illius men
suram inuestigare nō possum⁹ tñ id cōsidere
mus q; beatissimi Joānis gloria p̄minet ma
gnitudini ⁊ potētie quozūcunq; regū ⁊ impe
ratoruz huius mūdi: qñ Joānes in eternū vi
uit gloriosus cū xpo: illozū vero memoria pe
riit cū sonitu. Quidnā ampli⁹ de diuitijs: de
delitijs: de magnificētijs: d̄ pōpa: de famulatu
de fama: de p̄stātia illoz ipatoz q; tpe Joānis
euangeliste clarissimi fuerūt in orbe. Infelix
humana p̄ditio. Labilis humane vite decur
sus. Impauit Tiberius post Octavianū ānis
vigintitrib⁹: quo regnāte anno vt puto quin
todecimo sui imperij: Joānes factus ē aposto
lus xpi: ⁊ nihilominus mortu⁹ ē. Vayus galli
gula post ipm impauit annis fere quattuor et
mortuus ē. Claudius successit huic ⁊ cū impe
rasset annis fere quattuordecim mortuus est
veneno extinct⁹ fraude vxoris. Nero sumpsit
imperijū regnauitq; annis tredecim: mensib⁹
octo: ⁊ scipm̄ interficiens mortu⁹ est. Balba
illi successit ⁊ dū imperasset mensibus septem
ab Otone occisus mortuus est. Ottonē inuasit
imperiū ⁊ metu vitellij se occidens mortu⁹ est
Vitellius impare volēs a militibus Vespasia
ni pugnando occisus ē. Fuitq; impius Balbe
Otonis ⁊ Vitellij circiter mēses decē ⁊ octo.
Sicut p̄dictū est mortui sunt. Vespasian⁹ i im
perijū sublimatus cū imperasset annis decem
mortuus est. Titus filius ei⁹ imperauit annis
duobus ⁊ mortu⁹ est. Domitianus frater Ti
ti impauit annis quindecim: mensib⁹ quinq;
qui edificauit templū Pantheon: ⁊ Joannes
i doliū feruentis olei iussit poni. Anno xpi no
nagesimo sexto: tandē a suis cubicularijs occi
sus ē. Merua secut⁹ ē q; impauit anno vno: mē
sibus quattuor ⁊ mortu⁹ est. Traian⁹ impium
suscepit ⁊ cū regnasset annis decē ⁊ nouē: ⁊ mē
sibus sex mortu⁹ ē. Quid ex his remāsit nisi ci
neres ⁊ vermes. At Joānes vsq; ad scōz Tra
iani annū impauit vitijs vt ab eo discederent
regnauit in decore virtutū: seruauit p̄cepta sui
dilecti magistri: cōtempnit mundū spreuit ter

rena: tpalia queq; deiecit: tulit patienter aduer-
sa. Et tandē in senectute bona migravit ad ce-
los. Ibi nūc fruī eterna pace. Ibi exultat cum
angelis sanctis. Ibi possidet omne bonū eiusq;
memoria facta ē sēpiterna. Ibi deniq; p suis
deuotis iterpellare nō cessat. Quē deprecemur
oēs vt p nobis itercedat apud xpm dñm oīm
z suā benignissimā matrē quaten⁹ in hoc secu-
lo digni efficiamur grā dei. z in futuro beatitu-
dinem illā possideam⁹ que ē ipse de⁹: qui viuit
z regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo trigessimus sextus de sancto Jacobo
maiore filio Zebedei z fr̄e Joānis euāgeliste.

Idit alios duos

fratres Jacobū Zebedei z Joānez
fratrē eius. in nani cū Zebedeo p̄c
coz reficientes retia sua z vocauit

eos. Scribunt̄ hec verba originali⁹ Matth̄i.
iij. ca. In toto terraz orbe beatissimus ap̄lus
Jacobus colit̄ a cūctis fidelib⁹ deuotiōe serue-
tissima: qm̄ sicut meritis apud dñm magn⁹ in-
uentus ē: ita ei⁹ patrociniū exp̄scētibus beni-
gnus ac liberalissim⁹ inuenit̄. Ip̄e ē q̄ Jacob⁹
maior vocat̄ sicut z alter minor qd̄ iō fit qz pri-
or illo a xpo vocatus ē. Insup̄ ad maiorē fami-
liaritatē admittus fuit vt p̄dictū est de Joāne
euāgelista: z inter ap̄los prim⁹ martyriū susce-
pit: celestiq; regnū intrauit. Quia No ecclesia
festū illi⁹ solemniter celebrat: decet nos quantū
possum⁹ cū dei adiutorio laudib⁹ eius insistere
quē iō xps ad ap̄latum assumpsit vt clarus fie-
ret virtutib⁹ atq; signis. Quare de ipso in pre-
senti sermone dicem⁹ de quo tria mysteria p̄-
ponimus contemplanda.

Primū dicit̄ diabolice superationis.

Secundū virtuose tollerationis.

Tertiū gratiose auxiliacionis.

¶ Qualiter beat⁹ Jacob⁹ superauit diabolicas
artes: z quō pōt diabol⁹ humana corpa mole-
stare z visibūiter apparere ac transfigurare se
in angelum lucis.

Capitulum. j.

Primū mysteriū p̄tēplandū de beato Ja-
cobo dicit̄ diabolice superationis. Mā dia-
bolicas artes xpi virtute deuicit: vt enī scribit̄
Matth̄. x. ca. Eouocatis iesus. xij. discipulis su-
is dedit illis p̄tātē spiritū imūdoz vt eicerēt
eos: qualiter No Jacobus demones expugna-
uit ex legenda ip̄ius colligere possum⁹. vbi sic
habet̄. Post ascensionē dñi dū Jacobus p̄ iu-
deam z samariā predicasset in hispaniā tandē

venit: s; dū ibi nil p̄ficere se videret z tū nouē
ibi discipulos acquisiuisset duos ex illis causa
predicandi ibi reliquit: z alios septē secū assu-
mens itex in iudeā abiit. Lū ergo ibi verbum
dñi p̄dicaret: magus qdaz noīe Hermogenes
ad instantiā phariscoz discipulū suū noīe File-
tum ad Jacobū misit vt ipm̄ Filetus corā iu-
deis p̄uinceret qz sua predicatio falsa eēt: at vbi
ille Jacobū vidit audiuitq; docentē atq; inspe-
xit siḡ z miracula q̄ dñs faciebat p̄ eū corde cō-
pūct⁹ ad Hermogenē redijt p̄testās se discipu-
lū Jacobi velle fieri psuadēs vt idē Hermoge-
nes faceret. S; p̄pterea indignat⁹ Hermoge-
nes arte sua magica ita eū imobilez fecit vt se
nullatenus mouere poss; dicēs. Videbimus si
Jacob⁹ tu⁹ te saluet. Qd̄ cū Filetus Jacobo p̄
puerū nūciasset: misit ad eū Jacobus sudariū
suū dicēs. Accipiat sudariū z dicat: dñs erigit
elisos: dñs soluit cōpeditos. Statimq; vt de
sudario tactus ē solut⁹ a vinculis magicis ar-
tibus Hermogenis insultauit: z ad Jacobū
p̄perauit. Itex Hermogenes demones aduo-
cauit p̄cipiens vt ip̄s Jacobū vinctū cū Fileto
ad se adducāt. Qui veniētes ad Jacobū i aere
vllulare ceperūt dicētes. Jacobe ap̄le miserere
nobis qz satis ardemus. Misit nos Hermo-
genes z mox vt ad te venim⁹ angelus dei nos
molestare nō cessat. Quib⁹ Jacob⁹. Dimittat
vos angelus z ad Hermogenē redite cūq; ad
me vinctū adducite sed illesum. Qd̄ illi p̄tinus
cōpleuerūt vinctūq; adduxerūt ad Jacobum:
quē a Fileto fecit exsolui: nō sinens diabolos il-
li nocere. Dixitq; illi: perge quo vis z tua vte-
re libertate: qz nemo inuitus bene agit. At ille
mutatus in altex virū veniā humiliter postu-
lauit. Accepitq; p̄ timore demonū baculo Ja-
cobi p̄rrexit ad domū z oēs libros artis ma-
gice ad ap̄lm̄ cremand. s adduxit. Quos tamē
Jacob⁹ in mare proijci fecit. Itaq; Hermoge-
nes de cetero ap̄lo adherēs virtutib⁹ plurimis
flouit. Propter ea que dicta sūt tria dubia de
demonibus sunt aperienda.

¶ Primū vtrum demones possint huma-
na corpora molestare.

Secūm vtrū possint hoībus visibūiter apparere.
Tertiū vtrū peccet q̄ adorat diabolū cū se trās-
figurat in angelum lucis.

¶ Ad primū dubiū dicimus: qz cū p̄mittit de⁹
possunt demones humana corpa multimode
pturbare etiā z mortē inferre. Qd̄ creplis cla-
rissimis demonstram⁹. Scribit̄ nanq; Thobie

vj.ca. q Sara fuit successiue tradita septem vi-
ris quos oēs occidit demonius. Et Job. ij. ca.
Egressus sathan a facie dñi percussit Job vlcere
pessimo a planta pedis vsq; ad verticē ei⁹. Et
Matth. xv. ca. Filia chananee male a demonio
uerabat. Et Matth. xvij. ca. Xps cecit demo-
nium a puero q lunaticus erat: et sepe cadebat
in ignē et crebro in aquā: et curatus ē puer ex il-
la hora. Et Luce. xj. et Matth. cxi. Erat iesus
eiciens demoniū et illud erat mutū: et cū eiecisset
demoniū locutus ē mut⁹. Criso. att. q; de
demon fecerat illū hoīem mutū: surdū: et cecum.
Ideo demone abiecto sanatus ē. In vitis patz
legit de beato Antonio. q; dum in quodā tu-
mulo latitaret multitudo demonū adeo illum
laceravit q; a discipulo ei⁹ quasi mortu⁹ inuen-
tus est: ab eoq; inde asportatus humeris pro-
prijs: cū nocte ad se redisset a pfato discipulo
ad eundē locum asportari se fecit. Qui cum ex
dolorē prostratus iaceret ex virtute animi ad
conflictum demones excitabat: quem illi ite-
rum verberibus crudelissimis affecerunt. Tūc
subito splendor maxim⁹ ibi apparuit: et demo-
nes cunctos fugauit. Antoni⁹ autē p̄tinuo sana-
tus est. Ibiq; xpm adesse intelligens ait. Vbi
eras bone iesu: vbi eras? Quare a principio nō
affuisti vt me adiuuares et vulnera mea sana-
res. Qui dñs: Antoni hic eram s; expectabam
videre certamē tuū. Nūc autē quia viriliter di-
micasti in toto orbe faciā te nominari. De san-
cto Dominico scriptū est in sua legenda q; exi-
stente ip̄o Bononie cū fress iā ad dormiendū
iuissent: quidā puerus a diabolo verari cepit:
q; cū frater Ranerius lausanensis magister
eius audisset: beato Dominico studuit indica-
re qui ad eccliam ante altare ipsum portari p̄-
cepit: vbi cū vir a decē fratrib⁹ fuisset adduct⁹
brūs Dñicus diabolo dixit. Adiuro te miser
vt dicas mihi quare veras creaturā dei et quō
huc itraisti. Qui r̄ndit: vero illū q; heri bibit in
ciuitate sine licētia nō adhibito signo crucis.
Qd̄ postmodū cōpertus est vex fuisse. Ad ora-
tionē No beati Dominici campana ad matu-
tinum pulsante: diabolus ab illo discessit. Re-
fert Ambrosi⁹ qui passionē beate Agnetis de-
scripsit q; filius prefecti volens illi vim infer-
re et violenter illā opprimere: prefocatus a dia-
bolo expirauit. In vita etiā sanctorū Simpli-
cij Faustini et Beatrix habet q; Lucreti⁹ pre-
fectus q; ipsaz beatrix sororē Simplicij et Fau-
stini rennentē idolis imolare precepit suffoca-

113
rā diabolo arreptus et p tres horas veratus
mortuus est. De Zoroastre vero baciriano:uz
rege qui qñ natus ē risit vt ait Solinus et Au-
gustinus li. xvj. de ciui. dei et magicas artes in-
uenit fm Iridoꝝ li. ethimo. viij. scdm aliquos
tenet q; lz bello fuerit a Mino deuict⁹: tñ a de-
mone quē importunus frequentabat occisus
est. Sufficiant iā que dicta sunt: ad intelligen-
dum q; nisi de manu potestas diaboli arceat:
multimoda potest humanis corporib⁹ nocumē-
ta inferre. Quandoq; No finit illū de⁹ talia fa-
cere vel ad sue glorie manifestationē sicut eue-
nit in illis q; verati suo noie et sanctorū meritis
liberant. Vel ad honorū exercitationē atq; il-
lorum patientie cōmendationē: sicut factū est
in Job et Antonio. Vel ad iniquoꝝ vindictaz
et punitionē sicut cōrigit illis quos demonius
interfecit. Mā vt inquit Tho. p̄ma pte. q. cxiiij.
arti. j. demones impugnant hoīes dupliciter.
Vno modo inducēdo ad peccatū et sic nō mit-
tuntur a deo sed aliquādo pmittunt scdm dei
iusta iudicia. Aliqñ impugnant homines pu-
niendo et sic non tm permittuntur: sed etiam
mittuntur a deo: pena enim refertur in deum
sicut in primum actorem. Et tamē demones
ad puniendum missi alia intentione puniunt
q; mittantur. Nam ipsi puniunt ex odio vel
inuidia: mittuntur autē a deo propter eius iusti-
ciam. Et licet possint vt iam tactum est huma-
na corpora ledere: non tamen tanta est illorum
potestas vt valeant corporis liniamēta in mē-
bra brutorum animalium transformare: de q;
materia plene dictum est in tractatu de timo-
re iudiciorum dei in sermone de bello demonū
et hominum. ¶ Secundum dubiū fuit vtrum
demones possint hominibus visibiliter appa-
rere. Et ad hoc respondeo q; sinente deo appa-
rent quōq; in assumptis corporibus: qd̄ etiam
ex illis que diebus nostris euenerunt probare
possumus. Nam anno dñi. Mcccclxvij. dum
eram apud Albēgam in prouincia tanne affui
examinationi quarundam mulierum que ma-
lefice putabantur: audiuiq; ex ore illarum qua-
liter demones familiares habebant qui eis ap-
parere consueuerunt in humana effigie et mul-
ta verisimilia de eorum cōmercio retulerunt.
In puicia sancti Francisci apud noceriā fuit
alia mulier Santucia noie que multa secreta
hominib⁹ reuelabat. Construxerat No sibi do-
mūculam extra cōem habitationē in pdio suo
in q; duo sui filij cōmorabāt in tētorijs vt ve-
p ij

mentib⁹ ad matrē venderēt vinū & alia neces-
saria. Quidā autē rusticus dū pecuniā in pāno
ligatā perdidisset ad eā se ptulit. Ibiq³ hospi-
tatus vt mane a Santucia de sua pecunia in-
formaret. Media nocte audiuit extra tuguriū
Santuciā cū alio loquētē: ille diabol⁹ erat: naz
surrexit rusticus & caute explorans q̄ nā hec fo-
rent: vidit Santuciā denudatā: audiuitq³ illā
dicentē: vbi ē pecunia huius rustici. Ad q̄ vba
audiuit diabolū respondentē: s; illū oculis nō
videret. Pecunia isti⁹ ē in vtre porci sui q̄ ce-
cidit dū erat in stabulo & porcus ibi comedens
cū alijs imundicijs illā deglutit: dicas tñ ei
q³ vxor eius furata ē vt sic discordia seminet
inter vxorē & ipm. Statim rusticus inde disces-
sit & concito gressu ad ppria festinās porcus
suū interfecit: in cuius visceribus pecuniā per-
ditam inuenit: deinde perusū se ptulit malefi-
cam accusauit: q̄ ad iudiciū deducta: & de suis
cōiuncta scelerib⁹ igne creata ē. Tertiu⁹ dubiū
fuit vtrum peccet q̄ adorat diabolū cū se trāsfi-
gurat in angelū lucis. Ad qd̄ ita dicit dñs Bo-
nauen. iii. iij. di. ix. ar. j. q. vj. q̄ honor latric pōt
aduersario xpi duplici⁹ exhiberi: aut simplici⁹
aut sub cōditioe. Si simplici⁹ dico q̄ nō pōt
esse sine peccato: offertur enī cult⁹ latric alteri
q̄ deo: & id est ibi peccatū idolatrie: nec excusa-
tur rōne ignoratiē. Habet enī hō triplex adiu-
tor: nū p qd̄ pōt errorem deuitare. Primū ē reme-
dium admonitionis sacre scripture q̄ dicit q̄
multi venturi sunt in noie xpi mēdaciter. Se-
cundū ē remediū scē oratiōis qua ad deū de-
bet hō recurrere vt cor ei⁹ illuminet. Tertium
est suspensio credulitatis sue. Nō enī debet hō
oī spū credere s; pbare si ex deo sunt. Qui enī
cito credit in talib⁹ leuis ē corde: & fortassis in-
flatus in corde ad tales visiones & reuelatiōes
idoneū se cē existimat: vñ tales apparitiones
potius sunt formidāde q̄ desiderāde. Narrat
enī de quodā scō patre q̄ cū ei diabol⁹ in spe-
cie xpi apparuisset: ille clausis oculis dixit se in
hac vita nolle xpm videre. At diabol⁹ ei⁹ hu-
militate confusus statim euauit. Contra de
pluribus dicit q̄ se ad visiones idoneos repu-
tauerunt & desiderauerūt q̄ in multas insani-
as & errores precipitati sunt. Et ideo si simplici⁹
adorat q̄ xpi aduersari: nō excusat a peccato
cū si credat ipsū cē christū. Si etiā adoret sub
conditioe hoc pōt cē dupliciter: aut q³ est illa
conditio habitualiter aut actualiter p̄siderata
sue opposita. Si actualiter sic n̄ adorat ip̄s luci

ferum: s; magis christū qa nō stat oīo nisi stan-
te p̄ditioe & ad eū referē adoratio ad quē refer-
tur adorationis impletio vel intētio. Si autē illa
p̄ditio sit sub p̄ditioe habituali s; mō nō suffi-
cit ad vitandū peccatū idolatrie respectu hui⁹
apparitiōis siue trāsfiguratiōis: sufficit tñ re-
spectu sacramenti altaris. Mā talis trāsfigu-
ratio ē insolita. Et ideo nō debet ad eā precipi-
tanter seq̄ adoratio: s; cū maturitate & p̄cua
oratiōe. S; p̄secratio hostie ē p̄suetā: iō sufficit
q̄ adorans i habitu hāc habeat p̄ditionē vide-
licet si p̄secratio sit debito mō facta. Vñ pauci
vel nulli fideles in hac adoratiōe peccāt. Om-
nes enim accedunt cū conditione ista.

De felici martyrio beati Jacobi ad qd̄ con-
currit sanitas paralitici & conuersio Josie atq³
sepulture miraculosa dispositio. Capitulu⁹. ij.

Secundū mysteriū p̄teplandū de brō Ja-
cobo dicit virtuosē tolleratiōis. Mā pro
christo martyriū capitis obtrūcatione sustinu-
it: circa qd̄ tria p̄uilegia p̄sideremus.

Primū fuit paralitici sanatio.

Secūm Josie conuersio.

Tertiū sepulture dispositio.

Primū p̄uilegiū fuit paralitici sanatio. Cū
enī iussu Herodis ad decollandū duceret qdā
paralitici in uia iacens ad eū clamauit vt si-
bi sanitatē cōferret. Cui Jacobus ait. In noie
iesu christi p̄ cui⁹ fide ducor ad decollandū exur-
ge sanus: & bñdic creatorē tuū: q̄ statim sanus
fact⁹ surrexit & dñs bñdixit. Secūm p̄uilegi-
um fuit Josie p̄uersio. Is enī funem in collo
cuius miserat illūq³ trahēbat: q̄ viso miraculo
paralitici ad pedes Jacobi se p̄stravit & veniā
petēs xpianū fieri se postulauit: qd̄ cū vidisset
Abiachar pontifex sibi dixit: nisi nomē christi
maledixeris cuz ip̄so Jacobo decollaberis. Cui
Josias. Maldict⁹ tu: Nomē autē dñi nri iesu
christi sit bñdictū in secula. Tūc Abiachar os
eius pugnis cedi iussit & missa de eo legatione
ad Herodē ipetravit vt cū Jacobo decollaret.
Cū autē decollari deberet Jacobus a spiculato-
re lagenā aque petijt & ibidē Josiam p̄tin⁹ ba-
ptizauit: & statim capitis obtrūcatione marty-
etiā Moyse similibus signis resisterent vertētes virgas in dracones aquas in sanguinē. hec Isidorus. S; vt Aug⁹ li. x. de ciui. dei. ca. viij. asserit: faciebāt illi veneficijs et incantatiōib⁹ magicis qbus sunt angeli mali. i. demones de diti. Moyse autē tāto iustus quāto potētius dei noie q fecit celū et terrā eos facile supabat. Deniq; in tertia plaga deficiētib⁹ magis de cez plage p Moyse magna mysteriōz dispē satione cōplete sunt. hec Aug⁹. Quāta No sit virt⁹ demonū cū a deo pmittunt siue ad dclūdendū humanos sensus: siue ad operandū licet fm naturā effectus mirabiles siue etiā ad cor pora verandū et molestandū diri plene: In tractatu de timore iudicioz dei. Verūtū hic nar rādo qd supiorib⁹ dieb⁹ legi in quodā libro nouiter cōfecto q vocat fortalitiū fidei. In regno francie: cum iudei maleficijs vterent: accidit semel q iudeus quidā crudelissim⁹ factus ē amicus cuiusdā ministri iusticie. Quadā vero die rogauit eū instantissime vt vnus hoīs daret ei cor fingens se illo egere p medicina. Et colorādo factū suū dixit. Qdā hō dabat viginti coronas auri si eū sanaret. Et q ipc daret sibi decē illaz si ei tribueret cor supradictū Ille tū ex cupiditate: tū amicitia pmisit. Extra henseq; illud cor a quodā xpiano: quem iusticia erigēte: in partes diuiserat tradidit vroz sue custodiendū dicēs ei. q decē coronas esset recepturus p illo: quas sibi iudeus pmiserat se daturum. Tū ergo mulier illa cognouisset iudeuz illū relatu multoz fore maleficū dure reprehēdit maritū. Ille No econtrario eā arguebat dicendo: q ipsa faceret eū perdere decē coronas et alia pmissa. Tādē deduxit virū mulier vt iudeo cor porci tribueret. Adimpleuit vir quod vroz psuluit: iudeus No cor hoīs christiani credens se accepisse tradidit illi decem coronas. Quo facto: iudeus hilaris suis vtēs maleficijs sepeliuit cor illud in quodam campo latissimo. In quo post paucos dies cōgregata ē innumērabilis multitudo porcoz: nō solū domesticorum sed etiā siluestriū. Et tanta fuit lis et prelium inter eos: q oēs mutuo rabidis morib⁹ se dilacerantes occiderūt: sic vt nec vnus remaneret viu⁹. Qd factū a rege francie q tunc erat cognitū iudeo capto apta ē veritas: q sic fuisset factū de hoīb⁹ xpianis illius provincie sicut de porcicis si cor sepelisset hoīs xpiani. Profecto nisi manu dei diabolica potestas cōpesceretur multa incredibilia mala malefici opera diabo-

lis cooperantibus exerceat. Scdm quod erat considerandum quomodo discernuntur miracula demonū a miraculis veris. Et dicuntur illa miracula largo modo qz esse possint miracula opera non tamen miracula. Idco dñs Bonauen. in. ii. dist. vij. ait. Qz differūt illa a miraculis veris.

Primo ex parte principalis agentis. Nam in miraculis diuinis operatur agens potētie infinite et supra naturā. In miraculis demonū operatur virtus nature multipliciter adiute: p naturas alias.

Secundo differūt ex parte finis quia miracula dei fiunt ad vtilitatē hominū et diuinā gloriā sed magorum siue demonū: ad deceptiōnem et gloriā vanam.

Tertio differunt ex parte facti: quia demones faciūt huiusmodi vilia et inutilia. s. ranas et serpentes: quia hec de facili producuntur operatione nature: non aut possunt facere ea in quib⁹ natura succumbit sicut facit deus. s. illuminare cecū a natiuitate: resuscitare mortuos et hmoi.

¶ Tertium considerandū qualiter Symon et Judas magos superarūt. Et de hoc ita scribit in legenda. Qz in perfide erant duo famosi magi. s. Sares et Arfarath quos Mattheus fugauerat de ethiopia. Cum vero apostoli per Baradach corā rege adducti fuissent. Et presentibus illis magis dixisset Baradach. Isti o rex sunt dii latētes in effigie hominū: celo inuidie magi cōmoti dixerūt: illos malignos eē et contra regnum subtiliter cogitare: dixit eis Baradach. Si audetis cū eis conflagite. Qui magi. Si vis videre quia nobis presentib⁹ loqui nō poterunt veniant huc viri eloquentissimi et si coram nobis loqui ausi fuerint: nos per oia impitos probabis. Cum aut plurimi adducti essent cōtinuo corā magis ita muti facti sunt: vt nec nutibus quidem qd loqui non poterant indicarent: dixeruntq; magi ad regem: vt scias nos deos esse pmittemus eos loqui sed ambulare non posse. Iterūq; reddemus eis gressum Sed faciemus eos apertis oculis nihil videre Qui cum hec oia fecissent dux aduocatos illos turpiter confusos ad apostolos dicit. Quibus apostoli idolorū cultuz dissuadentes vt in xpm crederent monuerunt. Quod cum illi ex corde se facturos promississent apostoli signo crucis in frontibus eos munierunt. Et statim liberi ab omni molestia: ad regem coram magis iterum ingressi sunt. Quare irati magi multū

tudinem serpentū aduenire fecerūt Statimq̄
 ad iussum regis veniētes apli pallia sua de ser
 pentibus iplenerūt z i magos piccerūt dicen
 tes. In noīe dñi non moriemini. sed a serpēti
 bus lacerati doloꝝ vestroꝝ mugitus dabit. **E**
 uz ergo magi sic cruciarent: rex z ceteri roga
 bant apostolos. vt eos a serpentibus occidi p
 mitterent. Quibus apostoli respondere se mis
 sos reducere a morte ad vitā nō at a vita p̄ci
 pitare in mortē. Lū aut magi i malicia p̄sue
 rassent ab apostolis sani dimissi inde aufuge
 rūt. Post hoc filia cuiusdā ducis ex fornicatio
 ne cōcepit z filiū parturiens: quēdā sanctum
 dyaconē infamauit. Lū autem parentes puel
 le dyaconē occidere vellent. Aduenientes apo
 stoli infantē adduci fecerūt: qui die illa natus
 fuerat. Et corā dyaconē interrogauerūt dicētes
 dic infans. In nomine domini si iste dyacon⁹
 hoc p̄sumpsit. ad hec infans iste inquit dyaco
 nus castus z sanctus est nec vnq̄ carnem su
 am coinquinauit. Lū autem parentes instarent
 vt apostoli quererēt quis actor hui⁹ sceleris fu
 isset. Responderūt apostoli. Nos innocentes
 absoluerē decet: nocentes vero perdere non de
 bemus. Manserunt post hec z alia multa apo
 stoli i eodē loco per annum z tres menses. In
 quo spatio plusq̄ sexaginta millia hominū ex
 ceptis patuulis cū rege z principib⁹ baptizati
 sunt.

¶ Qualiter Simon z iudas debellarūt pōrifi
 ces ydoloꝝ patientes mori potius q̄ statuā so
 lis adorare. **Capitulum tertium.**

Ertij aduersarij Simonis z Jude quos
 ipsi debellarunt fuerūt ydoloꝝ pōrifices
 Lū enim deuenissent ad quādam ciui
 tatē nomine suamay: inuenerunt ibi magos
 superius nominatos qui pontifices ydoloꝝ z
 populū contra apostolos concitauerunt. capi
 entes vero ipsos ad templū solis deduxerūt: vt
 aut eos sacrificare cōpellerent aut penitus ne
 carent. Facto autem silentio apostoli dixerunt
 vt sciatis q̄ hec ydola plena sunt demonib⁹.
 ecce eis iheramus vt creant z singula simula
 cra cōfringant. Statimq̄ de simulacris exie
 runt z contractis illis cū diris vocibus abscef
 serunt. Quod videntes pontifices in aposto
 los irruerunt z eos trucidauerunt. In ipsa at
 hora cū nimia serenitas esset tanta fulgura ex
 titerunt: vt templum ipsum trifarie scinderēt
 z illi duo magi i carbōes ictu fulguris verterē
 tur. Rex autem corpora apostoloꝝ ad urbem

suam transtulit z in honorem eoz ecclesiā mi
 re magnitudinis fabricauit. Notandum q̄ de
 beato simone i pluribus locis inuenitur q̄ cru
 cis patibulo sit affixus. Quod etiam Isidorus
 libro de obitu apostoloꝝ. Et cusebius in histo
 ria ecclesiastica z bedda super act⁹ apostolorū.
Et magister Joānes beletb i summa sua testa
 tur. Lū enim vt aiunt in **E**gypto p̄dicasset ie
 rosolymā redijt. Et post mortem Jacobi mi
 noris in episcopū ierosolymitanū ab apostolis
 vnanimiter est electus. Et ante mortem suam
 triginta mortuos suscitasse narrat. Lū autem
 ecclesiam ierosolymitanā per annos multos re
 xisset z centesimum atq̄ vigesimū annū eta
 tis ageret tempore traiani iheratoris Atticus
 consularis ipsum cruci affigi iussit: omnibus q̄
 aderant z ipso iudice adiuuantibus. **¶** cen
 tum viginti annoꝝ senex crucis supplicium p
 tulisset. Non nulli vero dicunt sicut est rei ve
 ritas. **¶** non fuit simon chananicus qui fu
 it crucifixus: Sed fuit alius filius cleofe. **¶**
 etia cusebius cesariensis episcopus in sua cro
 nica testat. Idem dicunt Isidorus z bedda i su
 is cronicis. **¶** Mā Isidorus z cusebius quod p̄
 us dixerunt postmodū in cronicis correxerūt.
 Quod patet etiam per beddam: qui se hoc sen
 sisse redarguit in retractionibus suis. Laude
 mus igitur dominū in sanctis suis quibus tan
 tā gratiam contulit: vt cunctis inimicis p̄bil
 sime consternatis ad celoꝝ regna gloriosi mi
 grauerit. vbi cū christo letantur: Qui viuit z re
 gnat in secula seculoꝝ amen.

¶ Sermo q̄dragesimusquartus de sacris ad
 mirandisq̄ stigmatibus serafici francisci.

go enim stigmata

domini iesu in corpore meo porto.
 Doctoris gentiū verba sūt ista ad
 galatas ultimo. c. Elegit pater om
 niū deus btū franciscū q̄ nō solū euāgelica do
 ctrina viteq̄ p̄fectiōe: s̄ mirabili signo stigma
 tū excitaret hominū corda ad desideriū eterne
 vite. Quobus quidem annis picturam crucis
 in manibus pedibus z latere visibiliter tulit.
 Et sicut apostoli virtute magna reddebāt te
 stimonium resurrectionis ihu xpi. ita frāciscus
 in se ipso in proprio suo corpore xpm resuscita
 tum luculentissime demonstrabat. S̄ pleriq̄
 dum hec audiunt vel credere nolunt franciscū
 signo crucifixi fuisse insignitū: vel quid leue z
 non admirandum id asseuerant. Quapp vt no
 r ii

uitas tante rei cū deuotione fidelibus innotescat: reprimatq; temeritas curiosoz ī hoc sermone de sacris francisci stigmatibus tractare decreui. Ostendā autem consignationem frācisci: nō nisi inter dei mirabilia magna fore de putandā: ob quod conuenientissime sact⁹ iste sublimis verba pposita dicere potest. In quibus de stigmatibus ipsis tria misteria pponimus contemplanda.

Primum dicitur veritatis.

Secundum sublimitatis.

Tertium congruitatis.

Quod nō est fictio quicquid dicitur de stigmatibus francisci: cū veritas tante rei multipliciter confirmetur. Capitulum. 1.

Primum misterium contemplandum dicitur veritatis. In quo speculari libet an sit verum q; sanctus franciscus habuit stigmata in suo corpore virtute diuina et supnaturali impressa. Nā posset aliquis dicere multa fuisse ab exquisitis ingenijs conficta et ī scriptis tradita: que tamen sunt penitus a veritate aliena: Iccirco Aug⁹. li. xvij. de ci. dei. c. xij. iquit. Fabule facte sūt de minotauro q; bestia fuerit inclusa laborintho: quo cum intrassent hoīes iextricabili errore idē exire nō poterant. De centauris q; equoz hominūq; fuerint natura coniuncti. De cerbero q; sit triceps inferiorū canis. De friro et helle eius sorore q; vecti ariete volauerūt. De gorgone q; fuerit crinita serpentibus: et aspicientes cōuertebat ī lapides. De bellofonte q; equo pennis volante sit vectus qui equus pegalus dictus ē. De anfone vel arione q; cithare suauitate lapides miserit et attraxerit. De fabro dedalo et eius Icaro filio q; sibi coaptatis pennis volauerūt hec ille. Si igr̄ ista et alia hui⁹ excogitari poterunt quid mirū inquit increduli h de frācisco aliquis fingēdo et mētiendo dixerit q; in manibus pedibus et latere plagas: quasi crucifixus habuit. Sed tales incredulos nos facile cōuincere possumus dum veritatem stigmatū francisci ex tribus ad lucem deducimus.

Primo ex ecclesie auctoritate.

Secundo ex testium sanctitate.

Tertio ex miraculoz claritate.

Primo probamus veritatem stigmatū frācisci ex ecclesie auctoritate. Nam vt xps dixit Matthei. xvij. c. Qui ecclesiam nō audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Igit̄ pontifices et cardinales de illis stigmatibus clarū p-

hibent testimoniū. Nā dñs bonauen. cardinalis epus albanensis vir eximie sactitatis legēdā sci francisci eleganter scripsit: in qua diffusē loquitur de stigmatibus illis. Dñs Raynerius cardinalis de viterbio cōposuit hymnuz qui incipit. plaudite turba paupcula: vbi de stigmatibus sequentē versiculum interposuit. vili contentus tegmine scō calescēs flamine vicit algore caumata xpi dum gestat stigmata. Dñs tho. cardinalis de capua edidit hymnuz qui incipit. In celesti collegio. Et hymnū q; incipit. decus mox dur minor: et in hoc de stigmatibus ita inquit. Regis signū ducē dignū insignit manu latere. Bñdictus papa duodecim⁹ bullā fecit de stigmatibus sacris in qua statuit vt frēs minores publice in ecclesia officium stigmatū ānuatim possent celebrare. Nicholaus papa tertius in extrauagati q; ponit in ser. decretalū et incipit. Exijt qui seminat et c. dū regulā beati frācisci in multis extolleret postea ita subdidit: hec est cui attestāte paulo nullus de cetero dōz cē molest⁹ quā xps suis sacris stigmatibus cōfirmari volēs institutorē ipsius passionis sue signis nobiliter insigniuit. Alexander papa quartus p suas aplicas lras francisci stigmata cōprobauit. Primum eius bulla incipit: grande ac singulare miraculū. Secūda. Si noue letitie militātis ecclesie. Tertia. Benigna diuine opatiōis volūtas. In hac ita de stigmatibus loquit. iocūda dñice passionis insignia ī eiusdē sancti corpe dū adhuc vitali spiritu foueret manus celestis opatoris ipressit. Et itez ibidē in manibus eius et pedib⁹ expssa vndiq; similitudo clauoz de subiecto pprie carnis excreuit vel de materia noue creationis accreuit. De isto Alexandro dicit dñs bonauē. ī legēda maiori. dñs Alexander quart⁹ dū publice pdicaret corā multis fratrib⁹ et audiēte me asseruit se sacra illa stigmata dū scūs vueret ppjs oculis pseruisse. Grego. papa non⁹ q; btūz frāciscū cathalogo scōz ascripsit ī bulla q; incipit. Lōfessor dñi gliosus. q; dirigit vniuersitati vřcñ idigne durim⁹ expmēdū videlicet q; scūs franciscus dū adhuc vite spatū pcurreret pntis et postq; feliciter cōsumauit manib⁹ latere et pedib⁹ spē stigmatū diuinitus extitit insignitus. Sic Greg. antiphonā fecit q; cātā ī vespis et de stigmatib⁹ clare sic loquit. plāge turba paupercula ad patrē clama pauperuz hoc lugubre suspiriū pfrācisce suscipe: et pde xpo stigmata lateris pedū manuūq; vt nobis reddat orfa

131
nis tanti patris vicarium. Insuper gregorio. prefatus ascribitur scri-
pulum in corde habere: quo ad vulnus laterale. No-
cte vero quadam sicut idem pontifex post referbat
cum lacrymis beatus franciscus quodam faciei pres-
suritie ei in sonis apparuit. Et hesitatione cor-
dis redarguens: elcuauit brachium dextrum detexit
vulnus: fialamque poposcit: que porrecta videbat sa-
guine ex latere defluente impleri. Et tunc ut inquit
bonauentura ad illud sacrum miraculum tanta cepit
deuotione affici et emulatione feruere: ut nullo
modo pari posset que aliis presulgentia illa signa: su-
perba presumeret impugnatione fuscare: quoniam cum scie-
ra increpatione ferret. Et ut ipse bonauentura te-
stat. viderunt stigmata illa ex familiaritate quam
cum viro sancto habebant aliqui cardinales: laudes sa-
croz stigmatum patris et hymnis ac antiphonis
quas ad ipsius ediderunt honorem veraciter iseren-
tes que tamen verbo que scripto prohibuerunt testimonium
vitati. Secundo probamur veritatem stigmatum fran-
cisci ex testimonio multiplicitate. Preter enim pontifi-
ces et cardinales ecclesie sancte de quibus diximus: fue-
runt et alij que plurimi que et dum sanctus viueret et post
que volauit ad supposita stigmata illa viderunt. nam
ut dominus bonauentura refert cernens christi seruus que
stigmata carni tam luculenter impressa socios fami-
liares latere non possent: timens nihilominus pu-
blicare domini sacramentum in magno fuit positus du-
bitationis agone: utrum quod viderat diceret vel ta-
ceret. Compulsus tamen conscientie stimulo quibusdam
ex fratribus intimioribus sibi cum multo timo-
re serie retulit visionis prefate. Isti fuerunt fra-
ter Illuminatus: frater Leo: frater Ru-
finus: frater pacificus: et alij eius socij de qui-
bus dicit bonauentura: que hinc cent propter sanctita-
tem precipua viri per omnia fidedigni: tamen ad om-
ne dubium amouendum: sic esse: ac se vidisse tactis
sacrosanctis iuramento firmauerunt. Viderunt
etiam in morte illa signa mirifica plusquam quinquaginta
fratres: virgoque deo deuotissima clara
cum ceteris sororibus suis et seculares innumeri
ex quibus que plurimi et osculati sunt ex deuotio-
nis affectu: et contractauerunt ad testimonij fir-
mitatem. Et in. c. de translationibus. siue transitu
tantipatris ita scribit bonauentura. Audito tran-
situ patris et fama diffusa miraculi accelerans
populus confluens ad locum: ut id cerneret: oculo
lis carnis: quod a ratione dubium omne repelle-
ret et affectioni gaudium cumularet. Admissi sunt
itaque cives assiduos que plurimi ad stigmata
illa sacra contemplanda oculis et labijs oscula-

da: vnus autem ex eis Hieronymus nomine
miles litteratus prudens coram omnibus mo-
uebat clauos statimque manus pedes et latus
manibus suis contractabat pro quod testis hu-
ius veritatis constans effectus est. Tertio proba-
mus veritatem stigmatum francisci ex miraculorum
claritate. Multa quippe miracula operatus est
deus: postquam illa signa francisco donauit. Nam
ut scribit bonauentura in. c. de stigmatibus. cir-
ca montem aluerne grandinis violenta tempe-
stas fructus terre consuetudinarie deuastabat.
Sed post illam apparitionem felicem non sine ioco-
larum admiratione grando cessauit ut celestis
illius visionis excellentiam et stigmatum ibidem
impressorum virtutem serenata preter morem
ipsa celi facies declararet. In prouincia reati-
na pestis inualuerat valde grauis: que boues
et oues omnes sic consumebat crudeliter que nul-
lum poterat remedium adhiberi: vir autem quidam
timens deum nocte fuit per visionem como-
nitus ut ad heremitorium fratrum festinanter
accederet: et loturam manuum ac pedum famuli
dei francisci: qui tunc temporis morabatur ibi
dem acceptam: super animalia cuncta respargeret
mane itaque surgens venit ad locum loturaeque hu-
ius per socios sancti viri latenter obtenta: oues
et boues languentes ex ea respersit. Statimque
animalia languida et in terra iacentia recuperato
vigore surgebant continuo: et tanquam nil mali se-
fissent ad pascua festinabant. Sicque factum est
ut ad virtutem mirandam aque illius que sacras
plagas contingerat: omnis prius plaga cessa-
ret. Apud bilerdam civitatem catalonie accidit
virum quendam nomine iohannem: beato fran-
cisco deuotum: quodam sero per quandam in-
cedere viam: in qua pro inferenda morte lati-
tabant insidie non quidem ipsi: sed alteri cui-
dam qui videbatur similis eius: et tunc erat in
coitu ipsius. Exurgens autem quidam ex insidijs
cum hostem suum hunc esse putaret tam letaliter eum
plagis plurimis gladiavit ut nulla prius su-
peresset spes recuperande salutis. Siquidem pri-
mo inflata percussio humerum cum brachio pene
totum absciderat. Et ictus alius sub mamilla tam
tam reliquerat aperturam: ut flatus inde proce-
dens circa sex candelas simul iunctas extigueret.
Cum igitur iudicio medicorum ipsius im-
possibilis esset curatio pro eo que putrescentibus
plagis ex eis fetor tam intollerabilis exhalaret:
ut et ipsa eius vxor vehementer horeret nul-
lusque iam humanis iuari posset remedijs.

139
Cōuertit se ad beati patris patrociniū quā-
ta poterat deuotione poscendū. Et ecce astitit
quidā i habitu fratris minoris p fenestram vt
ei videbat ingressus: qui vocans eū ex noīe di-
xit. Quia fiducia in me habuisti ecce dñs libe-
rabit te. A quo cū eger qui esset inquireret. frā
ciscū ille se eē respondit. Et statim vulnerū illi
ligaturas resoluit suisq; manibus tetigit. Ad
cuius cōtactū mox pristina datus ē sanitati. q
facto beatus pater abscessit. Et ipse sentiens se
sanatū et in vocē diuine laudis et bti francisci
letanter erumpens vocauit vxorē. At illa cele-
rius currens et stare iā videns quem sepelien-
dum credebat in crastino cum esset stupore p
terrata viciniā totā clamore cōpleuit. Accurrē-
tes aut sui cū illū crederent tanq; freneticum
in lectulo reponere: et ille p̄ renitens assereret.
et ostenderet se sanatū: tanto sunt stupore atto-
niti: vt q̄si sine mente omnes effecti fantasticū
esse crederent quod videbant. Quia quē paulo
ante conspexerāt plagis atrocissimis laniatū
et totū iā marcidū: plena cernebāt incolumita-
te iocundū. Ad quos ille qui factus fuerat san-
nolite timeri inquit. nolite credere inane qd cer-
nitis: q; scūs franciscus mō a loco recessit et il-
laz sacraz manū tactu me integre ab omni
plaga curauit. Quo miraculo viso omnes deū
pariter laudauerunt. Cōcludit ergo dñs bona
uentura dicens. Digne quidē beatus p̄ carne
iā mortuus et viuens cū xpo. p̄ntie sue ostensio-
ne mirabili: et manū suaz palpatione suauī
vulnerato letaliter viro sanitatē cōcessit cū il-
lus in se stigmata tulerit: q; misericorditer mo-
riens et mirabiliter surgens vulneratū genus
humanū et semiuuū relictū plagaz suaz. Vtu-
te sanauit. Ecce quod ex omni parte relucet ve-
ritas stigmatū francisci que a viris prestantis-
simis et sanctitate mira fulgentibus: vt patu-
it tam multipliciter confirmatur.

Quod ex impressione stigmatū triplici decorat
sublimi prerogatiua franciscus. La. ij.

Secundū misteriū contemplandū de sti-
gmatib; illis sacris dī sublimitatis. In
quo diligenter perscrutari debemus: q; q̄
sublimis inter sanctos franciscus fuerit effe-
ctus propter stigmata sibi data. Et hoc tripli-
ci ratione.

Primo ratione operis excedentis.

Secundo ratione similitudinis excellentis.

Tertio ratione glorie resurgentis.

Primo apparet sublimitas et prerogatiua

francisci ratione operis excedentis. Quia be-
in corpore illo fecit opus supernaturale natu-
rā excedens. Ad quod clarius intelligendum
tres difficultates erunt absoluende.

Primo vtrum stigmata francisci potuerunt
esse a natura vel artificio

Secunda vtrum stigmatizatio francisci annu-
meranda sit inter maxima miracula dei.

Tertia vtrū illud miraculum fuit permanens
aut pertransiens et successiuū

Ad primam difficultatem dicimus q; franci-
sci stigmata non fuerunt a natura neq; ab ar-
te: s; a virtute oipotētis dei. Qd colligere pos-
sumus ex his que dicta sunt in precedentibus
testimonio gregoriij et alexandri atq; alioꝝ. S; z
fortius id ostendimus triplici ratione.

Primo ratione materie

Secundo ratione forme.

Tertio ratione vite.

Primo rōe materie. nā stigmata illa imp̄ssa
fuerunt in materia dura in loco ossoso et neruo-
so vbi non facit casum imaginatio. Qd p̄p̄te
rea dicimus q; pleriq; p̄tendere satagunt po-
tuisse fieri q; ex vehementissima imaginatione
passionis xpi. franciscus illas plagas habuerit
q; vt dicit Aucēna i sexta pte naturaliu ima-
ginatio fortis p̄t corpus trāsmutare. Sed h
nō est intelligendū in oibus. Vnde tho. in ter-
tia pte. q. 13. disputās vtrū aīa xpi hūit omnipo-
tentiā respectu p̄p̄ij corporis i respōsione ad
tertiu argu. ait q; imaginationi si sit fortis na-
turaliter obedit corpus quantū ad aliqua. pu-
ta quantū ad casū de trabe in alto posita quia
imaginatio nata ē eē principiū motus localis
vt dicit tertio de aīa. Similiter etiā quantum
ad alterationem: q; est fm calorē et frigus. et alia
p̄sequētia eo q; ex imaginatione p̄nter nate sūt
p̄sequi passiones aīe fm quas mouet cor. et sic
p̄ cōmotionē spiritūū totū corp; alterat. Alie
vero dispositiones corporales que nō hnt na-
turalē ordinē ad imaginationē: nō trāsmutan-
tur ab imaginatione quātūcūq; sit fortis. pu-
ta figura manus vl pedis: vel aliqd simile. hec
tho. Ad aīa igit illa ossū et neruoꝝ corpis frā-
cisci nō hēbat dispositionē vt p̄ imaginationē
illo mō trāsmutare. Secdo ostēdunus q; sti-
gmata fuerūt supnaturaliter et diuina virtute
corpore francisci depicta rōne forme: nō. n. tū
erat apertura in manibus pedib; et latere. S; z
in manibus et pedibus videbant clauē dei arti-
ficio fabricati. De quibus ita dicit bonauē.

in. c. de stig. In manibus eius et pedibus apparere ceperunt signa clauorum ipsorum capitibus in interiori parte manuum et superiori pedum partibus: et eorum acuminibus extrinsecus ex aduerso. Erantque clauorum capita in manibus et pedibus rotunda et nigra. Ipsa vero acumina oblonga retorta et repulsa. que de ipsa carne surgentia: carnem reliquam excedebant. Si quidem repulsiua ipsa clauorum sub pedibus adeo prominens erat et ex parte tensa: ut non solum platas solo libere applicari non sineret. vix etiam intra curuationem circule ipsorum acuminum faciliter imitti valeret digito manus. sicut et ab eis ipse accipi qui oculis propriis spererunt. Et in. c. de transitu mortis bonauentura ita sequitur. Vernebant quidem in membris illis felicibus clauum ex eius carne virtute diuina mirifice fabricati: sicque carni eisdem uniti quod dum a parte qualibet premerentur primum quasi nervi continui et duri ad partem oppositam resultabant. Si quis igitur consideret illorum clauorum conditionem facile deprehendet stigmata illa dei sola potentia fuisse formata. Tertio ostendimus quod stigmata francisci fuerunt miraculosa ratione vite. non enim potuisset per naturam vivere duobus annis beatus franciscus plagatus in quibus locis spasmodis. ex quibus continuo fluebat sanguis cum dolore vehementissimo: non solum corporis imo et cordis ex memoria passionis dominice. Neque usus est per toto tempore illo aliquo unguento vel medicina. Sed tamen panis restringebat sanguinem emanantem: que sexta feria libere perire sinebat. Et quod ad hoc miraculum auget erant ille plage odore fragrantissime: ex quibus nulla unquam putredo vel imunditia cetera fuit. Secunda difficultas erat utrum stigmatizationis francisci a numeranda sit inter maria miracula dei. Et ut hoc melius intelligatur audienda est sententia sancti thome. i. parte. q. ceteresima. v. ar. vlti. vbi ait quod nihil potest dici miraculum ex comparatione diuine potentie. quod quocumque factum diuine potentie comparatum est minimum. Unde Augustinus in epistola ad volusianum inquit. in rebus mirabiliter factis tota ratio facti est potentia factientis. quod scilicet eadem et qua vniuersa miracula fiunt. Sed de aliquo miraculo per comparationem ad facultatem nature quam excedit. et ideo secundum quod magis excedit facultatem nature. secundum hoc de maius miraculum. Excedit autem aliquid facultatem nature tripliciter. Primo quantum ad substantiam facti sicut quod duo corpora sint simul vel quod sol retrocedat aut quod corpus humanum glorificet quod nullo modo natura facere potest. et ista tenet summum gradum in mi-

raculis. Secundo aliquid excedit facultatem nature quantum ad id quod fit sed quantum ad id in quo fit. Sicut resuscitatio mortuorum et illuminatio cecorum et similia. potest enim natura causare vitam: sed non in mortuo. potest prestare visum: sed non in ceco. Et hoc tenet secundum locum in miraculis. Tertio excedit aliquid facultatem nature quantum ad modum et ordinem faciendi. Sicut cum aliquis subito quod virtutes diuinam a febre curat: absque fluctu processu nature in talibus. Et cum statim mare condensat in pluias virtute diuina absque naturalibus causis. sicut factum est ad preces samuelis et helie. Et hec tenet infimum locum in miraculis. Quilibet tamen horum habent diuersos gradus. secundum quod diuersimode excedunt facultatem nature. hec tho. Cum itaque stigmatizationis francisci sit opus tale quale neque natura fecit. neque facere potest. vix quod propter substantiam facti sit connumeranda inter maria miracula dei. Tertia difficultas an miraculum stigmatizationis fuit permanens vel pertransiens et successiuum. Nam in illuminatione ceci quauis potentia visiva miraculose deus tamen post acceptam illam potentiam cecus naturaliter videt ita quod miracula amplius non permanet. licet illuminatio fuerit miraculosa. Stigmatizationis francisci miraculosa fuit: dum stigmata illi sunt impressa. Sed miraculum idem permansit. quod semper videbatur res supernaturalis. videbantur quippe manus et pedes conclauati cum illis conditionibus que superius posite sunt. Et erant illi clauis separati a carne mouebanturque in vulneribus illis. nec poterant inde extrahi propter repulsionem: Fertur quippe quod dum corpus sancti transportaretur a sancta maria de angelis versus assisum: delatum fuit ad monasterium sancti Damiani: in quo morabatur virgo feruentissima clara: que accipiens manum corporis iam defuncti pro deuotione nimia: illam osculabatur. tentauit autem ex vulnere clauum extrahere neque potuit quod et demum dimisit.

¶ Secundo apparet sublimitas et prerogativa francisci propter stigmatizationem ratione similitudinis excellentis. Ipse quidem similis factus est filio dei. Notandum tamen quod triplex similitudo potest distinguere. Prima dicitur personalis et omnimode ideprimitatis que est per convenientiam omnimodam in natura. et sic vna persona est alteri similis in trinitate ut dicit dominus bonauentura in. ij. di. xvta et hoc non potest conuenire alicui creature neque humane neque angelice. vnde in psal. dixit propheta: deus quis similis erit tibi: quasi. d. nullus. e Secunda est similitudo proportionalis. dicta secundum

227
pportionē. Sicut cōueniūt & similes sunt nau-
ta & auriga: hoc modo anima assimilāt deo in-
quantum in ea vna: sunt tres potentie realiter
distincte: sicut in vna essentia diuina tres per-
sone. Similiter omnia que sunt a deo assimi-
lantur ei vt dicit tho. prima parte. q. v. in qua-
tū sunt entia: vt primo & vniuersali principio
totius esse. Tertia ē similitudo corporalis i ma-
nibus pedibus & latere miraculose signatis: &
hoc vsq; nunc cōuenit soli frācisco de quo sic
scribit bonauētura. Descēdit āgelicus vir frā-
ciscus de monte secum ferens crucifixi effigies
nō in tabulis lapideis vel ligneis manu figu-
ratam artificis: sed in carneis membris descri-
ptam digito dei viui. Et itē de eo dicit. De-
xtrū quoq; latus q; asi laneca transfixum ru-
bea cicatrice obductū erat: quod sepe sanguinē
sacrum effundens tunicā & femoralia in tanta
copia respergebat: vt postmodū fratres socij:
ea lauantes: pro tempore indubitanter aduer-
terent: q; sicut in manibus & pedibus: sic & i la-
tere famulus domini expresse haberet impres-
sam similitudinē crucifixi. Tertio apparet sub-
limis prerogatiua francisci ppter eius stigma-
ticationem: ratione glorie resurgentis. Nam si-
cut de martyribus refert Augustinus li. xxij. d.
ci. dei q; resurgent cū cicatricibus que ad orna-
tum facient & decorem corporum: non ad ali-
quam deformitatem. Ita pie tenere possumus
q; franciscus cū illis signis cum quibus ex hac
vita discessit ad vitā immortalē resurget.

¶ Stigmata fuerūt impressa francisco satis
congrue respectu persone loci & modi.

Capitulum tertium.

Tertium misterium contemplandū de
stigmatibus beati francisci dicitur con-
gruitatis: licet enim inuestigabiles sint vic dei
nihil tamen ab eo fieri arbitrandum est nisi in
pondere numero & mensura. Hecirco dum frā-
ciscum voluit consignare conuenienter ac ra-
tionabiliter id effecit: potest autem colligi con-
gruitas tal' stigmatizationis ex triplici respectu.

Primo respectu persone.

Secundo respectu loci.

Tertio respectu modi.

¶ Primo quidem congrue sunt illa stigmata
impressa francisco respectu persone. Elegit q;
dem deus illum vt temporib; istis nouissimis
verbo & exemplo ad regnū celeste homines in-
uitaret cōfirmaretq; doctrina sua in fide que
iam pene vbiq; defecerat. Quis igitur illuz au-

dire recuset. Quis ei de immortalī vita docēri
non credat dum vidēt in illo corpore regl' eter-
ni admirandum vexillū. ¶ Propterea inquit bo-
nauentura alloquens sanctum franciscū. Eya
nunc strenuissime miles christi ipsius fer arma
inuictissimi ducis: quibus munitus insigniter
omnes aduersarios superabis. Fer vexillū re-
gis altissimi: ad cuius intuitū oēs pugnatores
diuini exercitus animentur. Fer nihilominus
sigillum sūmi pontificis christi: quo verba & fa-
cta tua tanq; irreprensibilia & auctērica me-
rito ab omnibus acceptentur. Ita. n. ppter sti-
gmata domini iesu xpi que in corpore tuo por-
tas: nemo tibi debet esse molestus quin potius
quilibet xpi seruus debet esse deuotus. Jam p
hec signa certissima: nō duobus aut tribus te-
stibus ad sufficientiam: s; q; plurimis ad sup-
abundantiā cōprobata testimonia dei in te &
per te credibilia facta nimis: omne tollunt in-
fidelibus excusationis velamen. hec. bonauen-
tura. Quare aut alijs a francisco nō fuerūt sti-
gmata data non est nostrū inuestigare sed no-
uit ille qui fecit: cuius opera cūcta optima sūt
cēsenda. ¶ Secundo colligit cōgruitas stigma-
tum francisci respectu loci: impressa quidē fue-
runt in loco conuenienti. s. in mōte aluerne: vt
sic deprehendi posset operis magnitudo. Max
grandia facta in montibus celebrata legūtur
post diluuium requieuit archa in montib; ar-
menie: vt scribit genesis. viij. c. In monte be-
thel stetit abraā egressus a patria: vt p; gene-
sis. xij. c. In monte galaad stetit iacob fugiēs
laban. genesis. xxij. c. In monte synay moy-
ses legē accepit. Exodi. xx. c. In monte gariccie
filij israel adorauerunt dominū qn̄ primo in-
trarūt terrā pmissionis: et Paralipo. vj. c. In
monte moria edificatū fuit templum salomo-
nis. iij. Reg. ix. c. In mōte taboz trāfiguratus
est xps. matthei. xvij. c. De monte oliueti ascē-
dit ad celos. Act. i. Et ne singula cōplectamur:
In monte aluerne psignatus fuit signis passi-
onis franciscus. Ille liquidē mons separatus
est ab alijs: ad inuendū q; franciscus penitus
fuit alienus ab amore mundanoꝝ. Est insup
elevator ad significandū q; beatus frāciscus
cleuat⁹ erat ad contemplationē diuinorum &
amorem bonoꝝ celestium. Et ad hoc ille mōs
in plerisq; locis apertus: vbi scissure vidētur:
quasi violenter: non naturaliter facte: possibi-
le esset: vt tempore illo ita eueniret: q; petre ille
scisse sunt: patiēte in cruce iesu filio dei. ¶ Ter

tio colligitur congruitas stigmatum francisci respectu modi qui exprimitur a bona ventura dum ait. Fidelis reuera famulus et minister christi franciscus: biennio antequam spiritum redderet celo: cum in loco excelso seorsum qui mons aluerne dicitur quadragenarium ad honores archangeli michaelis ieiunium inchoasset superne contemplationis dulcedine abundantius solito superfusus ac celestium desideriorum ardore flamma succensus supernarum cepit imissionum cumulatius dona sentire. Dum igitur seraphicis desideriorum ardoribus sursum ageretur in deum et affectus: compassiua teneritudine transformaretur in eum: cui ex charitatis nimia crucifigi complacuit: quodam mane circa festum exaltationis sancte crucis in latere montis orans: vidit quasi speciem unius seraph. sex alas tam fulgidas quam ignitas habentem de celorum sublimitate descendere qui volatu celerissimo ad aeris locum viro dei propinquum pervenies: non solum altus: sed et crucifixus apparuit. Manus quidem et pedes habens extensos et cruci affixos. Alas vero sic miro modo hinc inde dispositas: ut duas supra caput erigeret: duas ad volandum extenderet: duabus vero reliquis totum corpus circumplectendo velaret. Hoc videns vehementer obstupuit: mixtumque dolori gaudium mens eius incurrit: dum et in gratioso christi aspectu sibi tam mirabiliter quam familiariter apparentis: excessivam quandam concupiebat letitiam et dira conspecta crucis affixio ipsius animam compassivi doloris gladio pertransibat. Et infra sequitur. disparens igitur visio post archanum ac familiare colloquium mentem ipsius seraphico interiorum inflamauit ardore. Carnem vero crucifixo conformi exteriorum insigniuit effigie: tanquam si ad ignis liquefactivam virtutem precambulata: sigillatua quodam esset impressio subsecuta. Ex his luculenter apparet quam digna quam singularis quam ve stupenda fuerit impressio illorum stigmatum: nec titubare quisquam debet de apparitione christi: qui in specie seraphin et veluti crucifixus videri voluit: quoniam huiusmodi apparitio proveniebat tali mysterio. Nouo quippe modo crucifigendus erat franciscus: atque ardore seraphico debebat inflamari. Quare ut discipuli cunctes in emaus viderunt illum in specie peregrini: et magdalena quasi hortulanum insperxit: et stephanus veluti stantem a detritis dei agnouit: et paulus ingenti lumine decoratus intuitus est: ita fran-

ciscus regem celorum et dominum glorie veluti crucifixum sibi apparentem adoravit. O felices oculi qui meruerunt adhuc in hac vita mortali tali visione gaudere. O aures beati francisci que a redemptore mundi vigilanter vocari se perceperunt. O corpus omni munditia repletum: in quo mirabiliter christi vulnera sunt renouata: hec igitur sunt illa stigmata: speculum immortalitatis: spes vite future: firmitas fidei: et domini nostri iesu christi validissimum testimonium: hec sunt que tota mentis deuotione a cunctis fidelibus sunt colenda. Hec sunt que franciscus offert et ostendit christo: dum pro fidelibus intercedit. Mater quidem dei ostendit pectus et vbera: filius latus et vulnera: et franciscus sua sacra stigmata. Quibus interuenientibus: cum innocantibus impetrat exoptata beneficia: et tandem gratiam in presenti et in futuro gloriam. Amen.

¶ Sermo quadragesimus quintus de tribus excellentijs beati francisci.

¶ I di alter angelum

ascendentem ab ortu solis habentem signum dei viui: et clamauit voce

magna. Scribuntur hec verba apocalypsis. vij. c. preclarissima beati francisci preconia excedunt quidem multumque supereminet omnem humani eloquii facultatem. Abundauit quippe in eo gratia saluatoris nostri que per misericordiarum et luminum tam larga dulcedinis benedictione preuenit quam si cut ex vite ipsius decursu luculenter apparet non solum de mundialibus tenebris eduxit in lucem: sed et perfectis effecit virtutum prerogativa et merito celebrare: nec non preclaris circa eum crucis ostensis mysterijs insigniter demonstrauit illustrare. Ergo in precedenti sermone franciscum mira laude fuerimus presentiter: ex eo quod signa crucifixi biennio tulerit: nihilominus offerunt se quam multa memoratu digna de ipso adhuc differenda: hec vero a iohanne sunt designata in vobis assumptis per themate: in quibus triplex excellentia sancti francisci exprimitur vel continetur.

Prima dicitur diuinalis missionis.

Secunda virtualis perfectionis.

Tertia singularis magnificationis.

¶ Beatus franciscus fuit missus a deo: quod probatur quinque rationibus. Capitulum. i.

Prima excellentia beati francisci dei diuinalis missionis que exprimitur a iohanne cum dicit: vidi alterum angelum scilicet beatum franciscum

dei nunciū: amabilē christo: imitabilē nobis: et admirabilem mūdo. Ipse quidē fuit a deo missus ut hoies excitaret ad desiderium supernorum: neque diaboli suggestionē aut spirituum et humorū melancholicorum abundantia motus: sed spiritu sancto afflatus tres ordines ordinavit: abrenūciavit mūdo: parētes reliquit: et christū studuit imitari. Quia autē deus franciscū elegerit veluti novū apostolū: qui vitam euāgelicā renouaret pbari pōt ex quinque.

Primo ex prophetica p̄nunciatione.

Secundo ex speciali vocatione.

Tertio ex multiplici visione.

Quarto ex auctentica testificatione.

Quinto ex mundi commotione.

Contrario probari pōt quod beatus franciscus fuit electus a deo cuius auctoritate: tam sanctas novitates induxit: ex prophetica p̄nunciatione. Nam de ipso per multa antea secula p̄phetavit sibylla: que fuit tpe regis Priami et troiani bellique: que dū p̄dixisset christū venturū in mundum atque p̄ illū ap̄stolos eligendos: tandē brōrum domini et francisci p̄nunciavit aduentū. Inquit ergo sic. in vltima etate humiliabit deus et humiliabit p̄ces diuina: iungēt humanitati deitas: iacebit in feno agnus: et puellari officio educabit deus et homo. Signa p̄cedēt apud iudeos: mulier vetustissima. s. helisabet puerū cōcipiet Boetē. s. stellarū orbis mirabit: ducatur p̄stabit ad ortū. s. xpi. Die hūis penes. xxxiij. s. annos: eliget sibi de piscatoribus delectis numquam duo denariū: vnūque diabolum. s. iudā. Nō in gladio: bellouē eneade vrbē. s. romā regesque subiciet.

Sed in hamo piscatoris deiectione et paupere superabit diuitias: et superbiā conculcabit: morte propria mortuos suscitabit: et cū mactabit viuet et regnabit. Et cū p̄sumabūt oīa fiet resurrectio: bonos iudicabit et malos. huic quattuor animalia surgēt in testimoniū. s. quattuor euāgeliste. nomē agni in tuba cōcinēt serētes iustitiā legemque irrep̄hensibilem. s. euāgelium: cui p̄dicet a bestia. s. antichristo. Et surgēt stella mira. s. paulus quattuor animalium imaginē. Eritque in tuba mirabili dānatos illuminabit. hic gladiabit: moriēs illustrabitur porro gloriosus exitus eius. Erit autem bestia horribilis ab oriēte veniēs. s. magumeth: cuius fragitus vsque ad gentes punicas audiet. Sequē postea Sibylla dicēs de brō dominico et francisco. stelle quodque due p̄similes prime insurgēt contra ipsam et non obtinebunt vsque duz ve-

niat abominatio: et voluūtas altissimi confirmetur. Insuper abbas Joachim vir eximie sanctitatis et p̄phetico spiritu clarens in quodam suo libello ita dixit. Erunt duo viri vnus hinc alius inde qui duos ordines interpretant vnus italicus de thulcia. Alter hispanus de hispania primus columbinus: secundus coruinus. Et sequitur. ordo enim columbinus per mare aglonare transibit vsque ad nouissima tpa duraturus: aspera pascua gustabit: regina austri p̄teget et fouet eū in amaritudine sua: flumē eufraten transibit vndam et impetum eius sua predicatione mitigabit. Aspera reducentur in planum in sermone eius. Terra saluginis id est egypti ad dominum conuertetur per ipsū. In eadem terra secure euāgelium predicabit: multe gentes per ipsum ordinem ad dominum conuertentur. gens idolatra cuius lingua ignorabit: que de finibus terre veniens missa a deo in adiutorium terre p̄missionis: et vt ipsa cognoscat deum patrem omnipotentē et filiū eius vnicū dominum nostrum ad fidem catholicam conuertet. futurū est enim quod ordo columbinus viriliter se opponet contra mortis angelum. Et p̄tra cum predicādo plures et maxima multitudo de filiis ipsius ordinis martyrio ad deum trāsibunt. Sicut dictum est per David p̄phetā. p̄dolerūt mortalia seruatorum tuorum escas volatilibus celi carnes scōrum tuorum bestiis terre: gaudebūt in canticis suis id est p̄dicationibus oēs tribus terre: et gens immunda machometi qui remanebūt: et qui residui erūt ad dominū cōuertent. hec ille. Qui etiā in expositione Jeremie in p̄logo. c. p̄ multa filia locutus est. Et quod ore p̄phetavit demonstrauit opere. Nam depingi eū fecit in ecclesia sci Adarci de venetiis: cū stigmatibus super ostiū sacrificie: sicut hodierna die cernētibus p̄. Itē d̄ beato frācisco multa predixit Erillus abbas montis carmeli: cui ab angelo dū celebraret delate fuerunt due tabule scripte litteris grecis: in quibus multa erant de beato francisco ventura.

CSecundo probari potest quod beatus frācisco fuit electus et vocatus a deo: ex speciali vocatione. Dum enim adolescentibus in domo parentum adhuc cohabitans: ad hoc egressus semel vt inquit Bonaventura ad medietandū in agro: cum deambularet iuxta ecclesiam quandam sancti Damiani: que minabatur p̄ nimiam vetustate ruinam: et instigante se spiritu eandem cā orationis intrasset prostra-

tus ante imaginē crucifixi non modica fuit in orando spūs consolatione repletus. **L**unq; la- chrymosis oculis intenderet in dñicam crucez voce; de ipa cruce ad se miro quodāmodo de- lapsam corporeis audiuit auribus ter dicen- tem: **F**rancisce vade repara domū meā que vt cernis tota destruitur. **A**d cuius stupende vo- cis cōmonitionē mirificam: vir dei primū qui dem perterritus: dehinc gaudio et admiratiōe repletus p̄tinus exurrexit totum se recolligēs ad perficiendum mādātū de reparāda materi- alis ecclesie denuo: l; p̄ncipalis intentio vbi ad eam ferretur quā xps suo sanguine acquisi- uit: sicut cum spūs sc̄tus edocuit: et ip̄e postmo- dum fratribus sibi familiarib; reuelauit. **D**e- rūtū collecta pecunia ad eccliam illam se cōtu- lit: et du; sacerdos pecuniā recusaret accipe in quandā fenestrā illā piccir: et in dicto loco cuz sacerdote p̄fato aliq̄dū morā cōtraxit. **T**er- tio p̄bari pōt. **B**eat; **F**ranciscus fuit elect; et vocatus a deo ex multiplici visione. **P**rima visio ostensa fuit cuidā sacerdoti noie Silue- stro ciuitatis assisi;: hic a p̄ncipio p̄uersionis **F**rancisci cū p̄pter nouitatē rei viā **F**rancisci fratrūq; suorū humano spū abhorreret ne peri- clitaret p̄ temeritate iudicij: lumine fuit sup̄ne gr̄e visitat;: videbat nāq; in somnis totā assi- si; ciuitatē a dracone magno circumdari: p̄ cui; magnitudine nimia tota regio videbat eximī- nio subiacere: p̄tuebat post h̄ crucē quādā au- ream ex ore p̄cedentē **F**rancisci cui; sūmitas celos tangebāt: cuiusq; brachia protensa in la- tuz vsq; ad mūdi fines videbāt extēdi. **A**d cui- us ē aspectū prefulgidū draco ille tecer et hor- ridus penit; effugabat: hoc dū sibi tertio mon- straret diuinū estimās esse oraculū: viro dei et fratribus suis p̄ ordinē enarrauit ac nō multo post mundū relinquēs b̄to **F**rancisco voluit ad herere: cui; vite sc̄titas in ordine autēticā red- didit eā quā in seculo habuerat visionē. **E**x hu- ius v̄o visiois auditu vir dei nō in gl̄ia ē ela- tus humana: s; bonitatē dei recognoscēs: for- tius aīatus ē ad hostis antiq; fugandā versu- tiā: et gl̄iam crucis xpi predicandā. **S**ecda visio demonstrata fuit **I**nnoç. pape. iij. de qua refert **B**onaucn. q; dū b̄tus **F**rancisc; cū socijs p̄po- neret adire p̄ntiam sūmi pontificis p̄ p̄firma- tione regule obtinendā: xps vicariū suū p̄ visi- onem comouefecit: vt supplicati paupculo et placitū daret auditū et benignuz p̄beret assen- sum: vidit nanq; in somnis pontifex ip̄e roma-

nus lateranensez basilicā ruine fore iā primā quā quidā hō paupcul; et despect; p̄prio dor- so submisso ne caderet sustētabat. **L**ū igit; dei famul; suis cōparuisset cōspectib;: vere ingt; h̄ est ille: q; ope et doctrina xpi sustētabit eccliam vñ p̄cipua deuotiōe repletus: petitioni eius se p̄ oīa inclinauit: atq; illuz speciali sp̄ amore dilexit. **T**ertia visio fuit illa de qua scribitur in vita sc̄ti **D**ominici. dū enī ipse ad urbē p̄ p̄fir- matione sui ordinis se p̄tulisset nocte orās: vi- dit in spū christū in aere exītez et tres lanceas in manu tenentē: atq; p̄ mundū eas vibrantē **L**ui velociter benigna mater occurrēs. **Q**uid nā vellet facere ingiuit: et ille ecce tot; mūdus trib; vitijs est fedat;. supbia. l. auaritia: et luxu- ria. **E**t iō hijs lanceis volo ipm perimere: tunc virgo ad eius genua pedēs ait: fili dulcissime iustitiā tuā digneris t̄pare cū miā: peccatores sustine lōganimitate tua: habeo enī fidelē ser- uum et pugilē strennuū q; vbiq; discurre; mū- dum expugnabit et tuo dñio subingabit: aliūq; seruu; sibi in adiutoriū dabo: q; secū similiter de- certabit. **T**ūc illa sc̄tū **D**ominicū xpo p̄ntauit obrulit et sc̄tū **F**ranciscū: q; xpo vultu placido cōmēdauit. **S**āctus ergo **D**ominic; sociū suū in visione sua diligenter p̄siderās quē aī non viderat: in crastino in ecclia inuentum: ex hijs q; nocte viderat sine indice cognouit: et in eius amplex; et oscula sc̄tā ruēs ait: bñ es soci; me; bñ pariter cures meū: visionē quoq; p̄dictaz sibi p̄ ordinē enarrauit. **E**t ex tunc factū ē eis cor vnū et aīa vna in dño. **Q**uarto p̄bari po- test q; b̄tus **F**rancisc; fuit vocat; a deo ex autē- tica testificatiōe. **D**ñs papa **B**rego; nonus in p̄sa quā fecit de b̄to **F**rancisco q; incipit. caput draconis vltimū sic dicit: vex de xpi latere no- uus legat; mittit i cui; sacro corpe vexillū cru- cis cernit. **E**t dñs **A**lexander papa quartus in p̄uilegio de stigmatib; ita ait: postq; dei fili; victor mortis ad patrē vñ descēderat vehicu- lo p̄pue maiestatis ascēdit mirifice fortitudi- nis viros in p̄firmationē sanctorū diuersis tē- porib; suscitauit. **I**nter alios aut; diebus n̄ris alim; christi p̄fessor apparuit **F**ranciscus signis et virtutib; gloriosus: q; clarissimus pie viuēdi meritis et exēplis: fecūdauit eccliam et caligātia presentis etatis t̄pa fulgoris sui lampade illu- strauit: viam p̄fecte iustitie parans in deserto altissime paupertatis quā ipse currens alacri- ter et exultans: cōtra carnē nudam et demones velud gigas traxit post se de inferorum fauci-

bus: et transfudit ad dñm populū humilē bo-
norum operū sectatorē. ¶ Quinto pbat q̄ be-
atus franciscus fuerit a deo missus ex mundi
cōmōtione: nisi enī illū elegisset de⁹: nō potuis-
set in toto terrarū orbe et ita cito tantaz facere
cōmōtione: nā ad sui sequelam attraxit hoīes
graues et sapiētes. Sicut fuerunt frater Ber-
nardus de quinta valle: miles de assisio: frater
Rufinus canonicus ecclie maioris de assisio.
frater angel⁹ de reate miles et doctor: et alij q̄
plurimi. Et illud mirandū est q̄ suo tpe in ca-
pitulo generali cōuenerūt ultra quinqz milia
fratrū. hoc ita refert Bonauen. in legenda in
ca. de pfectu ordinis pcessu tps multiplicatis
tā fratrib⁹ cepit eos pastor sollicitus in loco scē
Marie de portuncula ad generale capitulum
cōuocare: vbi h̄ oīm necessarioz esset penuria
fratrūqz multitudo ultra quinqz milia cōueni-
rent: aliqñ diuina tñ opitulāte clemētia: et vict⁹
sufficiētia suberat et salus comitabat corpora
et spūalis iocūditas affluebat: insup ad sui de-
uotionē induxit oēm romanā curiā: et flos
reuerendissimos ecclie sancte dei. Innocētius
papa dedit sibi de penitētia pdicāda mādatū
approbauit regulā et laicis oībus fratrib⁹: qui
seruū dei fuerant comitati: fecit coronas par-
nulas fieri: vt verbū dei libere predicarēt: sicut
recitat Bonauen. in legenda in. ca. de insti. reli-
gionis. Et vt cantat in primis vespis ei⁹ festi
cepit sub Innocētio cursūqz sub honorio p-
fecit gloriosum: succedēs his Gregorius ma-
gnificauit amplius miraculis famosum.

¶ Quid quinqz preclarissimis virtutib⁹: quib⁹
floruit bt̄s franciscus. Capitulum. ij.

Secunda excellētia bt̄i francisci dicit vir-
tutalis pfectionis: floruit quidē virtutib⁹
preclarissimis. p̄pterea dicit Joānes illū ascē-
dere. Et reliquis omīssis: quinqz dūtarat i hac
parte virtutes eius: deuote p̄siderabimus.

Prima dicitur pietatis.

Secunda paupertatis.

Tertia austeritatis.

Quarta humilitatis.

Quinta patientie.

¶ Prima virtus bt̄i francisci p̄sideranda di-
citur pietatis: pijsimus nanqz fuit pauperib⁹
et egenis nō solū postq̄ xpm pfecte induit. Sz
etiā dū in habitu vinceret seculari. iō de ip̄o sic
refert dñs Bonauē. Inerat nāqz iuuenis fr̄
scici precordijs diuinitus indita quedā ad pau-
peres miseratio liberalis que secū ab infantis

erescens tanta cor̄ sp̄ius benignitate repleta
rat: vt iā euangelij nō surdus auditor omni p
poneret se petēti tribuere: maxime si diuinum
allegaret amorē. Cū at̄ semel negotiatōis intē-
tus tumultibus pauperē quendā p amore dei
petentē elemosinā p̄ter morem solitū vacuū
repulisset: statim ad cor̄ reuersus: cucurrit post
ipm et elemosina illi clementer ipensa: p̄misit
dño deo q̄ nūqz extunc dū adesset possibilitas
petentib⁹ p amore dñi se negaret. Quod vsqz
oppugnassent: xpiana religio foret extincta. Obmittit quanta facta sint ab inquisitoribus heretice prauitatis: precipue predicatorum et minorum ordinum contra perditissimas hereses manicheorum: arrianorum: legardorum: fraticellorum aliorumque quorum vocabula causa breuitatis subricemus. Et ut parte ista breuius expediam dicimus. Quia scia viros doctos reddit in utroque seculo gloriosos. Nam Socrates magnam nomen adeptus est. de quo Tullius in questionibus tusculanais ait. Socrates primus philosophiam vocauit e celo quam locauit in vrbibus introduxit in domos et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis querere. Et Hieronymus contra iouinianum dicit de socrate. Hunc omnium philosophorum secte tanquam sapientie et virtutis vnicum fontem venerant. Is tamen ut Valerius meminit de his qui humili loco nati clari euaserunt. Adatre obstetricis patre marmorario genitus est. cuius nomen splendet propter sciam. Demostenes insuper princeps oratorum grecie humilimos habuit genitores. Aulus gelius etiam li. ij. noctium acticarum refert quod phedon cuius nomen plato illum librum diuinum de immortalitate anime dedit. seruus fuit emptus a cebe soratico. cuius socius fuit in philosophie disciplinis. ex parte philosophus illustris fuit. Adenippus fuit seruus postea philosophus. Protilius seruus thefastri pipatetici. postea philosophus. Persens cenonis stoici seruus philosophus. Diogenes cinicus seruus et ex seruitute in libertatem venit tandem philosophus. Epictetus seruus postremo philosophus. qui omnes ex philosophis propter peritiam litterarum gloriam sibi amplissimam vendicarunt. Nec solum ipsi qui doctrina pollent clarissimi habent Quinimo ciuitates et regna in quibus rarum studia frequentant miro fulgent decore. Unde Augustinus xvij. li. de ci. dei. ait. Quis athenienses in grecia plurimum claruisse fateatur. Etiam salustius romanus historicus plus tamen fama quam re ipsa. Nam loquens de illis. atheniensium inquit res geste sicut ego existimo satis ample magnifice fuere. verum aliquanto minores quam fama feruntur. Sed quia prouenere ibi scriptorum ingenia per terrarum orbem atheniensium facta per maria celebrantur. Itacorum qui fecerunt virtus tanta habetur quantum verbis potuerunt extollere preclara ingenia. Accedit huic ciuitati non parua etiam ex litteris ex philosophis gloria. quod ibi potissimum talia studia viguerunt. hec ille. In regno vero celorum viri docti fulgebunt quasi splendor firmamenti et quasi stelle in p-

petnas eternitates: ut dicitur Danielis. xij. ca. ioh Hieronymus asserbat. Discamus in terris quorum scientia nobiscum perseuerat in celo. magna itaque scientie et doctrine est excellencia. In qua singularis inuentus est beatus Thomas. Neque tamen viribus ingenij et exercitij illam acquifuit. sed munere diuino post factam quidem professionem suam in ordine predicatorum. Frater Johannes Theutonicus magister ordinis ipsum secum parisiis duxit. deinde coloniam. Vbi sub fratre Alberto magistro in theologia eiusdem ordinis florebat studium generale. Studio autem vacans orationi et silentio quantum poterat adeo se dabat. ut vocarent eum fratres bonem mutum. Cum autem magister Albertus librum dionysij de diuinis nominibus legeret quidam studens tardus ingenio. ad sanctum thomam se contulit ut ei lectionem repeteret. quod sanctus thomas libenti animo fecit non sine admiratione illius. qui mox magistro perspicacitatem ingenij sancti thome reuelauit. Contigit autem illis diebus dictum magistrum disputare quadam questionem difficilem. quam cum frater thomas collectam scripsisset in cedula. et quidam studens casu ipsam ante eius cellulam inueniens magistro alberto ostendit. qui mandauit magistro studentium ut questionem satis difficilem ei committeret de qua in crastino responderet. quam ex obedientia suscepit. Et ad orationem confugit atque in crastino ita respondit ut diceret ei magister frater thoma. Tu non videris tenere locum respondentis sed determinantis. fecitque sibi quattuor argumenta tam subtilissima ut crederet omnino illum conclusum. Ad que cum frater thomas sufficietissime respondisset. dixit magister albertus. Nos vocamus istum bonem mutum: sed ipse tale mugitum dabit: qui sonabit in toto mundo. Tandem cum in breui plurimum profecisset factus fuit baccalarius parisiis. Et ibi parisiis gradum magisterij cum humilitate suscepit. Omni quippe tempore dum legere vel disputare debebat orare solebat deum et hanc orationem dicebat. Creator ineffabilis qui de thesauris tue sapientie nouem angelorum ierarchias nosti. et eas supra celum empirium miro ordine collocasti atque elegantissime partes vniuersi disposuisti. Tu inquam qui verus fons luminis diceris atque supereminens principium infundere digneris super intellectus mei tenebras lumen claritatis et iusticie duplicem in quantum natum sum remoueas prinationem tenebrarum. per te. s.

et ignorantiam. Qui linguas infantium facis
disertas linguam meam crudias et in labijs meis
gram et benedictionem infundas. Da mihi intelli
gendi acumen: addiscendi facilitatem: retinen
di capacitatem: interpretandi subtilitatem: lo
quendi gram copiosam: ingressum instruas:
progressum dirigas. Egressum compleas per
xpm dnm nrm. Amen. Dum itaq; gradu ma
gisterij deberet suscipere: et oroni feruenter
tenderet aliquantulum obdormiuit. Apparuit
aut illi sic dormienti angelus confortans eum
vt magisterium acceptaret. pponeretq; in suo
examine illud publice. Rigans montes de su
perioribus tuis: in fructu operum tuorum satia
bitur terra.

**Qualiter doctrina sancti Thome est satis
utilis: eo qd est copiosa facilis et merito sapien
tibus et insipientibus grata. Capitulum. ij.**

Secunda excellentia scie scii Thome dr
utilitas. Profuit namq; mirum modum ec
clesie dei: eo qd non tm fuit in se sciens. sed alios
docuit predicando et legendo: et vt perpetua fie
rent que docebat scribendi officium accepit. Et
aut scripta triplicem habent conditionem.

Prima dr copiositatis.

Secunda facilitatis.

Tertia gratiositatis.

**Prima conditio eorum que scilicet thomas scri
psit dr copiositatis. Scripsit namq; copiose: tam
ea que spectant ad naturalem vel et morale philosophiam
Sed super omnia res diuinas abundantes notauit.
Scripsit super quattuor libros sententiarum. sum
mam theologie quam in tribus voluminibus com
pilauit. Summam contra gentiles. opus super quatuor
euangelia. Et preter hoc aliam postillam super
euangelia. Super epistolas pauli. super Isaiam
super Ieremiam. super cantica. super iob. super magnam
partem psalterij. Compendium theologie. questi
ones de veritate. quodest de quolibet. quodest de anima
super dionysium de angelica hierarchia. et de diuini
nis nominibus. super boetium de trinitate. et ebdomadi
bus. et de duabus naturis. contra auerrois de
unitate intellectus. et guilelmum de sancto amore
qui dicebat religiosos mendicantes non laboran
tes manibus non posse saluari. Scripsit etiam
officium de corpore christi. Et quod plura opuscula de
diuersis materijs vt in hoc videat de eo tam
stupendum miraculum. Quod vnus homo modico
tempore: tot potuerit subtilitates quoniam et profun
ditates tam subtiliter penetrare stilo tam com
posito et succincto discurrere. Que in tot volu**

minibus reduxit in scriptis. viginti quinque
anni fluxerunt inter eius magisterium et obitum
Obijt namq; anno dñi. M. cc. lxxiiij. pontifi
catus gregoriij. x. anno. iij. Et vite sue anno
xxxvij. septima die marcij. hora matutinali
Et igitur vbertate doctrine sancti thome ma
gnificemus dicere possumus. Quod si omnes libri
philosophie et theologie periret. Et illi quos thomas
scripsit soli reperirent: nunquam lux scientie et ve
ritatis posset extinguui. **Secunda conditio eorum
que thomas scripsit dr facilitatis. hanc enim do
ctrina illa quandam claritatem et ordinem ita suauem
vt absque multa difficultate imbibi valeat. Ne
que propterea est paruipendenda: quia cum facilitate
fit tradita: cum in quolibet genere siue docendi
siue dicendi a cunctis viris doctis facilitas ex
tollat. Inquit enim Licero li. de oratore. Is est
eloquens qui alta humiliter: humilia graui
ter et mediocra temperate dicere potest. In eodem
insuper libro magis comprobare videtur sententias
grauis absque ornatu: quam fucata verba sine sententia
ait ergo. Quid est tam furiosum quam verborum vel
optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis
nulla subiecta sententia: nec scientia. Sunt nonnulli
qui gloriantur si id quod docent aut persuadent:
propter inusitata verba: aut confusas et implici
tas rationes: sub auditoribus cum labore intelli
gant. Contra quos aulus gellius. li. x. noctium
atticorum ita scribit: Verbis vti nouis et icogni
tis durius est: quam verbis sordentibus. Rome
quidam celebratus homo in causis cum apud pre
fectum verbis verba faceret. Et dicere vellet: ino
pem quandam misero victu viuere et surfareus
rodere panem vinumque fetidum potare. hic inquit.
Eques romanus: apud amicum edit: et flores bibit
que verba cunctorum astantium animos prouocarunt
ad risum. ille ei legerat: apud veteres rusticos
frumenti surfareum dixisse. atque flores audierat
piscis voce significare vini fecem viticij ex
pressam. primum verbum legerat in plauto. secundum
apud cecilium in polimenis: quod sibi ad ornamenta
orationum seruauerat. diximus ista vt ostendam
quod sit laudabile sententias subtilissimas cum omni qua
fieri potest facilitate explicare: sicut sanctus
thomas fecisse probat. **Tertia conditio do
ctrine scilicet thome dr gratiositas. Est quippe
vniuersaliter grata doctis pariter et indoctis.
Quod verum esse ego expertus sum in predica
tionibus quas feci in omnibus fere italice ciuita
tibus. nam fauente deo ubique ad me audiendum
populi in multitudine copiosissima conuenerunt****

Quibus pro maiori parte sancti thome: & dñi bonaventure dubia & questiones de diuersis occurrētibus rebus declarauī. Accepi nāq; a patre meo sancto francisco documentū vt annunciarē vitia & virtutes: de quibus nemo vlt abundantius vel melius: vt sic dixerim: thoma differuit. De gestis vō saluatoris nostri iesu xpi: & gratia ac preeminētia virginis matris nullus eo diffusius atq; dulcius locutus est. Quod ipsius benignissimi iesu testimonio indubitabili fuit comprobatū. Nam dum prefatus sanctus in conuentu neapolitano tertiam partem scriberet: nocte quadā ad orandum sicut consueuerat ante pulsationē orologio ad ecclesiam in capellā scti nicholai descendit. Et dū ibi oraret ante imaginem crucifixi. frater dñicus de caserta conuersus: qui erat sacrista: vir vtiq; magne deuotionis & sanctitatis. sanctū doctorem curiosius obseruans: vidit ipsum miro modo in orōne suspensum. Et corpore eleuatū a terra. audiuitq; a crucifixi imagine procedere vocem dicētem sibi. thoma vera de me scripsisti: quam mercedem p labore tuo recipies? Qui respōdit dñe teipsum Quid referam de quattuor euāgeliorū ad matheū. s. marci luce & ioānis declaratione. inspicatur opus illud: qd recte cathena aurea nuncupatur: in quo ipse tam ordinate collegit doctorum tam grecorum q̄ latinorū sententias quas ipse prosequendo pro clarioze intelligentia mirabiliter ampliauit: non mirū igitur: si ego qui minimus sum predicatorum ecclesie dei: tanti doctoris obseruauerim documenta siue predicando siue predicabiles sermones scribendo: s̄m gratiā a dño mibi datam: cum vt predixi videas satis proficere ad veritatis illustrationem atq; consolationem fidelium: scti thome doctrinā sequendo.

Qualiter sctus thomas: nō solū fuit doctus sed virtutibus ornatus: qui mundo spreto religiosus effectus: munde vixit: & vitam felicit consummavit. Capitulum. iij.

Tertia excellentia scientie scti thome dñi sanctitas. parū quidē est imo nihil multa scire: multa cognoscere: multa docere: nō solum nature secreta: & proprietates elementorū astrozūq; motus: sed etiā fidei rudimēta: nisi bene beateq; viuatur. Ideo beatus iacobus dicit solebat. Scientia acquisita mortal si da ferita si non sera vestita de core humiliato. sanctus vō Augustinus in principio conuer

sionis sue. dum audiuit famam: antonij magni. vt scribitur in libro confessionum exclamando dixit. Surgunt indocti & rapiunt regnum celorum. Nos autem cum nostris doctrinis demergimur in profundum: que omnia considerans thomas gloriosus dedit operam vt simul cum doctrina fulgeret in ipso sanctitas vite. Potest vō sanctitas eius potissime ex tribus monstrari.

Primo ex mundi despectione. Secdo ex religiosa conuersatione. Tertio ex finali consumatione.

Primo monstrat sanctitas thome ex mundi despectione. desperit quidem mundam & omnem pompam eius vt xpm lucrifaceret: q̄ liter vō id expleuerit: audiamus ea que in eius legenda scribuntur. Adic nāq; ex nobili prosapia domitorum de aquino originem duxit patre landulfo: & matre theodora nuncupatis dum vō mater puerulum nondum natum gestaret in vtero. Quidam heremita bonus re & nomine dei reuelatione ei predixit: qualiter filium esset paritura quem thomam vocarent: & qui ordinem fratrum predicatorum esset ingressurus: in quo ita proficeret: q̄ suo tempore tam in scientia q̄ in virtute: vix parem haberet. nato igitur infante cum ingenti parentum letitia quod heremita predixerat iam visum est fuisse impletum. dum quintum attigisset annum missus fuit a parentibus ad monasterium montis casini vt ibi sub speciali vita imbueretur litteris & moribus. abbas monasterij videns in puero post paruū tempus ingenij subtilitatem: consuluit patri suo domino landulfo vt eum neapolim mitteret ad studendum. Sicq; factum est. & ibi neapoli sub magistro martino grammatice: & sub magistro petro de hibernia logice operaz dedit. adultus autem ordinem predicatorū intravit quod vt mater audiuit que erat in rocca sicca: festina neapolim accessit: vt filium in seruitio domini confortaret. fratres vō propositum eius ignorantes timentesq; ne filius materna pietate turbaret: ipsum romam miserunt. at ibi mater eam secuta est. quem fratres inde fugauerunt: parisijs tentantes illum destinare de quo mater turbata ad filios suos qui erant cum imperatore in castro aque pendens misit nunciū specialem: mādana eis q̄ thomam suum filium: fratrem ipsorū: quē fratres predicatores fugabant q̄rerent: ita vt

eū in suis haberent manibus: qui obtenta ab imperatore licentia p vias miserunt famulos tandē cōtigit illos predictū frēm suū iuxta cuiusdā fontis irrigua quiescentē: cuz quattuor fratribus dicti ordinis inuenire: quē cōfestim matri transmiserunt. ipsa v̄o eū custodiri fecit in carcere: vsq; ad filioꝝ aduentū. Et interim vt expiret voluntatē eius: monuit eū ⁊ mone ri fecit: vt habituz deponeret. Ad qđ thomas nunq; consensit. In carcere sic existens: bibliā totā legit ⁊ textum sententiaꝝ ⁊ cōpilauit tractatū fallatiā. Et quandā suā sororeꝝ ad dei seruitiū induxit: que monacha sc̄i benedicti facta est: venerunt tandē fratres sui: qui tenta uerunt eū verbis suasionis: iniurijs: ⁊ lacera tione habitus: a suo sancto proposito remoue re: nec valuerunt: introduxerunt postmodum pulchram puellā ornatā habitu meretricio vt eū molliret. Quā expulit indignanter. Et in tactus remanens signo crucis se muniens cū lacrymis obdormiuit: tūc duo angeli apparu erunt sibi: ⁊ stringentes ipsū in lūbis dixerūt. Ex parte dei te cingim⁹ cingulo castitatis qđ nulla possit diabolica impugnatione dissolui itaq; verbo virginitatis donū in se confirma tum accepit: stetit p̄ bienniū carceratus: quem vltimo mater dissimulata custodia abire per misit: de fenestra castri p̄ funē vbi parati erāt fratres predicatorēs: quē susceptū cū gaudio: neapolim duxerunt. ¶ Sc̄do monstratur san ctitas beati thome: ex religiosa conuersatione a principio quippe vsq; ad finē adeo laudabi liter ⁊ sancte cōuersationis fuit: vt nihil in eo reprehensibile potuerit inueniri. fuit equidez humilis deuotus: pius: sobrius: temperatus: ⁊ virgo purissimus: non solū corpore: sed etiam mēte. frater raymūdus seueri: qui parisijs in confessione: thomā audiebat: iurauit. qđ in se ptem annis quibus fuerat secū in studio ⁊ au dierat eum in confessione. qđ nunq; consensit in aliquā cogitationē carnalem. Quidā alius frater petrus nomine: qui in extremis confes sionem suā audierat: generale in predicatione sua ad pplū testimoniu referens sue laudis dixit. qđ sua confessio fuerat sic pura ⁊ mūda a carnis cōtagione sicut cōfessio vnius pueri paruuli. Idem testatus est frater bernardus socius ei⁹ qui eum adhuc in confessione audi uerat. Cui puritati tota vita sua testimoniu; p̄hibuit veritatis que sic fuit virtutū actibus vedita vt nullus contrarijs morib⁹ possit esse

collapsa. naz verisile de eo cōptū ē. ¶ noctur no tpe hūane deputato quieti: post breuē som num in orōne prostratus: impetrabat qđ di ctando vel scribendo docebat. Et preter illud tempus modicū qđ somno vel refectioni pro valitudine corporis indulgisset: reliquū temp⁹ orōni lectioni dictamini: vel scribendis volu minibus occupabat: vt nullū tempus esset va cuū: quod non foret sancta actione repletum. ¶ Tertio monstrat sanctitas beati thome ex finali cōsumatione vt enī Quidius in li. me thamorphosios cecinit. vltima semp̄ expectā da dies hoī: dicitq; beatus: ante obitū: nemo su premaq; funera. Felix itaq; transitus thome vltimiq; diei cōsumatio fuit: mō qui sequit. Cum sūmus pontifex gregorius decimus ge nerale cōciliū induxisset celebrare lugduni ad qđ greci cōuenire debebant mandauit fratri thome vt contra errores grecorum de quibus erant in concilio cōuincendi opus quod fece rat de mandato sui predecessoris v̄bani pape ad conciliū secum deferret. Quod cum execu tioni vellet mandare. frater paulus de aquila existens neapoli: vidit in somnis nocte prece dente diē quo dictus doctor debebat iter arri pere: bñ paulum ingredientē: scholas dicti doctoris: cui cū occurreret interrogauit ipsuz si bene exposuerat suas eptas: qui dixit ei bñ exposuisti. Sed tempus est vt mecum venias ad patriā: vbi melius intelliges. Et trahens ipsum p cappam videbatur ipsuz secū ducere quē thomas libenter sequabatur: tunc frater paulus clamans in somnis dicebat: succurrite fratres qđ frater thomas recedit. Et cū dicto clamore euigilans oīa alijs fr̄ibus enarrauit ipse v̄o sanctus thomas iter inchoans iuit p campaniā versus romā. Informatus autē in itinere diuertit ad monasteriu fosse noue quod cuz ingrederetur dixit. hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo qm̄ elegi eam. Cum v̄o cepisset grauius infirmari petijt sa cramenta ecclesie: cunq; depositatum fuissent illa accepit: ⁊ post modicum cum laude ⁊ bene dictione dei sancta illa aīa faciliter discessit a corpore que ab angelis ad superos fuit delata ipsum v̄o corpus in eodem monasterio sepul tum honorificentissime: ad cuius exequias multi nobiles ac religiosi tam predicatorēs qđ minores ac alij conuenerunt: nec defuit ibi virtus diuina in miraculorum operatione quando superior dicti monasterij patiens in

3. 2. prude

oculis cōmendansq; se thome liberatus est. Et qdā frater petrus: qrtanā patiens: meritis hui⁹ sanitatē recepit. sicq; ⁊ alij plurimi bñfi cīa sanitatis impetrarūt. igit̄ hunc sc̄tūm pio vengeremur affectu. qui nūc in celis cū xp̄o leta tur p̄ infinita secula seculoz. Amen.

¶ Sermo quadragesimus octauus de sancto nicholao famosissimo confessoze

In diebus suis pla:

cuit deo. ex lib. ecclesiastici assumit mī hec verba sc̄tā ecclesia origina liter ibi .xlviij. ca. descripta. maxi mo otio sūmoq; studio vnusq; laborare d; vt placeat in oibus vijs suis altissimo creato ri nro qm̄ eos qui student suā volūtatē imple re ⁊ in hoc cōplacere maiestati sue: nō soluz in futura immortalī vita. verū etiā ⁊ in p̄nti secu lo: sublimiter magnificat ⁊ exaltat. quis nā ex plicare queat quanta sit beatissimi nicholai gloria. nō solū in illa societate sc̄toꝝ vbi par ē pfecta: ⁊ possessio secura indeficiētis boni sed adhuc in ecclesia militante: vbi. spe currimus ad hereditatē. pmissā. vbiq; pfecto celebre est nomē sc̄tissimi nicholai. vbiq; illius miracula fulgēt vbiq; tādē a fidelib⁹ deuotōe singula rissima colit̄. qz vero ei⁹ hodierna die festū ce lebraf. equū cē censui ad ei⁹ ingentes amplissi masq; laudes porandas cū dei adiutorio oēm dare operaz. de quo dicunt̄ verba in themate posita qz in diebus suis placuit deo. Et h̄ hoc fuerit pp plurimas virtutes suas tñ ex illis tres precipuas colligemus quas explicare si gillatim curabimus.

- Prima dī prudentia spūalis.
 - Secda misericordia proximalis.
 - Tertia obseruantia pastoralis.
- ¶ Qualiter bt̄us nicholao placuit deo ppter prudentiā spūalem qua spreuit terrena ⁊ cele stia concupuit. Capitulum .j.

¶ Prima bt̄i nicholai virtus q placuit deo dī prudentia spūalis. de hac dixit sapiēs Proverbioꝝ. iij. ca. In oī possessione tua ac quire prudentiā Et. xvi. ca. acquire pruden tiā qz preciosior est argento. Et xp̄s Adathei .x. ca. Estote prudētes sicut serpentes. est autē hec prudentia vt docet Aristo. in. vi. Ethico. Recta rō agibiliū: qua hō in quibuscūq; agē dis finē cōsiderat: atq; ad illū media cōueniē tia accomodat ⁊ disponit. qz vt Boetius inqt in. ij. de cōsolatione. qd ante oculos sitū est nō

sufficit intueri. rerū exitus prudentia metitur tñ vt ait Tho. sa sc. q. xlvij. triplex prudentia distingui potest.

- Prima est falsa.
- Secda vera.
- Tertia perfecta.

¶ Prima est prudentia falsa p similitudinez dicta que in malis ⁊ peccatoribus reperitur. ⁊ de hac xp̄s Luce. xvi. ca. dicit. filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatiōe sua sūt ⁊ paulus ad Romanos. viij. ca. Prudentia carnis mors est. Cū enī prudens sit qui bñ dis ponit que sunt agenda ppter aliquē bonū fi nem. Ille qui propter aliquē malū finē aliqua disponit congruentia illi fini habet falsā pru dentiā inquātū illud qd accipit p fine. non est verū bonum sed fm similitudinē. sicut dī alv quis bonus latro. hoc enī modo potest fm si militudinem dīci prudens latro. qui puenien tes vias inuenit ad latrocinandū. ¶ Secda est prudentia vera. sed imperfecta. q inuenit vias accomodas ad finē bonum sed est imperfecta dupliciter. Vno modo qz illud bonū quod ac cipit pro fine nō est cōmunis finis totius hu mane vite. sed alicuius specialis negocij puta cū aliquis adinuenit vias accomodas ad na uigandū vel negociandū dicit prudens nauta vel negociator. Alio modo prudentia dī imp fecta qz deficit in principali actu prudētis. pu ta cū aliquis bñ cōsiliat ⁊ recte iudicat de his que pertinent ad totam vitam. sed nō efficaci ter percipit. ¶ Tertia est prudentia vera ⁊ p fecta. Et hec est que recte consiliatur ⁊ recte iu dicat ad bonum finem totius vite ac etiam p cipit. Et hec in solis bonis reperitur. de hac di cit sapiens Proverbioꝝ. i. ca. Prudentia seruabit te vt eruaris a via mala. hec autē in paucissimis reperitur. qm̄ oēs pro maiori pre solliciti sunt de terrenis ⁊ tpalibus bonis. de quibus dī Baruth. iij. ca. Exquisierūt prudē tiam q de terra est. Et de celestibus aut nulla aut modica est illis cura. Hi sunt qui in die iu dicij videntes electos ⁊ amicos dei affluere oī bonorum copia. Et seipsos considerātes eter nis fore deputatos supplicijs dicēt illud Sa pientie. v. ca. Nos insensati vitam illoz estī mabamus insaniam: ⁊ finem illorum sine bo noze. Ecce quomodo computati sunt inter fi lios dei ⁊ inter sanctos sors illorum est. Pro pterea beatus Nicholaus prudētiam veram spiritualem ⁊ perfectam sectatus est. nam ex

diuitibus & sanctis parentibus originē duxit
Eius pater epifanius mater ioāna ex ciuita
te patere ciues cū in primo iuuentutis sue flo
re eum genuissent cōtinenter viuentes celibē
vitam duxerunt. Die prima die dū balnearēt
erectus stetit in pelui. insup quarta & sexta fe
ria semel tm̄ suggestat vbera. Factus autez iu
uenis alioz iuuenū deuitans lasciuas eccle
siarū poti⁹ terebat limina. Et quicqd̄ ibidē de
sacra scriptura itelligere poterat memori re
tinebat. Parentibus No defunctis non cogi
tauit vxorē ducere non multiplicare diuitias
nō satisfacere corporis voluptati: sed qualiter
tanta diuitiaz copiam: nō ad laudē humanā
sed ad laudem dei dispensaret: vt sic thesauri
cāret thesauros in celo: iuxta preceptū saluber
rimum nr̄i saluatoris Adathei. vi. ca. Nolite
inquit thesaurizare vobis thesauros in terra
vbi fures effodiūt & furāt: thesaurizate vobis
thesauros in celo quo fur nō appropiat neqz
timea demolit. Ad bona igit̄ sempiterna dedi
cauit aīz & p̄ illis adipiscendis oēs adhibuit
diligentiam.

Qualiter sc̄tus nicholaus ex misericordia
subuenit ciui pauperi qui tres filias nupti
tradidit p̄pter elemosinā quā nichola⁹ fecit:
Capitulum. ij.

Secunda b̄ti nicholai virtus: qua placuit
deo: d̄r misericordia proximalis. de hac
redemptor mūdi dixit. Adathei. v. ca. b̄ti mi
sericordes qm̄ ipsi misericordiā consequentur
Hanc Hiero⁹ cōmendauit in ca. qui clemen
tiam. lxxxvi. di. vbi ait. Qui clementiā non h̄z
nec indutus est viscera misericordie q̄uis spi
ritualis sit nō adimplet legez xp̄i. Et Ambro.
eadem di. ca. in singulis inquit. Ad misericordia
cōmunis est vsus: id cōmune preceptū oibus
officijs: omnibus etatibus necessaria: & ab
oibus descrenda. Non publicanus: nō miles
excipit: non agricola: n̄ vrbannus diues & pau
per oēs in cōmuni admonent: vt cōserant nō
habenti. Hanc misericordiā in se fuisse b̄tis
nicholaus apertissime demonstrauit: dum ele
mosinā indigenti & in extrema necessitate po
sito puicinio suo benigne tribuit: habebat ille
tres filias virgines q̄s p̄ inopia, p̄stituere co
gebat vt sic infamī eaz cōmercio aleret. Quō
vt ad aures v̄ri sancti deuenit scelus abhor
ruit: & in massam auri panno inuolutā in domū
eius p̄ fenestram clam piccit clamqz recessit.
Adane surgens bō massā auri reperit: & deo

gr̄as agens primogenite nuptias celebravit:
Inde ad aliq̄s dies sine opus: dei famulus egit
Quō rursū ille reperies & in laudes imensas p̄
rumpens de cetero vigilare p̄posuit: vt sciret
quis esset qui sue inopie subuenisset. Post ēz
paucos dies duplicatā auri massam in domū
proiecit. Ad cui⁹ sonitū ille excitatur: & nicho
laum fugientē insequit taliqz voce alloquitur
siste gradū neqz aspectui non subtrahas meo:
Et accurrens velotius Nicholaum hunc esse
cognouit. Ador humi prostratus osculari vo
lebat pedes eius: q̄ ille refugiens ab eo petijt
ne factū alicui quādiu viueret reuelaret. In
hac No elemosina obseruauit Nichola⁹ tres
illius conditiones necessarias.

Prima conditio qz fuit prompta.

Secda qz fuit copiosa.

Tertia qz fuit secreta.

Prima conditio illius elemosine fuit p̄mpta
qz non multis precibus data vel impetrata.
Inquit Seneca libro de beneficijs. Ingratū
est beneficium quod diu inter dantis manus
hesit. Et idem. Nulla res carius emitur q̄
que precibus empta est. Et h̄z deo grata sit ele
mosina que datur pauperibus illam petenti
pus. Gratissima tamen est conspectui suo cū
tribuitur pauperi: & egeno: p̄e verecundia pe
tere non audenti. Et hoc ait Ambrosius li. i.
de officijs. Sunt multi qui malunt miseria ta
cite egestatis astringi q̄ publica petitione
confundi: hi querendi sunt & adiuuandi: vt p̄
hoc amplius gaudeant: q̄ paupertati p̄sulant &
pudori. Secda cōditio illius elemosine fuit co
piosa. qm̄ tantū dedit quantū sufficere iudica
uit p̄ puellis virginibus maritandis. fm̄ con
stitutionē Thobie. qui. iij. ca. ait. Si multum
tibi fuerit abundanter tribue. Tertia condi
tio fuit secreta. qz obseruauit documentū sal
uatoris nostri qui Adathei ca. v. dixit. Cū fa
cis elemosinā noli tuba canere sicut ipocrite
faciunt. o quanta repiditate his sp̄ibus ducū
tur mortales in quibus charitas non solū fri
guit. Sed vt videt̄ penitus est extincta: oēs q̄
sua sunt querunt oēs tm̄ seip̄os diligunt: qui
re vera etiā gentiliū voce cōfundi merito pos
sunt. inquit Seneca ad lucillū. nō potest q̄s
beate degere: qui se tm̄ intuet̄ qui oia ad utili
tates suas p̄uertit: alteri viuas oportet: si vis
vivere tibi. Et idē in li. de beata vita. Ubicū
qz homo est beneficio locus est. Et Quindias
libro de ponto. Regia crede mihi res est sue

currere lapsis. Cōueniens boi boiem seruare voluptas: sed preter voces & documenta paganorum: assunt nobis xpi & sanctorum monita pariter & exempla: inter que vnum qd de bto nicholao iam prediximus notabile valde est ac singulare.

Qualiter beatus nicholaus obseruauit officiu boni pastoris: circa regimen aiarum promotus ad tpalē dignitatē ex voluntate dei.

Capitulum. iij.

Tertia virtus qua placuit deo almus confessor nicholaus di obseruantia pastoralis: obseruauit qdē officiu pastoris boni circa curā & regimē aiarum: qd ostēdimus tripliciter.

- Primo in sua promotione.
- Secdo in pauperū subuentione.
- Tertio in populi doctrinatione.

Primo ostendim⁹ btm nicholaū fuisse pastore bonū in sua promotione. non enī promotus fuit ad epalem dignitatē prece vel precio vt fieri solet tpiibus his malignis: sed cum humilitate acceptauit onus regiminis vocatus ad illud ex dispensatiōe diuina. hodierna No die nullus pmouet inuitus: imo ecclesiastica beneficia & dignitates non nisi importune petentibus dispensant. Ex quo facti sunt hoies ambitiosi: & dū suscipiunt cathedrā pastorale non nisi de terrenis & transitorijs curant. S; audiant id qd Criso⁹ scribit di. xl. ca. multi in fi. Quicūq; desiderauerit primatū i terra inueniet confusionē in celo: nec inter seruos xpi computabit qui de primatu tractauerit. Ad btm itaq; nicholaum redeuntē cōsideremus qualiter epalem honorem suscepit defuncto qdem epō mirree ciuitatis: vbi ipse morabatur cōuenerunt epī cōuicini illi ecclesie de epō promissuri. Aderat inter eos quidā magne auctoritatis ep̄s. ad cuius electionē oim snia dependebat. cum ergo cunctos ieiunijs & oronibus insistere monuisset: nocte illa vocē audiuit dicentem sibi: vt hora matutinali fores ecclesie obseruaret: & quē primū ad ecclesiā cui nomē est nicholaus: venire conspiceret ipsū in ep̄m cōsecraret. hoc ergo & alijs reuelans ep̄s ammonuit vt oēs oroni insisterent & ipse pre forib⁹ excubaret. Et ecce hora matutinali quasi a deo missus ante oēs ad ecclesiā nicholaus pperauit: quē apprehendēs ep̄s dixit ei: qd tibi nomē est: ille vt erat colūbina simplicitate plenus. inclinato capite inquit vestre sanctitatis seruus nicholaus: quem in ecclesia ducens lz

plurimuz renitentem: in cathedra collocauit: neq; in hoc reprehensibilem ipsam quispiam iudicet qui passus est in cathedra collocari cū agnouerit hoc ex dei voluntate prouenisse. Et cum ab ep̄iscopis ibidem congregatis rationabiliter cogereretur. Nam vt scribitur. viij. q. i. ca. in scripturis. Si is qui valet oipotētis dei oues pascere renuit: ostendit se summum non amare pastores. Acceptato itaq; a nicholao pontificatus officio sectabatur in omnib⁹ humilitatem: morū grauitatem: peruigilabat in oratione corpus macerabat: mulierū vitabat consortia: affabilis in suscipiendo: efficax in loquendo: alacer in exhortādo: seuerus in corripiēdo. Et vt in cronicis legitur. fuit tempore constantini secundi filij constantini magni. Et iulij pape qui congregauit sinodum apud niceam trecentoz decez & octo patrū arrium de qua scribit. xv. dif. ca. canones. Et ibi fuit nichola⁹: eius tpe floruerūt Eusebius ep̄s vercellensis. Illaris ep̄s pictauiensis. Antonius magnus. & Adacharius. Secundo ostendimus beatissimum nicholaum fuisse pastorem bonum in pauperum subuentione. naz vt dicit Hiero⁹ ad nepotianū & ponif in decretis. xij. q. ij. ca. gloria. Gloria ep̄i est pauperū opibus puidere ignominia sacerdotis est pprijs studere diuitijs. Et i ca. aurū. xij. q. ij. Ambro. ait. aurū h; ecclesia nō vt seruet sed vt erogat. Ex B scitissimus nicholaus de paupibus specialiter curā suscepit ob qd pijsimus deus mensurā tritici ab eo suscepti miraculose suppleuit. Quodā nanq; tpe totam prouinciam sancti nicholai: fames valida pertulit: ita vt oibus deficerent alimenta. Audiens autēz vir dei naues onustas tritico applicuisse portui illuc statim pficiscitur. Et rogans nautas vt saltem in centū modijs per quālibet nauē fame periclitantibus subuenirēt. cū illi respōdissent non audemus pr: qz mensuratū alexandrie oportet in horrea impatoris nos reddere sanctus inquit facite nūc qd dico. Et vobis in dei veritate promitto q nullā minorationēz habebitis apud regiū exactorē. Qd cū fecisset & eandē mensurā alexandrie quā acceperant reddidisset ministris imperatoris miraculum referunt: & deū in suo famulo magnifica laude attollant. frumentū autem vnus cuiusq; indigentiam vir dei distribuit ita vt miraculose duobus annis non tm ad victum sufficeret sed etiam abusum seminis abundaret.

Tertio ostendimus beatum nicholaum fuisse pasto-
rem bonum in populi doctrinatione. non enim ne-
glexit populum sibi subiectum pascere cibo spirituali
quinimo cum regio illa idolis deseruisset. ad-
huc post conversionem ad christum populus nephan
de diane adhuc deseruiebat. Et sub quadam
arboze illi consecrata quosdam ritus gentium ex-
ercebat: quem ritum de omnibus finibus vir dei
expulit ipsamque arbozem percidi mandauit. Tandem
in perseverantia bonorum operum feliciter ad
christum migravit. Et ut scribitur in eius legenda
ante alicuius angelos ad se venientes vidit
Et dicto psalmo. In te domine speravi usque. in ma-
nus tuas domine commendo spiritum meum: tradidit
spiritum. anno domini. ccc. lxxij. ubi apud terri-
genas celestis audita est melodia. Corpore itaque
honorifice in tumba marmorea repositum fuit:
quod tandem barum translatum fuit. anno domini. M.
lxxxvij. **D**igitur felix anima nicholai: que peracto
huius brevis temporis cursu: tandem celestia regna
petiuit. ibi commundet christo et omnibus electis per in-
finita secula seculorum. Amen.

Sermo quadragesimus nonus de tribus pri-
uilegijs beati stephani protomartyris: que
cooperante christo cum gloriosum fecerunt.

Ideo celos apertos

et iesum stantem a dextris virtutis
dei. Scribuntur hec verba Actuum
vij. ca. et in epistola presentis solenita-

tis: in tribulatione positus ac laborantibus quibus-
cunque pro diuino amore: nunquam deest auxi-
lium supne gratie: qua fit: ut quecumque ardua
et difficillima non solum non moleste: sed equo animo
ac iocundissimo ferant. nihil enim terribilius est
morte: quam tamen amici dei etiam violentas passi
sunt pro christo gaudentes. Ecce in promptu oc-
currit nobis exemplum stephani protomarty-
ris: qui in etate florenti lapidationis martyrium
patientissime tolleravit: cui cum ex debito te-
neamur honorem quem possumus exhibere:
ut sic valeamus interuenientibus eius meritum vite
ipsius imitatores fieri: hodierna die ad illum ser-
monem vertemur: qui vidit christum stantem a dextris
dei paratissimum ad eum adiuvandum: put ipse retu-
lit in verbis a nobis premissis. In quibus tria beati
stephani privilegia distinguemus: que cooperante
christo eum celeberrimum gloriosissimumque ostendunt.

Primum de gratia.

Secundum victorie.

Tertium glorie.

Qualiter beatus stephanus fauente diuina
gratia superavit: superbiam: auaritia: et luxuriam

Capitulum. j.

Rimum privilegium beati stephani de gratia
de quo sic dicitur Actuum. vi. ca. stephanus
plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia
et signa magna in populo. Fuit equidem in eo
gratia: qua tria principalia peccata ad que cetera
reducuntur superavit. Primum fuit superbia.
Secundum auaritia. Tertium luxuria. de quibus Jo.
primo canonice. ca. ij. ait. Omne quod est in mun-
do concupiscentia carnis est: aut concupiscentia
oculorum: aut superbia vite. Superbia namque
superavit per virtutem humilitatis. Luxuriam per
virtutem castitatis. et Auaritiam per virtutes pau-
pertatis. Primum fuit humilis in honore sibi
ab ecclesia exhibito. Nam ut scribitur Actuum. vi.
ca. Ipse fuit unus imo primus ex septem diaconibus
ab apostolis ordinatus in misterium. Cum enim cresce-
ret multitudo credentium apostoli decreuerunt eli-
gere septem: qui preessent administrationi temporalium
ut ipsi vacarent verbo diuino. Et elegerunt ste-
phanum virum plenum fide et spiritu sancto: et philippum
et prochorum: et nicanorem: et timonem: et pimenam: et
nicholaum aduenam antiochenum. In qua electione
et honore sibi exhibito stephanus humiliter se
continuit quod quantum sit laudabile cum quis in di-
gnitatibus et honoribus non tumescit. per ex ver-
bo sapientis: qui ca. iij. Ecclesiastici ait. Quan-
to maior es humilia te in omnibus: quod Cicero in
primo de officijs elegantissime retulit. In rebus
inquit etiam prosperis superbia fugienda est et
arrogantia. nam ut aduersas res sic et secundas
imoderate ferre leuitatis est. Secundo beatus ste-
phanus superavit luxuriam per virtutem castitatis
nam dicitur de eo quod fuit vir boni testimonij et mun-
dissime fame. hoc vero expleri non potest absque au-
xilio diuine gratie: quia ut ait Augustinus in li. de agone
christiano. Inter omnia christianorum certamina: du-
riora sunt prelia castitatis. ubi quotidiana pu-
gna et rara victoria. Tertio superavit auaritiam
per virtutem paupertatis. nam fuit plenus fide. Sup-
que verba inquit Augustinus. qui veram fidem habent
de deo: non cupiunt in his miseris diuites fieri
Sed plerique obstinatione voluntaria in suis
peccatis commorantes excusare suam prauitatem
saturant asserentes non posse virtuose vivere:
quia ipsis deus non porrigit gratiam suam: quibus
respondemus quod gratiam ad salutem neces-
sariam deus non denegat: nisi his qui illam ha-
bere nolunt. Ideo Ciprianus in epistola ad donatum

ait: profluens largiter spūs nullis finibus premit: nec vllis coercentibus claustris intra certa metarū spatia refrenat: manat ingiter exuberat affluenter: nrm tñ pectus fitiat & pateat quātum illuc fidei capacis afferimus tātū in de grē mundātis haurimus. hec ille. Igit̄ vt inquit Aristo. in lib. de causis. prima cā inest oibus rebus fm dispositionē vnā non tñ oēs eā recipiunt fm eādem dispositionem: grē & aliqui grām nec in minimo hnt qz illā hre cōtemnunt: & loquor de grā gratum faciente: quidā grām hnt seruātes in charitate diuina mādara. Alij aīo seruēntiores q̄z primi ad ob seruātiā consilioꝝ ascendūt: quare grā maior esse pōt in vno q̄z in alio. vnde Aug⁹ ad dar danū ait. In quibus habitat deus non equaliter habitat. Et idem ad bonifaciū grā meret̄ augeri. qd̄ fm Alexandrū in tertio intelligendū est de magnitudine & augmento fm quātitate virtualē. nō fm quātitate dimensiuā.

¶ Quare vicit bt̄s stephanus cū adiutorio dei tria prelia in quoz quolibet affuit sibi diuinū auxilium. *Capitulum. ij.*

Ecūdū priuilegiū bt̄i stephani dr̄ victorie. vicit equidē cū adiutorio diuino malos hoies cū persequentes: mos nanqz maloz est bonis & virtuosus molestiā inferre. qz fm phoz sniam tria simul stare non possunt: sed mutuo se expellunt vt docet Aristo. x. methaphisice & in predicamentis. Sicut calidū non stat cū frigidū: aut albū cū nigro siue tenebra cū lumine. iō. xiiij. q. iij. ca. qui fm carnē. Hiero⁹ ait. Qui fm carnē natus est p̄sequatur spūalē: nunqz vo spūalis carnalē p̄sequit̄ sed ignoscit quasi rustico: surrexerunt ergo viri magni p̄ stephanū pcurantes mortē eius: interueniente triplici prelio.

Primū fuit disputationis.
Secūm accusationis.
Tertiū cōminationis.

¶ *Primū* fuit preliū disputationis. d̄ quo dr̄ surrexerūt aut quidā de sinagoga que appellatur libertinoꝝ a regione sic nominatoꝝ s̄z Nicholau de lra. & cirenensū a cirene ciuitate. & alexandrinoꝝ ab alexandria metropoli egypti & coꝝ qui erant a cilicia & asia: q̄ sūt regiones p̄pinque indee. disputantes cū stephano in quo prelio datus est sibi spūs setūs qui sibi facundiā ministravit. fm xp̄i p̄missū qui Luce. xxi. ca. dicit. Ego dabo vobis os & sapientiam cui nō poterūt resistere aduersarij vri

Ex hoc dr̄ de stephano. nō poterant resistere sapientie & spiritui qui loquebat̄. **¶** *Secūm* preliū fuit accusationis. videntes enī iudei q̄ disputando succubuerunt callide submiserūt duos falsos testes: qui eū in iudicio accusarēt dixerūtqz eum blaffemasse deū moysen tabernaculū & templū: que oīa potentissime confutauit. Et dum loqueret̄ affuit sibi diuinū auxiliū qm̄ intuentes in eū oēs qui erant in consilio viderunt faciem eius tanqz faciem angeli quibus ipse declarauit magnificando deum. legem moysen: & templū de deo dixit: ipsū fuisse locutus patribus qui est deus glorie. de moysē. q̄ amicus dei fuerit. de lege q̄ fuerat a deo data d̄ templo q̄ instructū fuerat ex diuino precepto. **¶** *Tertiū* preliū fuit cōminationis. nā cū stephanus fuisset multa locutus q̄bus iudei d̄dicere non valebant: audientes q̄ dicebant: dissecabant̄ cordibus suis & stridebant dentibus in eum. Tunc videns imminere sibi de proximo mortē: intendens in celum vidit gloriā dei & ait. Ecce video celos apertos & iesū stantē a dextris virtutis dei. **¶** *Dic* dubitatur a quibusdā vtrum visio beati stephani fuerit mēnalis aut imaginaria vel corporalis. Aliqui dicūt q̄ fuit mēnalis tm̄: ita q̄ ex grā speciali fuit concessū stephano videre non solum humanitatē xp̄i sed etiā deitatē. Sicut & paulo de q̄ dic̄ Aug⁹ ad paulā de vidēdo deū q̄ sibi fuit concessū videre diuinā essentiam eo q̄ erat doctor gentium & moysi qui fuit doctor iudeoz. Et hoc videt̄ dicere quedāz glo. sup̄ locū istū que talis ē. quidā electoz adhuc in hac vita detenti mūdato cordis oculo videre meruerunt gloriam dei: vt hic stephanus & paulus ad tertū celum raptus. Sed hoc dictū non videtur sufficiens. quoniam vt doctores dicunt visio diuine essentie non est cōcessa alicui in vita presenti: vtenti sensibus exterioribus nisi hoī xp̄o. vnde & paulus non dicit̄ deū sic vidisse: nisi in raptu ab istis sensibus. stephanus autem non videt̄ tunc fuisse raptus sed magis vtens sensibus: nam loquebat̄ iudeis audientibus. Alij opinantur. q̄ fuit visio imaginaria: ita q̄ in eius imaginationem fuerunt effigies diuinitus formate ad representandum deum: & hoīem xp̄m. sicut legitur de Isaiā ca. vi. q̄ vidit dñm sedentem super solium & mente cognouit significatum illius: ita & stephanus habuit visionem imaginariam: & agnouit significatum illius representationis

Et sic certum ad hoc fuit non solum imaginaria visio sed etiam mentalis sicut visiones prophetarum. Et non est dubium quod potuit sic fieri: sed ex modo loquendi scripture videtur quod fuerit corporalis quod dicitur intendens in celum vidit gloriam dei. Propter quod aliqui dixerunt quod visus stephani fuit a deo fortificatus in tantum quod vidit iesum existentem in celo empirreo celos acutie visus penetrando: sed istud non videtur posse stare: quod sic visus fuisset extramittendo ab oculo: et non intus suscipiendo ab obiecto quod improbat philosophus libro de sensu et sensato. Propter quod ut refert Micho⁹ de lira super hoc passu probabilius videtur dicendum quod a corpore christi existentis in celo fuit imutatus oculus stephani ad visionem humanitatis christi. nam in parte eius est quod corpus eius sic videatur a longe sicut de prope. Et forte idem est de quolibet alio corpore glorioso. quod totaliter est subiectum anime propter quod videtur quod ad nutum eius possit imutare visum indifferenter a longe et de prope. Sicut in parte eius est quod immutet visum et videatur in propria vel in aliena effigie. deitate vero videre non potuit isto modo: sed sicut in visione imaginaria formatur in virtute imaginativa aliqua effigies ad representandum deum ut dictum est. Ita exterius potest diuinitus formari ad imutationem corporalis oculi sicut suo modo fit in apparitione angelorum qui apparent in corporibus assumptis que corporaliter videntur: ita aliqua effigies corporalis non a deo assumpta: sed formata potest ipsum representare oculo corporali. Et sic probabiliter absque ulla contradictione potest dici. Quod sic fuit in visione stephani. mentaliter tamen cognouit quod illa effigies non erat ipsa deitas nisi tamen representatiue. Et huic modo dicendi concordat littera cum dicit. Ecce video celos apertos. si igitur visio preacta stephani fuit corporalis: tunc tria ibi fuerunt miracula. Primum quod vidit celos apertos. quod secundum nicholaum de lira intelligendum est. non quod celi fuerunt diuisi cum sint incorruptibiles: sed quod sic clare vidit ac si nullum esset obstaculum inter medium. Secundum miraculum fuit quod vidit iesum in gloria patris: cum secundum naturam impossibile sit ut corpus glorificatum in sua gloria ab oculo corporali non glorificato videri possit. Tertium miraculum fuit quod cum corpus christi sit in celo empirreo. videndo ipsum vidit ultra celum sidereum aerium et cristallinum. Impossibile est autem secundum naturam quod oculus corporalis in tanta distantia possit videre. Si insuper visio stephani fuit mentalis ut predictum

est. tunc factum est ut eius mens esset a deo illuminata ad notitiam glorie dei et domini iesu christi filii sui. quod nihil aliud posset vel vellet desiderare: nec morte: quam omnes naturaliter timet et fugiunt timeret sicut et factum ostendit. Iudei autem cum audissent eum talia dicentem: continuerunt aures suas secundum gloriam. ne audirent blasphemantem. Sic enim falso extimabant ipsum blasphemare. Quare educentes eum extra civitatem lapidabant: et testes deposuerunt vestimenta sua ut celerius interficerent: ad pedes adolescentis qui vocabatur saulus: postea vero fuit paulus vas electionis. ipse autem lapidatus: vulneratus cruore perfusus. non dicebat heu me dolentem non heu me iuvenem: non heu me quod morior absque culpa: relinquo mundum: parentes desero et amicos: morte violenta occisus: non hec vel similia loquebatur. Sed animo hilari: facie ad celum directam. dominus inquit iesu accipe spiritum meum: et ne statuas illis hoc peccatum. quod cum dixisset obdormiuit in domino. ubi gloriose dictum est obdormiuit et non mortuus est: quod obtulit sacrificium dilectionis: et obdormiuit in spe resurrectionis.

¶ beatus stephanus dicitur primus martyr et qualiter multis miraculis conuincatur: qui iam plene beatificatus est in celis. Capitulum. iij.

¶ Tertium privilegium beati stephani dicitur glorie.

¶ adeptus namque fuit propter eius merita copiosa triplicem gloriam.

¶ Prima dicitur specialis honorationis.

¶ Secunda miraculorum operationis.

¶ Tertia plene beatificationis.

¶ Prima gloria dicitur specialis honorationis: Est enim in ecclesia dei inter martyres primus cuius festum immediate post natiuitatem domini celebratur. Sed plerique dubitare solent: quomodo stephanus primus martyr dicatur: cum ante ipsum etiam alij martyres predicentur. nam abel martyr: innocentes martyres: iohannes baptista martyr non ergo stephano prioritas martyrii debetur. Ad quod respondemus quod ideo primus martyr dicitur. quia ipse prius ceteris passus est: post noui testamenti consummationem que facta fuit: quando omnino cessarunt legalia dum christus dixit consummatum est. etiam quia primus euolauit. nam alij licet martyrium fuissent passi ante ipsum: nihilominus quia nondum erat aperta ianua non euolauerunt. Dicitur insuper primus martyr quia passus est propter fidei defensionem et confessionem. Innocentes quippe passi sunt pro christo sed nondum illum confi

teri poterant. Joannes baptista passus est qz arguebat herodem. abel propter inuidiaz fratris. stephanus autem quia xpm predicabat filium dei regem regum et dominum dominantium. Notandum tamen qd beatus stephanus passus fuit die qua eius inuentio celebratur. inuentum namqz fuit tunc corpus eius anno dñi. cccc. xvij. honorij principis anno septimo mutauit tamen ecclesia festiuitates vt festum passionis eius cum ampliore deuotione celebraretur immediate post natiuitatem dñi qz passio eius dignior est qz inuentio. ¶ Secunda gloria beati stephani dicitur miraculorum operationis. dicit enim Augustinus li. xxij. de ciuita. dei. beatum stephanum innumeris miraculis coruscasse et mortuo sex suis meritis suscitasse multosqz curasse a varijs languoribus. Et vt ibi refert: flores de altari sancti stephani assumpti cuiusdam mulieris cece oculis impositi sunt que continuo lumen recepit. quida insuper nobilis marcialis nomine: cum infidelis esset et nequaqz conuerti uellet: cum plurimum egrotaret gener suus valde fidelis ad ecclesiam beati stephani venit. Et de ipsis floribus qui super altare erant accipiens ad caput soceri latenter posuit. Super quos cum ille dormisset protinus ante diluculum clamauit vt ad epm miteretur: cum autem eps abesset sacerdos ad eum venit: et cum se credere diceret baptizatus est. Qui qz diu vixit hoc uerbum semper in ore habuit. Xpe accipe spiritum meum: cum tñ ignoraret: hec fuisse uerba ultima sci stephani. ¶ Tertia gloria dñi plene beatificationis. hanc habet in regno celorum dñm clare uidentem: tenendo: atqz fruendo: ibi factus est in pace locus eius ibi possessione hz epulentam: ibi coronatur aureola: que datur doctoribus: uirginibus: et martyribus de qua plenius in sermonibus de uirginibus disseremus. D igitur felix iuuentus beati stephani: que morte et martyrio fuit in melius commutata. D preciosa et delicata tollerantia. D dulces lapides torrentis quibus tam grande premium eterne uite stephanus ipe promeruit. mortuus fuit pro xpo et ecce in eternis regnat cu xpo qd est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo quinquagesimus de innocentibus occisis ab herode ascalonita qui xpm puerulum extinguere nitebatur.

Fuge et accipe puerum

est i deo de quo dī in psalmo. Juxta ē dñs his qui tribulato sūt corde ⁊ quāuis amicos suos ⁊ eoz utilitatez flagellari sepe permittat: illos tñ nunq; deserit quos in tribulatione pfortat. Tertio pleriq; amant amicos dū viuūt sed in morte inimici efficiuntur: mortuos expoliantes ⁊ bona eoz pauperibus dispensanda tanq; lupi rapiētes. Sed deus spūm a corpore extentem ad se suscipit: illūq; delicijs ac diuitijs eterne vite facit participē. Cōsiderans oia supradicta beatus laurentius patriā. s. hispania: ⁊ parentes reliquit: terrena oia calcavit sp̄cuit qz hereditatem: cū filius fuisset vt aiunt nobilissimi ducis: atq; beatū sirtū papā secutus romā vsq; peruenit: ibi a btō sirtō factus est archidiaconus: qui tanto fidei celo ductus fuit: vt nec cōminatōes nec vbera dura nec ignis i cēdiū horeret. Jō Ambro. i fmōe sic scripsit d illo. ardebat extrinsecus martyr laurentius tirāni sciuentis incendijs: sed maior illū intrinsecus christi amoris flāma torcebat.

Qualiter beatus laurentius pbat⁹ fuit igne p̄malis miserationis: ⁊ an possit elemosyna dari absq; charitate: ⁊ si fieri potest de illicite acquisitis: ⁊ quomodo pōt causare spirituales effectum. Capitulum. ij.

Secundus ignis quo examinatus est ⁊ p̄batus inuentus absq; crimine beatus laurentius dicit p̄malis miserationis: nam ad p̄mos misericors fuit: quibus thesauros ecclesie dispensauit: nā vt recitat in legēda. Tēpore beati sirti philippus ip̄erator: ⁊ filius suo noie philippus fidē xpi receperāt: ⁊ ecclesiam sublimare plurimū intendebāt. Regnavit autē iste philippus anno millesimo ab vr̄be cōdita: vt millesimus rome ānus xpo pot⁹ qz ydolis dicaret: q annus millesimus fuit a romanis cū ingēti ludoz ⁊ spectaculoꝝ apparatu celebrat⁹. Erat at cū philippo ip̄eratore miles qdā noie decius: quē misit in galliā vt eā rebellātē ip̄erio romano subiugaret. Qui pergens cū exercitu p̄spere cūcta gessit: victorq; ad vr̄bē redibat. audiēs ip̄erator eius aduentū honorare cū volēs eidē a roma vsq; veronā obuius iuit nec videri d; cuiq; durū hoc qđ dicit de verona: quasi vellet eā nouam fore ciuitatē: quoniā vt in cronica ricobaldi scribit tpe tarquinij p̄sci quinti regis romanoꝝ: condite fuerunt in italia agallie vr̄bes. s. mediolanū buria verona vincenia. decius igitur ambitione imperij papilionē ip̄erators latenter introiuit ⁊ dor

146
mientē dñm iugulauit. attraxit autē exercitus
et illos qui cū imperatore venerant prece p̄cio
et muneribus: atq; cum eis ad urbē gradu cito
p̄perauit. audiens hoc philippus iunior: vehe
menter extimuit: et totum thesaurum patris et
suum b̄to s̄cto et sancto laurentio cōmendauit
ut si ipsum a decio interfici cōtingeret thesau
rum ipsū ecclesijs et pauperibus erogaret: nec
te moueat q; thesauri quos laurentius dispen
savit: nō dicunt thesauri imperatoris sed eccle
sie q; potuit eē q; cum ipsis thesauris philippi
aliquem etiā thesaurum eccleie dispensauit: vel
forte ideo dicuntur thesauri eccleie q; philipp⁹
eos reliquerat ecclesijs dispensandos. Senat⁹
ergo obuiā decio processit et ipsū in imperium
p̄firmavit: ne vero p̄ditorie sed celo ydolatrie
dñm suū occidisse videret xpianos cepit crude
lissime persequi adeo ut multi martyrio coro
narentur inter quos et philippus iunior annu
meratus fuit: post hoc oblatuſ est decio bea
tus s̄ctus tanq; qui xpm coleret et imperato
ris thesauros haberet: tūc decius in carcere re
cipi ipsū iussit donec per illata tormēta et the
sauros p̄deret et xpm negaret. beatus autē lau
rentius ipsū p̄sequēs: post eū clamabat: quo p̄
grederis sine filio pater: quo sacerdos sancte si
ne ministro p̄peras. Tu nunq; sine ministro
sacrificium offerre p̄sueueras. Quid in me dis
plicuit paternitati tue: nunq; degenerē me p̄
basti: experire certe vtz idoneum ministrū ele
geris cui cōmisisti dominici sanguinis dispen
sationē. Qui b̄tus s̄ctus dixit: nō ego te deserō
fili neq; te derelinquo: sed maiora tibi debent
pro fide xpi certamina: nos quasi senes leuio
ris pugne cursum recipimus: te autē quasi iuue
nem manet gloriosior de tirāno triumphus.
post tridū me sequeris sacerdotem leuita: de
ditq; ei oēs thesauros precipiens ut ecclesijs et
pauperibus erogaret. Qui xpianos diligēter
die ac nocte quesuit et vnicuiq; put opus fue
rat ministravit oēsq; pauperibus dispensauit
ideo ecclesia cantat de eo id psalmiste qd̄ pon
tur. ij. ad Corinthios. viij. c. dispersit dedit pau
peribus iustitia eius manet in seculum seculi.
Que verba ponderanda sunt dispersit enī d̄
q; pluribus cōdiuisit et nō vni: dispersit et non
auare retinuit: dedit et nō vendidit dedit libe
re sine spe mercedis lucri aut cōmodi aut obse
quiij temporalis dedit nō dandum post mortē
dereliquit pauperibus. s. xpi nō parentibus nō
diuitibus: ideo iustitia eius manet in seculū se

culitq; merces iustitie eius est eterna: ut expo
nit nicholaus de lira. Sed quia hoc loco elemo
sina b̄ti laurentij tam sublimi magnificat li
bet tria de ipsa dubia disputare.

Primum vtrū elemosynā dare sit actus cha
ritatis.

Secundum vtrū elemosyna fieri possit de illi
cite acquisitis.

Tertium vtrum elemosyna corporalis habeat
spiritualem effectum.

Ad primum dubium posset quis dicere ar
guendo. Q; actus charitatis nō potest eē sine
charitate: s; largitio elemosynarū potest eē sine
charitate: igit nō erit actus charitatis. naz̄ pri
me ad Corinthios. xij. c. ap̄ls dixit. Si distri
buero in cibos pauperum oēs facultates me
as charitatem aut nō habuero nihil mihi pro
dest. Ad hoc r̄ndet tho. 2a 2e. q. xxxij. Q; aliqd
dicit eē actus virtutis dupliciter: vno modo
materialit̄ sicut actus iustitie est facere iusta: et
talis actus p̄t eē sine virtute: nā multi nō ha
bentes habitū iustitie operant̄ iusta: vel ex na
turali rōne: vel ex timore: vel ex spe aliquid adi
piscendi. Alio modo d̄ aliqd esse actus virtu
tis formaliter sicut actus iustitie est actio iusta
eo modo quo iustus facit. s. prompte et delecta
biliter. Et hoc modo actus virtutis non est sine
virtute. s̄m hoc ergo dare elemosynā materia
liter p̄t esse sine charitate. dare x̄o elemosy
nam formalit̄ id est p̄pter deum delectabilit̄ et
prompte et omni eo modo quo delectet: nō est
sine charitate elemosyna quide; est opus quo
datur aliqd indigēti ex cōpassione p̄pter deū.

Secundū dubiū fuit vtrū elemosyna fieri
possit de illicite acquisitis. Ad hoc r̄ndet Tho.
vbi supra. q; aliqd potest dici triplici illicite
acquisitum. Vno modo illud quod illicite ab
alio accipitur et debetur ei: nec potest ab eo qui
accipit retineri: sicut contingit in rapina furto
et usuris et de talibus cum homo teneatur ad
restitutionem elemosyna fieri non potest. Se
cundo modo est aliqd illicite acquisitum: q; ille
qui acquisiuit retinere nō potest: nec tamē
debetur ei a quo acquisiuit. s. q; contra iustitiā
accepit et alter contra iustitiam dedit. Sicut
contingit in symonia in qua dans et accipiens
contra iustitiam legis diuine agit: vnde nō de
bet fieri restitutio ei qui dedit. Sed debet i ele
mosynas erogari: et eadem ratio est i similibus
in quibus scilicet datio et acceptio est contra le
gem. Tercio modo est aliqd illicite acq̄situm

non quidem quia ipsa acquisitio sit illicita: sed quia id ex quo acquiritur est illicitum. Sicut patet de eo quod mulier acquirit per meretricium et hoc proprie vocatur turpe lucrum. Quia enim mulier meretricium exercet turpiter agit et contra legem dei. Sed in eo quod accipit non iniuste agit nec contra legem unde licite retineri potest et de eo elemosyna fieri: non tamen fit de tali lucro oblatio ad altare. iuxta illud Deuteronomi. xliij. c. Non offeres mercedem prostibuli in domum dei tui: tum propter scandalum: tum propter sacrorum reuerentiam. Tertium dubium fuit utrum elemosyna corporalis habeat spirituale effectum. et arguitur quod non. Nam effectus non est potior sua causa: sed bona spiritualia sunt potiora corporalibus: non ergo elemosyna corporalis habet spirituale effectum. Secundo multiplicata causa multiplicat effectus. Si ergo elemosyna corporalis causaret spirituale effectum: sequeretur quod maior elemosyna magis spiritualiter proficeret. Quod est contra id quod saluator dixit Luce. xxi. c. de vidua ponente duo era in gachophilatium. Respondet theobaldus. ubi supra: quod elemosyna corporalis potest tripliciter considerari. Uno modo secundum suam substantiam et secundum hoc non habet nisi corporalem effectum in quantum. scilicet supplet corporales defectus proximorum. Alio modo potest considerari ex parte cause eius in quantum. scilicet aliquis elemosynam dat propter dilectionem dei et proximi. Et quantum ad hoc affert fructum spirituale: unde sapiens Ecclesiastici. xxix. c. ait. Elemosyna viri gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Tertio potest considerari ex parte illius cui datur: et sic habet spirituale effectum in quantum scilicet proximus cui per corporalem elemosynam subuenitur mouetur ad orandum pro benefactore. Ad primum itaque argumentum dicendum quod ratio illa procedit de corporali elemosyna secundum substantiam. Ad secundum vero dicitur quod vidua que minus dedit secundum quantitatem plus dedit secundum suam proportionem: ex quo pensatur in ipsa maior charitatis affectus: ex quo charitate elemosyna corporalis spirituale efficaciam habet. Ergo beatus laurentius ex hoc maxime commendatur quia totus charitate succensus thesauros pauperibus dispensauit. Nec obstat quod sui non erant quos si voluisset potuisset pro se retinere: cum etiam si semper illos possedisset: adhuc distribuisset pauperibus propter diuinum amorem.

Qualiter beatus laurentius examinatus est igne tyrannice persecutionis et de gratia constantia et gloria beati laurentij. Capitulum. iij.

tertius ignis quo examinatus est beatus laurentius: et non est inuenta in illo iniquitas impatiencie: dicitur tyrannice persecuti onis: nam decius persecutus est eum usque ad mortem: quam ipse letanter pro christo suscepit: de hac tamen illius persecutione considerare debemus tria.

Primo gratiam.

Secundo constantiam.

Tertio gloriam.

Primo consideremus gratiam quam deus contulit beato laurentio in miraculis faciendis et conuertendis gentilibus. veniens namque ad domum cuiusdam vidue que multos christianos in domo sua absconderat: quare longus dolor capitis detinebat: imposita manu super caput eius eam a dolore capitis liberauit et pauperum pedes lauans omnibus elemosynam dedit. Eadem nocte in domo cuiusdam christiani veniens quendam cecum ibi repperit et facto signo crucis eum illuminauit: unde ecclesia cantat de eo. Laurentius bonus opus operatus est: qui per signum crucis cecos illuminauit. Cum autem beatus sextus decio nollet consentire nec ydolis imolare ipsum decollari precepit accurrens autem beatus laurentius post ipsius exclamabat. noli me derelinquere pater sancte quia thesauros tuos iam expendi: quos tradidisti mihi. Tunc milites audientes thesauros laurentium tenuerunt. et perthemio tribuuo tradiderunt. Ipse autem decio eum presentauit. Qui tradidit eum Valeriano prefecto ut aut thesauros prodat et sacrificet ydolis: aut diuersis eum interire faciat supplicijs et tormentis. Valerianus autem cuidam vicario nomine hipolito in custodia eum tradidit: quem ille cum multis alijs in carcere reclusit. Erat autem ibi in custodia quidam gentilis nomine lucillus qui plorando lumen oculorum amiserat. Cum beatus laurentius lumen se restaurare promissit: si in christum crederet et baptismum susciperet: at ille se baptizare instantius postulauit. Accipiens ergo laurentius aquam dixit ei: omnia in confessione mundant. Quare illum de articulis fidei interrogasset diligenter. Et ille omnia se credere confessus fuisse: aquam super eius caput effudit et ipsum in christi nomine baptizauit. Sta-

147
tūq; qui cecus fuerat lumen recepit. Quapropter multi ad eum ceci veniebāt: et ab eo illuminati redibant. Interrogat⁹ ab hipolito de thesauris: ita respondit q; ipsum ad fidem cōuertit et cum omni familia baptizauit. Secundo consideremus beati laurentij constantiaz quā habuit in tormentis: post omnia quidē supra dicta mandauit valerianus ad hipolitū vt laurentium presentaret: cui laurentius ait: ambulamus pariter quia mihi et tibi gloria preparatur. ad tribunal igitur ambo veniunt et fit iterum inquisitio de thesauris: laurentius autez triduo indurias petijt: quas valerianus eidem sub hipoliti pollicitatione cōcessit: in hoc triduo laurentius pauperes claudos cecos et alios collegit: et eos in palatio salustiano corā decio presentauit dicens. Ecce isti sunt thesauri eterni qui nunquam minuuntur sed crescunt: qui in singulis disperguntur et in omnibus inueniuntur. horum enim manus thesauros in celum deportauerunt. Valerianus presēte decio dicit. Quid variaris per multa: iam nūc sacrificia et magicam artem deponc. Cui laurentius. Quis debet adorari qui factus est an qui fecit. Iratus decius iussit eum scorpionibus cedi: et omne genus tormentorum ante ipsum afferi: quem cum sacrificare iuberet vt hec tormenta euaderet. respondit infelix: has epulas semper optaui. Tunc iubente decio nudus sustibus ceditur et ardentis lamine ad latera apponuntur. Dixitq; laurentius. Domine iesu christe deus de deo miserere mihi seruo tuo quia accusatus non negaui: interrogatus te dominum confessus sum. Dixitq; ei decius. scio q; per artem magicam tormenta deludis: me tamen deludere non valebis. Iussitq; euz plūbatis durissime cedi: laurentius autem orauit dicens. Domine iesu christe accipe spiritū meum: tunc audiente decio vox insonuit: Adhuc multa certamina tibi debentur. Tunc decius furore repletus dicit: viri romani audistis demones istum sacrilegum consolantes: qui nec deos colit nec tormenta metuit: nec iratos principes expauescit. Iussitq; iterum eum scorpionibus cedi. Subridens autem laurentius gratias egit: et pro astantibus exorauit: eadem hora romanus in xpm credidit. Reclusus p̄ hec iterum laurentius in custodia hipoliti: nocte sequenti laurentius ad decium adducitur. cui decius: aut inquit dijs sacrificabis aut nox ista i

te cum supplicijs expendet. Cui laurentius meator obscurum non habet: sed omnia in luce clarescunt. Dixitq; decius: afferatur lectus ferreus vt requiescat in eo: contumax laurentius ministri ergo eum exuentes super craticulam ferream extendunt: et prunis suppositis eū euz furcis ferreis compresserunt. Dixitq; laurentius valeriano. disce miser: q; carbones tui mihi refrigerium: tibi autem eternum supplicium prestant: quia ipse dominus nouit q; accusat⁹ non negaui eum: interrogatus christum cōfessus suz: assatus gratias ago: dixitq; hilari vultu ad decium. Ecce miser assasti vnā partem gira aliam et manduca. deinde subdidit: gratias ago tibi domine quia ianuas tuas ingredi merui: et sic spiritum emisit. Confusus decius cum valeriano ambulauit in palatium tiberij relicto corpore super ignem. Quod hipolitus mane rapuit et cum iustino presbytero in agro verano conditum aromatib⁹ sepeliuit. ¶ Tertio consideremus gloriam quam assecutus est beatus laurentius post susceptum martyrium: et illa que in celis est et nobis est imperscrutabilis obmissa tantum ad eam dirigamus mentē quam tribuit illi deus in sua ecclesia militante fecit quidem deus sanctum suuz martyre multis miraculis conuiscare: de quibus pro deuotione nostra aliq; pauca narremus. Refert gregorius turonensis. Quidam quidam sacerdos quandam ecclesiam sancti laurentij repararet et trabes quedam nimium breuis esset. rogauit beatum laurentium vt qui pauperes fouerat sue inopie subueniret. Que subito sic excreuit vt pars non modica abundaret. Quam partem sacerdos minutatim incidit et multas inde infirmitates sanabat. Quidam insuper presbyter nomine Santulus beati laurentij ecclesiam a longobardis incensaz reparare volens artifices multos conduxit. Quadam autem vice dum quid eis apponeret nō haberet premissa oratione resperit in clibanum et ibidem candidissimum panem inuenit. Sed cum vix ad vnus prandij esum tribus personis sufficere videretur laurentius artifices suos nolens deficere sic predictum panem multiplicari fecit q; in alimentum decem dierum operarijs cūctis suffecit. Sūt et alia hui⁹ scī miracula que causa breuitatis omittimus. agit deuotione qua possum⁹ bñm laurentiū deprecemur vt sua intercessione nos dignos efficiat q; mediā-

teperuenire valeamus ad illam gloriam sempiternam in qua ipse letatur cum domino iesu xpo. Qui sit honor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo quinquagesimus quintus de sancto Augustino preclarissimo lumine ecclesie sancte dei.

Christus purga-

uit peccata ipsius et exaltavit in eternum cornu eius. Sapientis verba sunt

ista originaliter Ecclesiastici. xlvij. c. Ex omni parte resonant laudes eximie augustini doctoris prestantissimi. Tanta ex verbo illarum copia est ut non nisi longissimis orationibus explicari queant: verumtamen ne in solennitate ipsius ab eius deuotione mens nostra iciunet aliqua de ipso patre celebratissimo breuiter differemus. Gaudent quippe breuitate moderni. ut notat ff. q. metus cau. l. i. c. de appellationibus. l. ampliore. §. in refutatorijs. Colligemusque aliqua ex multis que sancti augustini et merita et gloriam exprimunt verba sapientis in themate in quibus tria mysteria de beato augustino distiguemur.

Primum dicitur conuersionis.

Secundum commendationis.

Tertium magnificationis.

¶ De conuersione beati augustini et de his que induxerunt eum ad heresim et de erroribus manicheorum. Capitulum. j.

Primum mysterium declarandum de beato augustino dicitur conuersionis de quo dicitur. xps purgauit peccata ipsius. hoc utique factum fuit: dum relictam vanitatem phariseorum: abiectamque impiissimam heresim manicheorum in christum perfecte credidit et sacrum baptismum suscepit ad quod plenius intelligendum tria in hac parte dubia proponemus.

Primum que fuerint cause augustinum ad heresim manicheorum inducentes.

Secundum qui sunt manicheorum errores principales et detestandi.

Tertium que fuerint media ad penitentiam et conuersionem augustini cooperantia.

¶ Ad primum dubium respondemus quod fuerint tres cause precipue que induxerunt augustinum in errores manicheorum.

Prima dicitur intellectus existimatio.

Secunda affectus inordinatio.

Tertia cordis obduratio.

¶ Prima causa fuit existimatio intellectus: habu-

it namque ex dono nature tantam ingenij sublimitatem tantumque intellectus acumen ut videatur quod dammodo impossibile quod ipse de se in veritate fateatur. Ait enim sic in libro confessionum. Quos libros artium que liberales vocant tunc nequissimus cupiditatum iniquarum seruus per me ipsum legi et intellexi quecumque legere potui. Quicquid enim est de arte discernendi et loquendi. Quicquid de dimensionibus figurarum et de musicis et de numeris sine magna difficultate nullo hominum tradente intellexi. Scis tu domine deus meus quod celeritas intelligendi et discendi acumen donum tuum est: sed non ideo sacrificabam tibi: sed ideo sic concludit quoniam non se humiliabat deo neque scripturis sanctis prebere volebat assensum. Et ut bernardus super cantica asserit. Superbo loco veritas non videtur. Et super illud Jeremie. xlviii. arrogantia tua et superbia cordis tui decipit te. glo. ait. omnis hereticus arrogans quia. superbia facit hereticum non ignorantia. Gregorius in super dicit: Tanto a dei luce superbi longe sunt quanto apud se humiles non sunt. Ad hanc itaque dementia superbi deueniunt ut intellectum eorum minime limitatum arbitrentur: creduntque illum propria vi attingere posse omnia intelligibilia. Sic et augustinus putabat se absque deo suo intellectu omnia penetrare: ob quod sinebat cum deus ruere in tenebras errorum: unde in libro confessionum loquens ad deum dicit. Tumore meo separabar a te et nimis inflata facies claudebat oculos meos. Et iterum in eodem libro. institui animam intendere in scripturis sacris: sed visa est mihi scriptura indigna quam tuliane dignitati compararem. Tumore enim mentis fugiebat modum eius. Illa autem erat que cresceret cum paruulis: sed ego dignabar esse paruulus et tumidus faustu grandis mihi videbar. ¶ Secunda causa que induxit augustinum in errores fuit affectus inordinatio. inclinauerat quippe affectum suum inordinate ad ista temporalia bona ad diuitias ad gloriam vanam et similia. Nam de cartagine romam et de roma mediolanum perrexit: ut rethoricam venderet illam scilicet legendo et sue cupiditati et glorie satisfaceret: unde ipse ait in libro confessionum. Docebam artes rethoricam et victoriosam loquacitatem victus cupiditate vendebam. Et iterum in eodem libro. Exalabant nebulae de limosa concupiscentia carnis et scatebra pubertatis et obnubilabant eorum mecum ut non discerneretur serenitas dulcedinis a caligine libidinis: Adulti enim tanto ardore ad hec temporalia

inflammāt vt omnino ceci facti in varios la-
bant errores. hij lz iterdū christianos suo ore se-
fore dicant: tū in corde nil credūt de vita futu-
ra: nec penas timēt. neq; desiderāt gloriā sem-
piternā. ¶ Tertia cā q̄ induxit Augustinū i er-
rores dicit cordis obduratio: vocatus nanq; a
deo multotiens et tactus gratia illius nolebat
aperire cor suū: imo claudēbat illud. vnde in li-
bro cōfessionū dicebat. Vocasti me et nō erat
qui rēderet tibi dicēti mihi. Surge q̄ dormis
et exurge a mortuis: ligatus enī eram nō alie-
no ferro sed mea ferrea volūtate. Volutabat ḡ
Augustinus in perditissimis erroribus mani-
cheoz necnō et alioz. Nam ad has nugas ad-
ductus est vt arborē fici plorare diceret: cui ab
ea ficus vel foliū tolleret.

¶ Secundū dubiū fuit: q̄ sunt manicheoz er-
rores principales et detestandi: et ad hoc dici-
mus q̄ sunt tres.

Primus est contra principij veritatem.

Secundus ē incarnationis xp̄i veritatem.

Tertius contra legis antique bonitatem.

¶ Primus error manicheoz ē cōtra p̄ncipij
vnitatem: nam vt dicit in. c. i. de summa trinita-
te et fide catholica. vnum vniuersoz p̄ncipiū
Qd Ari. et phi. viij. phisicoz. vnum mouens: et
in libro de causis vnam primā causā: et in. xij.
metaphisice. vnum p̄ncipē appellat. Sed Au-
gustinus cōscribit in li. de natura boni. mani-
chei duo p̄ncipia ponūt vnum mali aliud bo-
ni: vnus fm eos p̄nceps lucis est. Cuius ha-
bitatio regio lucis super ista visibilia. Alter ē
p̄nceps tenebrarum ex aduerso: cuius habita-
tio est regio tenebrarum: et vterq; p̄nceps habz
populū suū et a p̄ncipio tenebrarum dicunt esse
corruptibilia et mutabilia. Iste error valde p̄u-
meliosus ē: et creatori et creaturis. Creatori q̄
pe quia magnā partē sui regni et glorie sue au-
fert ei dominū creaturarū visibilibus alteri tri-
buit. Creaturis etiam cōtumeliosus est: quas
retrahit a domino tā honorabili et subdit eas
tam vili seruituti: vt est seruitus diaboli. Sed
vt appareat huius erroris falsitas subdemus
auctoritates et rationes quibus inicitur vt sic
debilitas eius facilius corruat. Arguunt ergo
primo manichei. q̄ matthei. vj. c. dixit xp̄s. ne-
mo p̄t duobus dñis seruire: vocans diabolus
dominū eo q̄ ipse sit dominus mundi: vt ipsi
aiunt: ergo ipse est deus vel creator ipsius. Sz
argumentū nō p̄cludit. cū reges gentiū domi-
nantur. luce. xxi. sed tamē nō sunt dij vel crea-

tores. Secundo arguunt q̄ matthei. viij. c. scri-
bitur. nō potest arbor bona fructus malos fa-
cere. Ex quo inferunt: ergo mala nō possunt eē
ab eo ē p̄ncipio a quo sunt bona. Ergo sunt
duo p̄ncipia vnū bonoz: aliud maloz. Qui-
bus rēdemus q̄ lz arbor bona nō faciat malū
fructū: tū nihil p̄hibet fructū quē arbor bona
bonū p̄duxit posse putrefieri et corumpi: et ne-
mo adco fatuus est vt cū videt diuersa pira in
archa vel in mensa: quoz alia putrida sūt: alia
sana q̄ p̄pter hoc nō credit ea non posse eē ex
eadem arborē: nec aliquis credat duas mulie-
res nō posse habere vnā matrē: eo q̄ vna vir-
go alia corrupta. Sic nihil p̄hibet diabolū eē
bonū creatione et factū a deo: malū vō sua vo-
luntate. ¶ Tertio arguunt manichei q̄ ioānis
viij. c. scribitur. vos ex patre diabolo estis: er-
go diabolus est creator illoz: quibus verba il-
la sic dicta sunt. Respōdet q̄ nō sequitur: nam
pater dicitur aliquis alterius: vel q̄ ab eo ha-
bet substantiā: vel quia ab eo habet mores su-
scipiendo eius doctrinā: vel imitando vitā: B
secundo modo diabolus erat pater phariseoz
¶ Quarto arguunt ioānis. xiiij. christus dixit
de diabolo. venit enim p̄nceps mundi huius
et in me nō habet quicq; diabolus p̄nceps mū-
di vocatur: ergo mundus est ab eo. respondet
q̄ nō omnes p̄ncipes sunt dij vel creatores:
p̄terea ipse p̄nceps erat vsurpatione: vnde iu-
dicio a mundo erat eiciendus: fm illud ioānis
xij. Nunc iudicium est mundi: nunc p̄nceps
mundi huius eicitur foras. ¶ Quinto arguunt
quia ioānis. xviii. dixit xp̄s. regnū meū nō est
de hoc mundo. ergo xp̄s nō est rex huius mun-
di: ergo mundus est regnum diaboli. Respon-
detur q̄ regnū xp̄i fideles vocant: qui nō sunt
de hoc mundo: quia nō sunt dediti mundanis
sunt tamē in mundo: sed quasi exulantes et eter-
num regnū dei desiderantes. ¶ Sexto arguunt
quia apls sa ad corinthios. iij. c. ait. deus hu-
ius seculi excecavit mentes infideliū: diabolus
ergo deus huius seculi est. Respōdetur q̄ dia-
bolus nūcupatione deus est vel dñs et non fm
veritatē. Nam et venter deus vocat ad phili-
pens. iij. c. quoz deus venter est: tamen venter
nō est creator: ostendendum est igit manicheis
q̄ omnia sunt creata ab ipso deo visibilia et i-
uisibilia. Scribit nāq; matthei. vj. c. Respicite
volatilia celi et c. Et subditur pater vester cele-
stis pascit illa: ergo cibus corruptibilis q̄ aues
pascuntur a patre celesti est. Et matthei. v. c. di

ētur de pane celesti. pluit super istos & iniu-
stos: ergo pluuia est ab eo. Et matthei. viij. c.
scribitur de xp̄o q̄ vēti & mare tanq̄m dño obe-
diebant ei. & iohannis. i. c. Omnia per ipsū facta
sunt. & itez ibi. In ppria venit & sui eum non
repperunt. Sed nō erant per gratiā sui: cum
essent mali: ergo sui erant per creationē. Item
mutauit aquā in vinū corruptibile. iohannis. ij.
c. ergo & corruptibilia sunt ab ipso. Et ap̄ls ad
romanos. ij. c. ait. ex ipso & per ipsum & in ipso
sūt omnia. Et prime ad Corinthios. x. c. Ex deo
oia. & ad Ephesicos. ij. c. ipsi⁹ factura sumus. &
eiusdem. iij. c. In deo qui creauit oia. & ad col-
locens. iij. In ipso condita sunt vniuersa que
sunt in celo & in terra visibilia & inuisibilia. Et
ad Hebræos. i. c. In initio tu dñe terrā fūdasti: &
opera manū tuarū sunt celi. & Actūz. iij. c. di-
citur. Tu fecisti celū & terrā. & eiusdē. xvij. c. de
us qui fecit mundū & omnia que in eo sunt. &
apocalipsis. x. c. iurauit per viuētē in secula se-
culoz qui creauit celū & terram mare & oia q̄
ī eis sūt. mouent itaq̄ manichei absq̄ vlla ra-
tione docentes multas fatuitates. ¶ Secun-
dus error manicheoz est contra incarnatiōis
xp̄i veritatem: dicunt enim xp̄m non habuisse
veram humanā naturā. Sed contra istos est
scriptura sacra: que christum affirmat deum &
dominē: hominē vō perfectū ex aīa rationali
& humana carne subsistentē: atq̄ vtz redem-
ptorē mundi affirmat qui nos redemit precio
suo sanguine suo. ¶ Tertius error manicheoz
est. cōtra legis antique bonitatem. dicunt enī
patres veteris testamenti fuisse dānatos quia
legunt aliq̄m peccasse. Sed similiter dicendum
foret de petro & paulo qui aliq̄m peccauerunt.
qd̄ ipsi negant. Sed nos pbamus testimonijs
noui testamenti qd̄ ipsi recipiunt. antiquos pa-
tres bonos fuisse atq̄ saluatos: nam legit mat-
thei. viij. c. Multi ab oriente & occidente veni-
ent & recumbēt cū abraam isaac & iacob in re-
gno celoz: ergo abraam isaac & iacob sunt ī re-
gno celoz. Item matthei. vi. c. in transfigura-
tione dñi apparuerunt moyses & helias cū eo
loquentes: si damnati fuissent in transfigurati-
one illa nō affuissent. Insuper luce. xvj. lazarus
mortuus portatus est ab angelis in sinū abrae
Tenēt adhuc manichei legē veterē datam esse
a principe tenebrarum & malam esse. Qui erro-
ri occasionem dedit primo legis grauitas. Vi-
sum est enim aliquibus nō fuisse deū benignū
qui tam graue onus populo imposuerit. Ad

quod dicendum q̄ corda indeorum erecta e-
rant per presumptionem. Nam dicebant Ero-
di. xviii. ca. Non deest qui impleat: sed deest
qui iubeat. Et Erodi. xxiii. capi. Respondit
vniuersus populus simul cuncta que locutus
est dominus faciemus. idco humiliandi erant
grani onere legis: vt ad auxiliū gratie curret
Secundo dedit occasionem huic errori iusti-
tia qua puniebant criminosi. vnde dicunt non
fuisse deum benignū qui legem tā crudelez de-
dit. Ad quod dicendū q̄ cum principium sapi-
entie sit timor dei: vt scribit Proverbioz. i. c.
pfectio vero sapiētie sit amor dei. prima lex de-
buit inchoare a timore malos acriter puniēdo
secūda lex debuit sapiētiā perficere cuz amo-
re multis amonitionibus & promissionibus &
beneficiorum exhibitionibus incitando. Ter-
tio huic errori occasionem dedit verbum apo-
stoli. ad romanos. vi. c. vbi ait. nunc soluti su-
mus a lege mortis: & vocat ab apostolo lex ve-
tus lex mortis. Ad quod dicendū q̄ lex mortis
fuit suis transgressoribus: sed lex vite fuit intē-
tione dantis: sed lex mortis vitio transgre-
dientis. vnde subdit ibi apostolus. Quid ergo
dicimus: lex peccatū est absit. Sunt & alii ma-
nicheorum errores ridendi: quos cā breuitatē
omittimus. Siquis autem de illis plenius edo-
ceri velit legat sumam de virtutibus & ibi ma-
teriā istā bene copioseq̄ digestam inueniet.
¶ Tertium dubium fuit. Que fuerunt media
ad penitentiam & conuersionem augustini co-
operantia. Et dicimus q̄ tria: primū fuit pie-
matris lachrymosa oratio. Secundū ambrosii
facunda predicatio. Tertium exemplorum p-
uocatio. Primum fuit pie matris lachrymosa
oratio. Ipse nāq̄ in puertia africe ciuitate ve-
ro cartaginensi ortus honestis parentibus ge-
nitus est ex patre. s. patritio: matre vero moni-
cha nuncupata: hec religiosa valde: & in christi
amore fundata plurimū flebat pro filio: & ipsū
ad vnitatē fidei reducere satagebat. Quadam
autem vice & ipse in libro p̄fessionū testat: ma-
ter illa sancta vidit se stare in quadam line li-
gnea h̄ tristē: & quidam ei pulcherrimus iu-
uenis astitit & causam tante tristitie requisit
Que cum diceret perditionē filii mei augusti-
ni deploro. Ille respondit: esto securus: quia vbi
tu ibi ille: & ecce continuo filium suum iuxta se
stare vidit: hec post dum augustino retulisset.
Ille ait falleris mater non tibi sic dictum est.
Sed vbi ego ibi tu. e contra illa dicebat. Non

fili mihi dictum est ubi ille ibi tu. Sed ubi tu
 ibi ille. Rogabat ergo sedula mater quasi im-
 portuna quendam episcopum ut pro suo filio
 intercedere dignaretur. Cui tanta quodamo-
 do importunitate devictus prophetica voce
 respondit: vade secunda quia impossibile est ut
 filius tantarum lachrymarum pereat. De ipsa
 itaque referre possumus illud quod christus in
 sermone qui legitur in festo beati iacobi maio-
 ris dicit. non sentiebat inquit illa sicut cetera
 matres que corpus nativum amant animam
 autem continent. Desiderant enim illos vale-
 re in hoc seculo: et non curant quod in alio sint pas-
 suri. Alii militias filiis provident alii honores
 et nemo filiis providet dominum: perditionem
 illorum cum magno precio comparant: et salutem
 illis nec dono accipere volunt. Si vident illos
 pauperes tristantur et suspirant. Si autem vi-
 derint peccantes nemo tristat: ut ostendant quod
 corporum sunt parentes non animarum. hec ille.
 Secundum medium quod concurrat ad peniten-
 tiam et conversionem augustini fuit ambrosii facien-
 da predicatio. Cum enim augustinus apud car-
 taginem multis annis rethoricam docuisset occul-
 te matre nesciente romam venit: et ibidem mul-
 tos discipulos congregavit: his temporibus
 mediolanenses a synaco prefecto romanorum
 petiere sibi doctorem in rethorica destinari. Erat
 ibi tunc presul vir dei ambrosius et ad preces
 mediolanensium illuc mittitur augustinus: ma-
 ter autem eius quiescere non valens cum mul-
 ta difficultate ad eum venit: et ipsum iam nec
 vere manicheum: nec vere catholicum reperit.
 Cepit autem augustinus beato ambrosio adhe-
 rere et eius predicationes frequenter audire.
 Erat enim in predicatione satis suspensus ne quid
 contra ipsam manicheorum heresim vel pro ipsa di-
 ceret. quadam vice contra illum errorem ambrosius diu-
 tius disputavit et ipsum aptis rationibus et aucto-
 ritatibus profutavit: ita ut error a corde augu-
 stini penitus pelleretur. Tertium medium quod
 concurrat ad penitentiam et conversionem augustini
 dei exemplorum provocatio et inflamatio. Cum enim
 sicut ipse narrat in libro confessionum iam via christi sibi
 placeret sed per ipsam angustiam adhuc ire pigeret
 immisit dominus in mentem eius ut ad simplicianum
 in quo lucebat gratia divina pergeret ut sibi
 estus suos conferenti proferret quis esset aptus
 modus ambulandi in via dei in qua alius sic
 alius sic ibat: displicebat enim ei quicquid age-
 bat in seculo pro dulcedine dei et decore domini

eius quam dilexit. Simplicianus autem cepit eum
 hortari ipse quoque cepit seipsum hortari ac di-
 cere. Quot pueri et puella intra ecclesiam deo ser-
 vunt. tu non poteris quod isti et iste: an vero isti et
 iste in seipsis possunt et non in deo suo: quid in-
 te stas et non stas: proice te in eum et excipiet te
 sanabit te. Inter horum colloquia memoria vi-
 ctorini in medium venit: unde exbilaratus sim-
 plicianus narrat. Qualiter idem adhuc genti-
 lis ob sui sapientiam romae quod maximum erat
 tunc statuum meruisset. Et qualiter se sepius
 christianum dicebat: cui cum simplicianus di-
 ceret: non credo nisi videro te in ecclesia: ille io-
 cando dicebat: nunquid parietes faciunt ho-
 minem christianum: tandem dum ad ecclesiam
 venisset et ei tamquam verecundo occulte librum ubi erat
 symbolum fidei ad legendum datus fuisset: il-
 le in altum ascendit et alta voce pronunciauit.
 Tunc etiam ab africa quidam amicus augusti-
 ni nomine pontianus superuenit et vitam et mi-
 racula ipsius magistri antonii qui nuper in egypto
 sub Constantino imperatore defunctus
 fuerat recitavit. horum exemplis augustinus ve-
 hementer exarsit: ita quod socium suum alippium
 tam vultu quam mente turbatus iuasit et fortiter
 exclamavit. Quid patimur quid audimus? Sur-
 gunt indocti et celum rapiunt et nos cum doctri-
 nis nostris in infernum demerguntur: et accur-
 rens in quendam hortum sub quadam ficu se pro-
 iccit ut ipse narrat in libro confessionum et ama-
 rissime flens lamentabiles voces dabat. Cum
 autem amarissime fleret audiuit vocem dicen-
 tem sibi. Tolle lege: aperuitque statim codicem apo-
 stolicum et coniectis oculis ad primum capitulum legit. In-
 duimini dominum iesum christum. et statim ab eo omnes du-
 bietatis tenebre diffugerunt: interim autem tam
 vehementissimo dolore dentium torqueri cepit: ut
 fere ad credendam opinionem cornelii philippi succederetur
 quod summum bonum aie in sapientia: summum
 vero bonum corporis in nullum sentiendo dolorem
 posuerat. tam vehemens autem ille dolor fuit quod
 etiam loquelam amisit. Quo circa ut in libro confes-
 sionum refert in tabulis cereis scripsit ut omnes pro
 eo orarent ut dolorem illum deus mitigaret: ipse ve-
 ro cum alius genua flexit et subito sanum se se-
 fit. insinuavit ergo per litteras sancto viro am-
 brosio votum suum ut moneret quid sibi de li-
 bris sanctis legendum esset: quo acrior fieret
 fidei christiane: at ille iussit Isayam prophetam eo-
 que evangelii et vocationis gentium pronuncia-
 tor apertior videatur. Cuius principium cum

augustinus nō intelligeret totum aliud tale eē
arbitrans distulit vt illud relegeret cum i scri-
pturis sanctis magis exercitatus esset. Aduc-
niente vero pascale tempore augustinus cum
esset annoꝝ triginta cum filio suo a deo dato
puero valde ingenioso:quem augustinus i sua
adolescētia duꝝ adhuc gentilis ⁊ philosoph⁹
esset genuerat:necnō cum alippio amico suo sa-
crum baptisma suscepit:de hac augustini con-
uersione scripsit sanctus datius ep⁹s mediola-
nensis li.i. sue cronice.c.x. de quo datio grego-
rius meminit in libris dialogoz. Tunc in illo
baptismate ambrosiuscepit. Te deum lauda-
mus. ⁊ augustinus rñdit. te dñm confitemur.
Et sic ipsi duo hu c hymnū alternatim cōpo-
suerūt: ⁊ vsqꝫ i finē decātauerūt: p̄tinus aut i
fide catholica mirabilr p̄firmatus sp̄z omnē
quā hēbat i hoc seculo dereliquit: ⁊ scholis quas
regebat abrenūciavit. o miranda dextere dei ex-
celsi mutatio que augustinū nō solum de tene-
bris eduxit in lucē sed illū luminare grande in
sua ecclesia p̄fecit.

**¶ De humili penitentia ⁊ singulari doctrina
atqꝫ integritate vite beati augustini. Cap. ij.**

Secundum mysteriū declarandū de bea-
to augustino dicit cōmendario. Cōmē-

datur quidem maxime de tribus.

¶ Primo de penitētie humilitate.

Secundo de doctrine singularitate.

Tertio de vite integritate.

**¶ Primo cōmendatur de penitētie humili-
tate. nam lz peccata graua amarissime defle-
uisset:tamen ex ipsa humilitate de peccatis q̄
nos minima reputamus in li. p̄fessionum deo
se dolenter accusat. Sicut de eo q̄ cū puer eēt
ludēbat ad pilā cū ad scholas ire deberet. Itē
de eo q̄ n̄ volebat legere vel addiscere nisi vi a
parētib⁹ vrgeretur. Itē de eo q̄ fabulas poe-
tarum sicut fabulā enee cū adhuc esset puer li-
benter legebat: ⁊ didonē mortuā p̄pter amo-
rē plorabat. Item de hoc q̄ de celario vel men-
sa parentum aliqua furabatur vt pueris ludē-
tibus daret. Item de eo q̄ in ludos puerorum
fraudentas victorias exercebat. Item de eo
q̄ pira de quadam arbore vicina vince sue cū
esset annoꝝ serdecim furatus fuerat. Accusat
etiam se de eo q̄ aliquando nimis libenter ca-
nē vidit currentē. Et de eo q̄ per agrū trāsies
venationem libenter p̄sperit: ⁊ de eo q̄ domi
existens araneas muscas suis retibus capien-
tes nimis attente prospexit. Ideo autē de his**

coram domino confitebat vt ipse dicit. Quia
aliquando a bonis meditationibus auertunt
⁊ orationes interrūpunt. Si q̄s vō feruorē cō-
punctiones deuotionē p̄tritionem augustini
penitentis plene scire desiderat legat libros cō-
fessionum qui vndiqꝫ resonant liquefactioneꝝ
cordis ipsius. Secūdo cōmendatur augustin⁹
de doctrine singularitate. Q̄ singularis ⁊ excel-
lentissimus fuerit in doctrina ostendūt nobis
libri quos cōposuit: sed ad eius gloriāz accedit
alioꝝ sanctoꝝ doctoꝝ testimonium: qui de au-
gustino loquentes ipsum copiosissimis laudi-
bus attollunt. Vnde p̄sper in li. de vita cōtē-
platiua inquit Augustinus ep⁹s acer erat inge-
nio: suavis eloquio: secularibus litteris perit⁹:
in ecclesiasticis laboribus studiosus: in quotri-
dianis disputationibus clarus: i omni sua acti-
one compositus: in questionibus soluēdis acu-
tus: in conuincendis hereticis circumspectus: i
expositioe fidei nostre catholicus: in explanan-
dis scripturis canonicis cautus. Quem i libel-
lis meis pro possibilitate mea sum secutus. Et
anselmus in prologo monologion. nihil potui
inuenire me dixisse qd̄ nō catholicoꝝ patrum
⁊ maxime beati augustini dictis cohereat. Et
policrates libro. ij. c. xvij. narrationis auctore
magnum teneo augustinum. Et possidonius. au-
gustinus sapientie lumen p̄fulgidum p̄pu-
gnaculum veritatis omnes ecclesie doctores
tam ingenio q̄ scientia vicit. Incomparabili-
ter florens tam virtutum moribus q̄ influen-
tia doctrinarum. Hugo in didascalō. lib. iij. ⁊
Isidorus lib. vj. ethimo. De nostris apud gre-
cos origenes in scripturarum labore tam gre-
cos q̄ latinos operū suoꝝ numero superauit:
deniqꝫ hieronymus sex milia libroꝝ eius legis-
se fatef: hoꝝ tamen omniū studia augustinus
ingenio ⁊ scientia sua vicit. nam tanta scripsit
vt diebus ac noctibus non scribere quisqꝫ va-
leat libros suos: sed nec legere quidem occur-
rat. Et egesippus in p̄logo libri de floribus pa-
radisi. Inter magnos ⁊ egregios catholice do-
ctores ecclesie p̄clarum fuisse ⁊ esse augusti-
num quis ignoret: quem cū diuina ⁊ humana
eruditione mirabilem omnes orthodoxi in to-
to terrarum orbe venerant: p̄cipue cum apo-
stolice sedis antistites scripta eius sua probabi-
li auctoritate firmantes: tanto maiore studio
semper amplexi sunt: quanto ampliore solatio
eis vsuros se fuisse testantur. Et cassiodorus. i
prologo sup psalteriū. Ad augustini facundis-

100
fimi patris pfugi opulentissimā lectionē: quo
circa memor ifirmitatis mee mare ipsius quo/
rundā psalmoz fontib⁹ pfusū: diuina misericor/
dia largiente in riuulos vadosos compēdiōse
breuitatis deduxi vno codice tot diffusa cōple/
ctens quot ille in decades quidecim mirabili/
explicauit. Sed vt quidā de homero ait. Tale
est de eius sensu aliquid subripere quale hercu/
li clauā de manu tollere. Est. n. līrarum omniū
egregius magister decurrēs tanq̄s fons paris/
simus nulla fece pollutus. Sed in integritate
fidei perseuerās: nescit hereticis locū dare: vn/
de se possint aliqua colluctatiōe defendere. To/
tus catholicus: totus orthodoxus inuenit: et i ec/
clesia dñi suauissimo nitore resplēdēs: supni lu/
minis claritate radiat. Et haymo in cōmenta/
rio super secūda eplā ad Corinthios: fm btūz
augustinū: necesse ē ad altiora conscendere: et p/
fundiora scrutari: qui in lucidandis questioni/
bus oēs doctores excellit. Et itez haymo ibi/
dem. Sicut sol in lumine excedit oēs planetas
ita augustinus omnes excessit in sacris expo/
nendis scripturis. Et volusianus cui augusti/
nus eplā scripsit. Legi dei deest quicquid au/
gu. cōtigerit ignorare. Et grego. in eplā ad in/
nocentiū prefectū africe. Quae expositionē sancti
iob vobis trāsmitti voluistis: vestro studio cō/
gaudemus: sed si delitioso cupitis pabulo sagi/
nari: beati augustini cōpatriote vestri opuscu/
la legite: et ad cōparationē illius similitudinē no/
strū furfurē nō queratis. Et idem in registro
legit q̄ btūs augustinus nec cū sorore habita/
re p̄senserit dicēs. Que cū sorore mea sunt sor/
res mee nō sūt. docti q̄ viri cautela magna no/
bis d; cē istructio. Et Hiero. in li. de duodecim
doctoribus. Augustinus ep̄s volans per mō/
tium cacumina: quasi aquila multo celoz spa/
tia terrarūq; situs et aquaz circulū claro p̄mo/
ne p̄nunciauit. Et idē in eplā ad augustinū.
duob⁹ libellis tuis cruditissimis: et ois eloquē/
tie splēdore fulgentib⁹ respōdere non potui.
Ecce quicquid dici potuit: et assum ingenio et
de scripturaz hauriri fontibus a te positum ē
atq; disertum: sed queso reuerentiā tuam parū/
per patiaris me tuū laudare ingeniū. Sunt et
alia tam hieronymi q̄ alioz doctoz testimo/
nia de laudibus augustini que nos breuitatis
causa pertrāsimus. Tertio cōmendaat augu/
stinus de vite integritate: post cōuersionē qui/
dē integerrimā vitā atq; sanctissimā duxit: nā
e mediolano discedens assumptis secum nebrī

dio et euodio et matre ad africā remeabat. Sed
cum essent apud hostiā tiberinā: pia mater ei⁹
defuncta est: post cuius mortē reuersus est au/
gustinus ad agros pprios: vbi cū his qui sibi
adherebāt ieiunijs et orationibus deo vacabat
scribebat libros et indoctos docebat. Fama autē
cuius vbiq; defundebat et in oibus libris suis et
actibus admirabilis habebat. Refugiebat autē
ad aliquā ciuitatē accedere que careret ep̄o: ne
ipsū in predicto officio occupari contingeret.
Eodē tpe apud ypponem erat quidā vir ma/
gnaz opum: qui augustino misit q̄ si ad eū ac/
cederet et verbum ex ore suo audiret seculo re/
nunciare posset. Quō augustinus vbi cōperit: il/
luc concitus iuit. audiēs autē valerius ypponē/
sis ep̄s famā eius ipsum plurimā renitentē: in
ecclesia sua presbyterum ordinauit: nonnullis
quidē lachrymas suas superbe interpretatib⁹:
et tanq̄s cū p̄solantibus: et dicentibus quia et lo/
cus presbyterij h; ipse maiori dignus esset ap/
propinquaret tñ ep̄atui. Qui statim monaste/
riū clericoz instituit. Et cepit viuere fm regu/
lam sub sanctis aplis p̄stitutam vbi nullus ali/
quid pprium habebat: sed oēs in cōi viuebāt
De cuius monasterio decem ep̄i fuerunt cle/
cti. Fratibus autē suis quos canonicos regula/
res vocauit regulā tradidit sub qua militāt p̄/
dicatores heremitani: seruite: ordo sancte bri/
gide: ordo sancti hieronymi: ordo sancti ioan/
nis ierosolomitani: ordo sancti antonij: ordo
cruciferoz. Cum vero valerius ep̄us esset gre/
cus: et minus in latina lingua et litteris doctus
augustino potestātē tribuit: vt cōtra morē ori/
entalis ecclesie coram se in ecclia predicaret: vñ
cum multi ep̄i cōtradicerēt ille de hoc nō cura/
bat: dūmodo per eū fieret: quod per se fieri nō
valebat. Eodem tpe presbyter fortunatū ma/
nicheū et alios hereticos: p̄cipue rebaptizatos
donatistas et manicheos cōuicit abstulit et fu/
gauit. Cepit autē btūs valerius formidare ne
sibi augustinus tolleret et ab alia ciuitate i ep̄s
peteret: nam sibi aliquando ablati fuisse: ni/
si cum ad locum secretum transire curasset: ita
vt inueniri minime potuisset. impetrauit igit
ab archiepiscopo cartaginensi: vt ipse cederet:
et augustinū ypponēsi ecclesie p̄ficeret i ep̄s. h;
cum hic augustinus omnimode recusaret: cō/
pulsus tamē succubuit et ep̄atus curā suscepit
Quod in se postea fieri nō debuisse vt suo vi/
uente episcopo ordinaret: et dixit et scripsit pp
concilij vniuersalis p̄hibitionem. Quā post/
x

modū ordinatus didicit: q̄ sancte in ep̄atu se habuit videre poteris i legēda. in dieb⁹ aut ei⁹ vandali totā africe puinciā occuparūt: vastātes oīa: nec parcētes sexui ordini v̄l etati. Et vt pleriq; tradūt vandali poloni esse creduntur a flumine vandalo polonie dicti. in li. No histo-ric hispanice scribitur. Et tpe agensorici regis vādaloꝝ facta est ab ipso grauis ecclie perse- curio in hispania ⁊ africa. nam multos marty- res fecit: cōfessoribusq; linguas abscidit: q̄ vt Isidorus narrat abscissis linguis perfecte loq̄- bant. ⁊ de his fit mentio. C. de offi. prefec. p̄to- rio africe. cū tandē vandali ad ypponensē ciui- tatē venissent: augustinus puocatis fratribus dixit. Ecce rogauī dñs vt aut nos ab his peri- culis cruat: aut pacientiam tribuat: aut me de hac vita suscipiat ne tot calamitates videre cō- pellar. Et ecce tertiū qd̄ petijt obtinuit. Tertio nanq; obsidionis mense febribus laborans le- cto decubuit in quo septē psalmos cū lachry- mis legens: sumptaq; eucharistia: reuerēdissi- me integro aspectu atq; auditu corā posit⁹ fra- tribus ⁊ orantibus migravit ad deū anno eta- tis sue. lxxvj. ep̄atus No sui. xlv.

¶ De miraculis ⁊ translatione corporis beati augustini: de quo fit officium duplex in ecclie- sia. Capitulum. iij.

¶ Tertiu mysteriū declarandum de beato augustino dicit magnificatio. placuit q̄ dem omnipotenti deo hunc sanctū magnifica- re precipue in tribus.

¶ Primo in miraculoꝝ rutilatione.

¶ Secundo in corporis translatione.

¶ Tertio in officij celebratione.

¶ Primo magnificauit eū deus in miraculo- rū rutilatione. Nam in vita ⁊ in morte mira- culis claruit. In li. nāq; xxij. de ci. dei. dicit de se nomē ex humilitate non exprimens. Scio ep̄m semel pro adolescente quē nō vidit orasse illūq; illico demonio caruisse. Cū etiam quidā infirmus incidi deberet: ⁊ de eius morte ob in- cisionē plurimū timeretur: cū infirmus cū mul- tis lachrymis deū exorasset: cū eo ⁊ pro eo au- gustinus orauit: ⁊ sine aliqua incisionē integrā sanitatē recepit. hec ⁊ alia in vita sua facta le- gunt. post mortē No cōpertū est illū miracu- lis plurimis conuulsa. Ex quibus aliqua enar- rabimus. Adolendinarius quidā in beatus au- gustinū specialē deuotionē habens: cum quan- dam infirmitatē que dī flegma falsū i tibia pa- teretur: bt̄m augustinū deuote in sui adiutori-

um inuocabat. Cui per visū sanctus augusti- nus apparuit: ⁊ tibiā manu palpans itegre re- stituit sanitati: qui excitatus se liberatum inue- nit: ⁊ deo ⁊ bt̄o augustino gr̄as reddidit. Qui- dam puer cū vicio lapidis premeret: ⁊ de cōsi- lio medicoꝝ incidi deberet: mater pueri mort⁹ sibi timens periculū bt̄m augustinū deuote in sui filij subsidiū inuocauit. Statimq; fusa ora- tione v̄nā cū lapide emisit ⁊ plenā sanitatē recepit. ¶ Depositus cuiusdam ecclie in bt̄m augustinū multā deuotionē habēs: cū per tres annos granē infirmitatē passus fuisset: ita vt de lecto surgere nō valeret aduenientem solē- nitatem bt̄i augustini cū iā in eius vigilia ad vesp̄as pulsaret ad rogandū sanctū augu- stinū tota deuotione se cōtulit. Cui in albis s̄a- ctus augustinus apparēs dixit. Ecce assum to- tiens ad te vocatus: surge cito ⁊ celebra mibi officium vesp̄tinū. Qui sanus surgens cun- ctis stupentibus eccliam intrauit: ⁊ officium deuote peregit. ¶ Secundo magnificauit de- us beatum augustinū in corporis translatione. Nam postq; gens barbara africaꝝ occupauit fideles corpus augustini ceperūt: ⁊ ipsum i sar- dinia transfulerunt. Transactis autē ab eius obitu annis ducentis octoginta. Luprandus deuotus longobardoꝝ rex audiens sardiniam a sarracenis depopulataꝝ solēnes illuc nūcios misit vt doctoris sancti reliquias papiam de- ferrent. Qui magno precio dato corp⁹ s̄acti au- gustini tulerūt: ⁊ vsq; ianuaꝝ portauerunt. ¶ Deuotus rex audiens vsq; ad predictā ciuitatē cum magno gaudio eidē obuiauit ⁊ reuerēter excepit. Cum autem mane vellēt corpus illud dducere: nullo modo moueri potuit: donec rex votū emisit qd̄ si se inde deduci permitteret: ibi- dē in suo noīe eccliam fabricaret: cū aut votū fecisset statim sine difficultate inde deductum est. Rex aut qd̄ vouerat impleuit. Et ibideꝝ in honore beati augustini eccliam fabricauit. Idē miraculū die sequenti in quadam villa ep̄atus terdonens̄ que dicit caselle ptigit. Et eo mo- do ibidē in honore bt̄i augustini eccliam fabri- cauit. Insuper villā ipsā cū oibus appēditijs ꝑcessit seruientibus ecclie sancti augustini ꝑ- petuo possidendā. Sicq; cū magno gaudio pa- piā deducitur: ⁊ in ecclia sancti petri que ce- lū aureū dī honorifice collocat. ¶ Tertio ma- gnificauit deus beatum augustinum in officij celebratione. Nam non nisi deo inspirante fa- ctum est vt ecclia statuit vt officiū quattuor

151
doctoz principalium Augustini videlicet hieronymi et ambrosij atq; gregorij soleniter seu dupliciter celebraret: sicut p; li. vj. de reliquijs et veneratione sanctorum. in. c. gloriosus deus Igitur augustinu doctore magnu veneremur in terris: vt sic p; illius merita cu ipso regnare possimus in celis. Vbi xpo iesu fruemur cum gaudio q; e benedictus in secula seculoz. Amen

Sermo quinquagesimussextus de bro hieronymo: qui gloriam ingentem adeptus est ppter scientiam penitentiam et patientiam.

Eratificauit illum

in gloria et circueiuit illu cona glorie. Scribuntur hec verba Ecclesia. **Hi. xxxv. c.** Nescio qua copia et facultate dicendi laudes Hieronymi gloriosi perorari possint qui tum doctrine vbertate: tum erimie sanctitatis merito admirabilem ac venerandu se cunctis mortalibus preber. Is nanq; est quem ecclesia sancta dei preclarissimu veritatis doctorem fatetur: eiusq; scripta roborat et confirmat atq; coprobat et acceptat: sicut p; xv. di. decretorum. c. sancta romana ecclesia. Is est qui in toto orbe a cunctis fidelibus summa et singularissima deuotione colitur: cuius nome latitudinis terre copleuit. Is deniq; est qui inter angeloz choros non mediocri gloria fulget in regno celoz que deus benedictus stola immortalitatis decorauit. Quis igitur audebit de hieronymo non nisi balbutiendo loqui. Verutamen vt debito satisfaciatur: cu in solennitate ipsius de eo verba facere opus sit: cu omni qua poterimus affectione de illius gloria tractabimus: de qua dicuntur verba pposita. In quibus exprimit magnitudo glorie hieronymi qua assecutus est tam in beata vita q; etiam in presenti seculo: Quare autem hieronymus sit a deo gloriosus effectus: Triplex pot ratio assignari.

Prima dicit scientie.

Secunda patientie.

Tertia penitentie.

Qualiter scientia hieronymi fuit a magistris eum docentibus causata: et q; simul cu illa habuit scientiam infusa: et qualiter alios doctores superauit in notitia diuersoz ydeomatum et multitudine historiaz et in vrili scripture translatione.

Capitulu. i.

Prima ratio quare hieronymus gloriosus effectus est: et nomen grade sibi ve-

dicauit in celo et in terra dicitur scientie: nam effulsit in eo scientia rez humanaz et diuinaruz. Et illa verbo et litteris comunicauit. hinc danielis. xij. capi. scribitur. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iustitia erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. Verutamen in hac parte tria se ingerunt dubia declaranda.

Primum vtz scientia beati hieronymi fuit i eo a magistris eum docentibus causata.

Secundum vtz scia hieronymi fuit acquisita.

Tertium vtz scia hieronymi fuit excellētissima.

Ad primu dubiu respondere possumus q; scientia hieronymi fuit in eo causata a magistris eum docentibus. Nam vt colligitur ex dictis eius in libro de viris illustribus: cum ipse genitus esset patre eusebio. xxvj. anno imperij magni Constantini: in oppido stridonio qd a gothis euersu dalmatie quodam pannonicq; confinium fuit cum parentibus in pueritia ueniens romam: uiris insignibus traditur instruendus nam in gramatica donatu habuit preceptore: in rethorica victorinu. Quatu vero in discendo laborauerit: ipse asserit in epistola ad oceanu: ubi scribit. Dum essem iuuenis nimio feruebam amore discendi: nec iuxta quorundam presumptionem ipse me docui: apollinarē audiui anthiochie frequēter et colui. Jam canis spargebat caput et magistrum potius decebat q; discipulum: perreri tamen alexandriam. audiui didimum in multis ei gratias ago: q; qd nesciebā didici: et qd sciebam illo docente non perdidici: veni rursus hierosolymā et bethleem: quo labore: quo precto baraniā nocturnum habui preceptore. Timebat. n. iudeos: et alteru mihi exhibebat nicodemum. Et in epistola ad rusticum monachū inquit. Dum essem iuuenis: et me solitudinis deserta vallarent incentiua vitiozum: ardoremq; nature ferre non poterā. Quam cum crebris ieiunijs frangerem: mens tamen cogitationibus estuabat: ad quas ebdomadā cuidam fratri qui ex hebreis crediderat me in disciplinam dedi: vt post quintiliani acumina. Ciceronisq; fluuios grauitatemq; frontis et leuitatem. Plinij alphabetum discerem stridentia anhelantiaq; verba mediterer: quid ibi laboris sumpserim: quid sustinuerim difficultatis: quoties desperauerim: quotiensq; cessauerim: et contentione discendi rursus inceperim testis est cōsciētia tam mea: qui passus sum q; eoz qui mecum vitā duxerunt:

et gratias ago dño q̄ de amaro semine littera-
rū dulcedinis fructus capio. hec ibi. **P**errexerit
etiā cōstantinopolim vbi audiuit gregoriū na-
zarenū: vt ipse testat̄ in tertio isaie explanatio-
nū libro. Sed obuiare quis potest q̄ vnus ho-
mo alium docere nequeat. dicit nāq; dñs mat-
thei. xxij. c. Nolite vocari rabbi vbi dicit glo.
Micro. ne diuinū honorē hoībus tribuatis cē
ergo magistrū pertinet pprie ad diuinā hono-
rem. Sed docere est pprium magistri: hō ergo
nō pōt docere. Sed hoc ē pprium dei. **R**ndet
tho. i. p. q. cētesima. xvij. **Q** circa h̄ diuerse fue-
runt opiniones. **A**uerre is. n. in cōmēto tertij
de aīa posuit vnū intellectū possibilem cē oīū
hominū. Et ex hoc sequerēt q̄ eadē spēs intelli-
gibiles sunt oīum hominū. Et fm h̄ ponit q̄
vnus hō p doctrinā nō causat aliam scientiā
in altero ab ea quam ipse habet: sed cōicat ei
eandem scientiā quam ipse habet p hoc q̄ mo-
uet cū ad ordinandū fantasmata in aīa sua. ad
hoc q̄ sit disposita conuenienter ad intelligibi-
lem apprehensionē. **Q**ue quidē opinio quantū
ad hoc vera est: q̄ est eadē scientia in discipulo
et magistro si considerēt idēitas fm vnitatem
rei scite. **E**adē enim rei veritas est: quā cogno-
scit et discipulus et magister. Sed quantū ad h̄
q̄ ponit vnū intellectū possibilem omnīū homi-
nū et eadē spēs intelligibiles differentes solū
fm diuersa fantasmata: falsa est eius opinio.
Alia est opinio platonicoꝝ: qui posuerūt q̄ sci-
entia inest a pncipio aīabus nris per partici-
pationē formā separataꝝ: sicut etiā ponitur
.i. parte. q. lxxxiiij. sed aīa ex vnione corporis ī-
pediēt ne possit p̄siderare libere ea quoz scientiā
h̄. Et h̄ hoc discipulus a magistro non acquirit
scientiā de nouo: sed ab eo exercet̄ ad p̄sideran-
dū ea quoz scientiā habet: vt sic addiscere nil
aliud est q̄ quodāmodo reminisci. **S**ed hoc fal-
sum ē q̄ intellectus possibilis anime hūane est
in potētia pura ad intelligibilia. vt dicit **A**ri-
sto. in tertio de aīa. Et ideo aliter dicendū ē. **Q**u-
docens causat scientiā in discipulo reducendo
ipsū de potētia in actū: sicut dī. viij. phisicoꝝ.
Ad cui⁹ euidētiā p̄siderandū ē: q̄ effectū qui
sunt ab exteriori pncipio: aliq; est ab exteriori
pncipio tm̄: sicut forma domus causat̄ ī ma-
teria solū ab arte. **A**liquis autē est effectus: q̄
q̄ quidē ab exteriori pncipio: quādoq; autē
ab interiori: sicut sanitas causatur in infirmo:
q̄q; quidē ab exteriori pncipio. s. ab arte me-
dicine: q̄q; autē ab interiori pncipio. cum

aliquis sanat̄ virtute nature. **E**t in talibus effe-
ctibus duo sunt attendenda. **P**rimo quidē q̄
ars imitat̄ naturam in sua operatione. **S**icut
enī natura sanat infirmū alterando: digerēdo:
et expellendo materiam que causat morbuꝝ. ita
et ars. **S**ecundo attendendū est: q̄ pncipium
exteriori. s. ars nō operat̄ sicut pncipale agēs
sed sicut coadiuuans pncipale agēs: quod ē
pncipium interiori: confortando ipsū et mini-
strando ei instrumenta et auxilia quibus vta-
tur ad producendum. **S**icut medicus p̄fortat na-
turam et adhibet ei cibos et medicinas quibus
natura vtaur ad finē intentum. **S**cientia autē
acquirīt in homine: et ab interiori pncipio. vt patz
in eo qui per inuentionem propriā sciētā ac-
quit. **E**t a pncipio exteriori: vt p̄ in eo qui addiscit.
Inest enim vniciq; homini quoddā pncipi-
ū sciētie. s. lumen intellectus agētis p̄ q̄ co-
gnoscunt statim a pncipio naturaliter quedā
vniuersalia pncipia omnīū scientiā. **E**t au-
tem aliquis huiusmodi vniuersalia pncipia
applicat ad aliqua particularia: quoz memori-
am et experimentū per sensum accipit: per inue-
tionē propriā acquirit scientiā eoz que nescie-
bat ex notis ad ignota p̄cedens. **V**nde et qui-
libet docens ex his que discipulus nouit: ducit
eum in cognitionem eoz que ignorabat s; q̄
dicit̄ in primo posteriorū: q̄ oīs doctrina et oīs
disciplina ex p̄existenti sit cognitio. **D**ucit au-
tē magister discipulū ex p̄cognit̄ i cognitionē
ignotoꝝ duplici. **P**rimo quidē pponēdo ei ali-
qua auxilia vel instrumenta quibus intellect⁹ ei⁹
vtaur ad scientiā acquirendā. puta cū pponit ei
aliquas p̄positiones minus vniuersales: quas
tm̄ ex p̄cognitis discipulus diiudicare pōt: vel
cū pponit ei aliqua sensibilia exēpla vel simi-
lia vel opposita vel aliqua huiusmodi ex quibus
intellectus addiscētis manuducit̄ ad cogniti-
onē veritatis ignote. **A**lio modo cū p̄fortat in-
tellectum addiscētis: nō quidē aliqua virtute
actiua: quasi superioris nature: q̄ oēs intellect⁹
humani sunt vnus gradus in ordine nature.
Sed inquantū pponit discipulo ordinē pnci-
pioꝝ ad p̄clusiones: qui forte per seipsum nō
haberet tantam virtutem collatiuā: vt ex pnci-
pijs posset p̄clusiones deducere. **E**t ideo dicit̄
in primo posteriorū: q̄ sillogismus est demō-
stratio faciens scire: et per hunc modū ille q̄ de-
monstrat auditorē sciētē facit: homo ergo doc-
ens solūmodo exteriori ministeriū adhibet sicut
medicus sanat̄. **S**ed natura interior ē p̄-

tipalis cā sanationis. Ita z interi⁹ lumē intel-
lectus est principalis cā sciētie: vtrunq; autem
horū est a deo. Et ideo sicut de deo dī. Qui sa-
nat oēs infirmitates tuas: ita de eo dicit q̄ do-
cet hominē scientiā inquantū lumen vult⁹ ei⁹
super nos signat. ¶ Secundū dubiū fuit vtz
scientia hieronymi fuit acquisita. Ad qd̄ rñde-
mus q̄ reperiunt tria hominū genera: quida;
habēt scientiā simpliciter acquisitā sicut hi q̄
ea que humanam rationē nō transcendūt in-
stigādo z ab alijs audiendo didicerunt. Tales
fuerunt illi de quibus hieronymus in eplā ad
paulinū ait. Legimus in veterib; historijs q̄s-
dam lustrasse puincias nouos adijisse populos
maria transisse: vt eos quos ex libris nouerant
corā quoq; viderent: sic pictagoras mēfiticos
yates: sic plato egyptum: z architā tarentinū
eādēq; orā italie que quondā magna grecia
dicebat laboriosissime peragrauit: vt qui athe-
nis magister erat z potens cuiusq; doctrinas
schademie gymnasia personabant fieret pere-
grinus atq; discipulus: malens aliena verecun-
de discere q̄ sua impudenter ingerere: deniq;
cū lras toto quasi orbe fugientes psequitur ca-
ptus a piratis z venundatus tirāno crudelissi-
mo: paruit captiuus vinctus z seruus. Tamen
q̄ phus maior cimente se fuit Ad titū liuiū la-
cteo eloquentie fonte manantē ex vltimis hi-
spanie galliaq; finibus quosdā venisse nobi-
les legimus. Et quos ad sui cōtemplationē ro-
mā non traxerat vnius hoīs fama pduxit: ha-
buit illa etas inauditū oibus seculis celebrādū
q̄ miraculū: vt vrbē tantā ingressi aliud pter
v: bē quererent. Apollonius ille siue magus
vt vulgus loquit siue phus vt pictagorici tra-
dunt intrauit persas: pertransiuit caucasū al-
banos: scitas: massagetas opulentissima indie
regna penetrauit z ad extremū latissime phy-
son amne transmissio puenit ad bragmanas vt
hiarcā in trono sedentē aureo z de tantali fon-
te potantem: inter paucos discipulos de natu-
ra: de moribus: de cursu dierū z sydex audiret
docentē: inde per elamitas: babilonios: chalde-
os: medos: assyrios: parthos: fenices: arabes: pa-
lestinos. reuersus alexandriā: puenit ethiopi-
am: vt gymnosophistas z famosissimā mensā
solis videret in sabulo. Inuenit vbiq; vir ille
qd̄ discere: vt semp pficiēs semp se melior fie-
ret. Scripsit sup hoc plenissime octo volumini-
bus philostratus. hec Hiero. Qui oñdit q̄to
labore z studio pictagoras z plato ac apollo-

162
nius scientiā adepti fuerūt. Sunt z alij q̄ scien-
tiam hnt simplr infusam: sicut de apostolis di-
ximus: qui a spū sancto didicerunt oēm verita-
tē ad salutē necessariā. Tertij vtro hnt sciētiā
acquisitā: z preter illā adhuc habent scientiam
infusā. hi fuerunt doctores ecclesie sancte: qui
lz humano studio liberales disciplinas didice-
rit: tñ de rebus diuinis nō nisi a fonte spirit⁹
sci acceperūt tā multa tāq; stupēda que docue-
rūt z redegerūt in scriptis: z vt de ceteris tace-
amus inspiciant libri quos Hierony. scripsit z
aperte patebit ipsū spū scō inspiratū locutus
fuisse. ¶ Tertū dubiū fuit vtz scientia hiero-
nemi fuit excellentissima: z ad hoc rñdere pos-
sumus: q̄ in tribus hieronymus alios docto-
res excessit.

Primo in linguaz varietate.

Secūdo in historiaz multiplicitate.

Tertio in translationis vtilitate.

¶ Prō fuit excellētissima scia hieronymi: q̄
doctores alios superauit in linguaz seu lrarū
varietate. Fuit. n. pitissimus in lris latinis gre-
cis z hebraicis. Vnde de eo sic scribit Augu.
Sanctus hieronymus presbyter greco latino
z hebreo eloquio eruditus in locis sctis atq;
in litteris sacris vsq; ad decrepitā vixit etatez
cuius nobis eloquiū ab oriente vsq; in occiden-
tem instar solis lāpas resplenduit. Et Hido⁹
in lib. ethi. ait. Hieronymus triū linguaz pe-
ritus extitit: cuius iterpretatio ceteris antecert
qm̄ z verborū tenatio: est z perspicuitate sine
clario: atq; vtpote a xpiano interprete verior.
in dialogo No seueri sic d̄ hieronymo dī. Hiero-
nymus pter fidei meritū: dotēq; virtutū nō
solū latinis sed grecis atq; hebraicis litteris
istructus ē: ita vt se illi in oī scia nemo audeat
comparare. ¶ Secūdo fuit excellēs doctrina hie-
ronymi in historiaz multiplicitate. Ob quod
ipse in expositione danielis pphete ait. Ad itel-
ligendas extremas danielis partes multiplex
grecoz historia necessaria est. Sutorij videlicet
z callinici: diodoro: polibij: possidonij: theonis z
andronici: iosephi quoq; z eoz quos ponit io-
sephus: nostriaz liuij ac pōpei trogi: qui oēs ex-
treme visionis narrāt historiā. Et post alexan-
drum vsq; ad cesarē augustū Scelenci z anthi-
ochi sirię z egypti ac ptolomeoz bella descri-
bunt. Et si quando cogimur seculariū litt. raz
recordari: z aliqua dicere ex his que olim obmi-
simus: non nostre est voluntatis: sed grauissi-
me vt ita dicam necessitatis vt probemus ea

quæ a sanctis prophetis ante secula multa predicta sunt tam grecorum quam latinorum ac aliarum gentium litteris contineri. hec ibi. ubi Hieronymus ostendit se historiarum notitiam copiosissime habuisse.

¶ Tertio fuit excellens scientia hieronymi in translationis utilitate. Lucta namque volumina veteris testamenti prius de greco: postea vero veteriore editione de hebraico transtulit in latinum. Ex qua translatione lucet ecclesie dei veritas scripturarum sanctarum. ordinavit insuper officium ecclesiasticum: ut. n. refert iohannes beletb. Cum olim unusquisque caueret quod volebat: theodosius imperator rogavit damasum papam ut alicui viro docto officium ecclesiasticum committeret ordinandum. Qui sciens hieronymum in omni scientia summum: eidem officium predictum commisit. hieronymus itaque psalterium per ferias distinxit. Et unicuique ferie nocturnum proprium assignavit ac gloria patri in fine cuiuslibet psalmi dicendum instituit. Deinde epistolas et euangelia per anni circulum decantandas: ceteraque ad officium pertinentia preter cantum rationabiliter ordinavit misit quod fecerat de bethleem ad summum pontificem et ab eo auctoritatum perpetuo fuit et approbatum.

¶ De patientia hieronymi in persecutionibus malorum clericorum et aliorum qui sibi inuidebant ac hereticorum quos conuincebat. Capitulū. ij.

Secunda ratio quare hieronymus gloria grandem adeptus est dicitur patientie probatus quippe fuit et examinatus in fornace persecutionum quas iniuste passus est: que in triplici differentia distingui possunt. s.

Clericorum.

Emulorum.

Hereticorum.

¶ Primo passus est persecutiones clericorum. Nam ut in sua legenda narratur: dum esset annorum triginta vel paulo plus in romana ecclesia presbyter cardinalis ordinatus est. Adortuo vero liberio papa: hieronymus dignus summo sacerdotio ab omnibus acclamabatur. Sed duz quorundam clericorum et monachorum lasciuam increparet: illi nimium indignati insidias ei parauerunt: et per vestem muliebrem: ut ait iohannes beletb turpiter est derisus. Nam cum hieronymus ad maritimum solito more surgeret vestem mulieris quam emuli iuxta lectum posuerant reperit: suamque credens esse induit et in ecclesia sic processit verisimile est quod vestis illa aliquam conformitatem ad vestem eius habuisset. Et in ecclesia sic processit: hoc autem illi nequam faciebant ut mulierem in thala

mo habere crederet. Quod ille videns locum ire dare disposuit. Itaque ex urbe discessit: et de suo recessu sic ipse scribit in epistola ad rufinum. Advenisse augusto flatibus ethereis cum sancto vincen-
tio presbytero et adolescente fratre et alijs monachis qui nunc hierosolyme commorantur: nauem in romano portu conscendi: maxima me factorum frequentia persequente veni regium: in ficulo litore paululum steti: ubi veteres didici fabulas: et precipitem fallacis vlyxis cursu: et sirenarum cantica et insatiabilem caribdis voraginem. deinde ut ibidem asserit perrexit ciprum: et post profectus est antiochiam: de post mediam: inde intravit hierosolimam: inde conscendit egyptum: et tandem venit constantinopolim ad gregorium nazarenum.

¶ Secundo passus est beatus hieronymus persecutiones emulorum: qui invidia moti: suo labori quam necessario et utilissimo: quem in translatione scripture subijt semper detrabebant. Nam plerique damnabant eum quoniam superflue egisset transserendo ea que iam per septuaginta interpretes translata fuerant: per quibus ipse dicit in prologo in libris paralipomenon scribens ad cromatium. Si septuaginta interpretum pura et ut ab eis in grecum versa est editio: permaneret superflue mi cromati episcoporum sanctissime atque doctissime impelleres ut hebreæ volumina latino sermone transferrent. Quod. n. semel aures hominum occupauerat et nascentis ecclesie roborauerat fide: iustus erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero cum per varietate regionum: diversa ferantur exemplaria et germana illa antiquaque translatio corrupta sit atque violata: nostri arbitrij putas aut pluribus indicare quid verum sit: aut nouum opus in veteri opere cedere: illudentibusque iudeis committum ut dicitur oculos perfingere. hec ibi. ubi ostendit quod translatio septuaginta per multos corrupta fuerat. Insup et sequitur in eadem epistola ostendens quod erat diminuta inquit. Scripsi nup librum de optimo genere interpretandi: ostendens illa de euangelio. Ex egypto vocavi filium meum. Et quoniam nazareus vocabitur. Et videbunt in quem copunxerunt. Et illud apostoli. Que oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderunt: que preparauit deus diligentibus se: ceteraque his similia hebreorum libris inuenire certe apostoli et euangeliste septuaginta interpretes nouerant. Et vni eis hec dicere que in septuaginta non habentur. Christus deus noster vtriusque testamenti conditor in euangelio secundum iohannem. Qui credit inquit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre

eius fluent aque viue: vtiq; scriptū est qd̄ salua
 tor scriptum esse testat. vbi scriptum est septua
 ginta non habet: apocrypha nescit ecclesia. ad he
 breos ergo reuertendū est: vñ z dñs loquitur z
 discipuli exempla presumunt: hec pace veterū
 loquor: z obtreccationibus meis tm̄ rñdeo: qui
 canino dente me rodunt. Et in epla ad domni
 onē z rogatianum ita scribit. Quō grecoꝝ hi
 storias magis intelligunt qui athenas viderit
 Et tertū virgilij libꝝ qui a troade leuchaten:
 z a crocherauma ad siciliam: z inde ad hostia ri
 berina nauigarunt. Ita scām scripturā lucidi⁹
 intuebitur qui iudeam oculis contemplatus ē
 Et antiquarum vrbium memorias locorumq;
 vel eadeꝝ vocabula: vel mutata cognouerit: vñ
 z nobis cure fuit cū crudelitissimis hebreoꝝ hūc
 laborē subire vt circuiremus puinciam quam
 vniuerse christi ecclie sonant. Fateor enī mi do
 mnion z rogatiane carissimi nunq; me in diui
 nis voluminibus pprijs virib⁹ credidisse: nec
 habuisse magistrā opinionē meā. Sed etiā ea
 de quibus scire me arbitrabar: interrogare me
 solitum. Quāto magis de his super quib⁹ an
 cep̄ eram. Deniq; cum a me nuper lris flagi
 tassetis: vt vobis paralipomenon latino s̄mo
 ne transferrem de tiberiade legis quendaꝝ au
 ctore qui apud hebreos admirationi habebat
 assumpsi. Et contuli cum eo a vertice vt aiunt
 vsq; ad extremum vnguē. Et sic cōfirmatus
 ausus sum facere quod iubebatis. libere. n. vo
 bis loquor: ita z in grecis z in latinis codicib⁹
 hic noīum liber vitiosus est: vt non tā hebreā
 q̄ barbara quedā z samaritica noīa congesta
 arbitrandum sit. Nec hoc septuaginta interp̄
 ribus qui spū sancto pleni erant ea q̄ vera fue
 runt transtulerunt: sed scriptoꝝ culpe ascriben
 dum: dū de inemendatis inemendanda scripti
 tant: z sepe tria noīa subtractis e medio sylla
 bis in vnum vocabulum cogunt: vel e regione
 vnum nomē ppter latitudinē suā in duo vel
 tria vocabula diuidunt. hec ibi. Item in prolo
 go in libro iob inquit. Egoꝝ per singulos di
 uine scripture libros aduersarioꝝ rñdere male
 dictis. Et infra. Memini me ob intelligentiaꝝ
 huius voluminis iudeū quendaꝝ p̄ceptoꝝ qui
 apud hebreos primus haberi putabatur: non
 paruis redemisse nūmis. Cuius doctrina an ali
 quid p̄fecerim nescio: hoc vnum scio non po
 tuisse me interpretari: nisi q̄ ante intellexeram
 Et post multa ait ibi Hiero. Audiant quapro
 pter canes mei iccirco me in hoc volumine la

borasse: n̄ vt interpretationē antiquam repre
 henderem: sed vt ea que in illa aut obscura sūt
 aut obmissa: aut certe scriptoꝝ vitio depraua
 ra manifestiora nostra interpretatione fierent
 qui z hebreū sermonē ex parte didicimus. Et ī
 latino pene ab ipsis cunabulis inter grāmati
 cos z rhetores z phos nutriti vel detriti sum⁹
 q̄ si apud grecos post septuaginta editionem
 iam xp̄i euangelio conuiscante iudeus aquila. z
 simach⁹, ac theodorion iudaicātes heretici sūt
 recepti: qui multa mysteria saluatoris subdola
 interpretatione celarunt. Et tamen in exēpla
 rijs habentur apud ecclesias z explanantur ab
 ecclesiasticis viris: quāto magis ego christia
 nus de parentibus xp̄ianis z vexillū crucis in
 mea fronte portans: cuius studiꝝ fuit omnis
 sa repetere z deprauata corrigere z sacramēta
 ecclie puro ac fidei aperire sermone: vel a fa
 stidiosis vel a malignis lectoribus non debeo
 reprobari. Tertio passus ē bt̄us hieronym⁹
 p̄secutiones hereticoꝝ: arrianoꝝ videlicet: vt
 ipse scribit in epla ad damasū papā: quos oēs
 potenter cucit z xp̄iana documēta publice de
 fensauit: quāto vero hieronymus passus sit a
 fictis amicis ipse declarat in epla ad asellam.
 In omnibus tamen modestiam seruans non
 nisi pp̄ deū z primoz utilitatē sibi falso detra
 hentes rōnabiliter obiurgabat.

De austeritate penitētie hieronymi: i qua
 quatriēnio pseuerauit: ob quam accepit merce
 dē celestis regni.

Capitulu. iij.

Tertia ratio quia hieronymus gloriam
 copiosam obtinuit dicif̄ penitētie: de
 qua consideremus tria.

Primo austeritatem.

Secundo diuturnitatem.

Tertio utilitatem.

Primo consideremus de penitētia Hiero
 nyomi austeritatem. Hanc ipse declarat in
 epistola ad Eustochium: vbi sic scribit. Quo
 tiens in heremo constitutus in illa vasta solitu
 dine: que crux solis ardoribus: horridum mo
 nachis prestat habitaculum: putabam me ro
 manis delitijs interesse: horrebāt sacco mem
 bra: deformis squallida cutis sitū ethiopice car
 nis obdurerat: quotidie lachryme: quotidie
 gemitus. Et si qñ repugnantē somnus iminēs
 oppressisset: nuda humo vix ossa herentia col
 lidebam: de cibis vero z potu taceo: cum etiā
 languentes monachi: aqua frigida vix vtant:

et coctū aliquid accepisse: luxuria sit. Ille igitur
 ego qui ob gehēne metū tali me carceri ipse dā
 nauera; scorpionū tū socius et ferax sepe cho
 ris itererā puellaz: pallebāt ora ieiunij: et mēs
 desiderijs estuabat i frigido corpe: et ante ho
 minē iā sua carne p̄mortuū: sola libidinū incē
 dia bullicbāt. Itaq; omni auxilio destitut⁹ ad
 iesu iacebā pedes: rigabā lachrymas et crine ter
 gebaz: et repugnātē carnē ebdomadaz inedia
 subiugabā. Et infra memini me diē crebro iū
 risse cū nocce: nec prius a pectoris cessasse ver
 beribus q̄ rediret dño increpante tranquil
 litas: ipsam quoq; cellulā meam quasi cogita
 tionū meaz consciam p̄mescēbā: et mibimet
 iratus et rigidus solus deserta penetrabā. Si
 cubi p̄caua vallium: aspera montiū: rupiū pre
 rupta cernebam. Ibi ince orationis locus: ibi
 illud miserrime carnis ergastuluz. Et ut mibi
 testis est dñs post multas lachrymas: post celo
 oculos inherentes: nōnunq; videbāt mibi in
 teresse agminibus angeloz. ¶ Secūdo cōfide
 remus de penitentia hieronymi diuturnitatē.
 Mā l; fuisset omnibus diebus vite sue in labo
 ribus et penitentia: tñ in illa penitentia sic du
 ra quadriennio p̄seuerauit. Qua pacta ad be
 thleē oppidum remcauit: ipetrauitq; ad ep̄o ci
 rillo locū habitandi: vbi monasteriū p̄struxit: et
 cū monachis habitauit: multos aut ibidē disci
 pulos coadunans in sancto p̄posito et trāslati
 one scripturaz quinquaginta annis et sex mē
 sibus desudauit. Tanta deniq; lassitudine fati
 gatus ē: ut in stratu suo iacēs: funiculo ad tra
 bē suspēso suppinis manibus se leuaret. ¶ Ter
 tio p̄sideremus de penitētia hieronymi utilita
 tē: assecutus nanq; est p̄ illa suisq; laboribus
 mercedē perpetuā celestis regni. Mā octuagesi
 mo octauo āno etatis sue. Duodecimo No āno i
 perij iunioris Theodosij: in senectute bona mi
 grauit ad dñm. Si quis vero aliquid de transi
 tu eius noscere cupiat: legat transitū eius: qui
 l; inter scripturas apocryphas numeret: tamen
 multa sunt ibi verisimilia que in felici dormiti
 one hieronymi occurrere potuerunt. Sicut ē
 deuota sacramenti eucharistie susceptio: circū
 a stātiū exhortatio: et i terra obdormitio: atq;
 aie illius ad celū deductio. Felix igit aia illius
 que in bethleē onere carnis deposito: indubitā
 ter p̄perauit ad xpm cū quo letat in eterna re
 quie. Ad quam nos meritis eius perducatur cle
 mentia saluatoris qui vivit et regnat in secula
 seculoz. Amen.

¶ Sermo quinquagesimusseptimus de sancto
 Benedicto gloriosissimo patre monachoz.

Blectus deo et

hominibus cuius memoria in bene
 dictione est. Scribuntur hec verba
 originaliter Ecclesiastici. xlv. c. Logit me sancti
 tas eximia beati benedicti: ut eius amplissimas
 laudes perorare debeam. De quo l; scripserit
 abunde grego. in. ij. dialogoz libro: tamen ut
 hoc dicēdi ordine: quo ad populū loqui consue
 uimus: eius p̄conia audientibus illucescant: i
 p̄nti s̄mone aliq; ex multis breuiter explicabim⁹.
 Nam ut in sequentibus apparebit inter san
 ctorum ordines: nō mediocrem aut infimū ob
 tinet locū: q̄ppe cū eius nomini opera et facta
 concordēt: p̄pterea de ipso dicunt verba p̄po
 sita in quibus oñditur q; memoria illius in be
 nedictione est. quia scilicet benedictus ē a deo
 et hoibus. Et utiq; oñdere possumus maxie p̄p
 tria: q̄ dici possunt tres eius p̄rogatiue.

Prima dicit religionis institutio.

Secunda sanctitatis perfectio.

Tertia vite p̄ntis consumatio.

¶ Quot modis accipit religio: et de magnifi
 centijs religionis: et quantū exaltata ē religio
 sancti benedicti. Capitulum. j.

Prima prerogativa sancti benedicti: q̄
 re eius memoria in benedictione est di
 cit religio institutio. Instituit quidē inspi
 rante deo religionē: et regulā sanctā monacho
 rum ipse scripsit. Tamē ut pars ista clarior sit:
 tria occurrūt de religione p̄sideranda.

Primum dicit acceptio.

Secundum magnificatio.

Tertium exaltatio.

¶ Primum de religione considerandū dī acce
 ptio: quot. s. modis religio accipitur. Et ad hoc
 dicit Jo. an. sup rubrica de regularibus et tran
 seuntibus ad religionē. Et accipitur quadru
 pliciter. Primo modo solum pro debito cultu
 veri dei: quo ad fidē: et sic cōprehēdit totā chri
 stianitatē que dicitur christiana religio. Et de
 hac acceptance habet. lxxxvij. dist. c. i. extra de
 diuoz. c. gaudemus. et. C. de summa trini. et fide
 catho. In epistola Inter claras. circa prin. Se
 cundo sumitur religio pro cultu veri dei non
 solum p̄ fidē: sed per opera bona. Et sic cōpre
 hendit vniuersitatē bonoz christianoz: et de
 hac scribit. xvj. q. i. c. Juxta et. xxxij. q. v. c. quod
 deo. et extra de consti. c. ecclesia. Tertio sumitur

religio p̄ statu clericali. sicut patet. i. q. iij. c. saluator. 7. xij. q. i. c. i. 7 in aut. de san. epis. §. dam⁹
Quarto religio capitur strictissime p̄ statu illo in quo quis per p̄fessionem subdit se imperio prelati: dedicans se totum deo: vt notat̄ extra de voto 7 voti redēpt̄. c. ex multa. ¶ Secūdu considerandū de religione dicitur magnificatio. Et in hoc confutare debemus stultitiā q̄rundam: qui status religionis irrationabiliter dānant: asserentes posse multa fieri in seculo meritoria 7 salutem anime concernentia ob q̄ fatuum esse videt̄ vt quis religionis cuiuscunq; vitam aut regulam p̄fiteatur. Cōtra quos probabimus statum religionis excedere status secularem quadruplici ratione.

Primo ratione superationis.

Secundo ratione absolutionis.

Tertio ratione dissolutionis.

Quarto ratione derelictionis.

¶ Primo status religionis excedit statum secularem ratione superationis. Nam i seculo posset quis elemosynas pauperibus erogare: vestire nudos: pascere famelicos 7 huiusmodi: tamen ingrediens religionem 7 in ea p̄fessionem faciens: superat omnia huiusmodi pietatis opera. Propterea Hiero. in epla ad iulianum ait. Molo tm̄ ea offeras dño que potest fur rapere: hostis invadere: prescriptio tollere: que accedere possunt 7 recedere: atq; instar vndarum 7 fluctuum a succedentibus sibi dominis occupantur: atq; vt vno cuncta cōplectar sermone: que nolens in morte dimissurus es. Illud offerre magnum est qd nullus tibi possit hostis auferre: nulla eripere tirānis: qd tecū pergat ad inferos: immo ad regna celoꝝ 7 paradisi delicias. Extruis monasteria: multus a te per insulas dalmatic monachoz numerus sustentatur. Sed melius faceres si 7 ipse scūs inter sanctos viueres. Sancti estote quia ego sanctus sum: dicit dñs. Apostoli gloriantur qz omnia dimiserūt 7 secuti sunt saluatoꝝ: 7 certe preter retia 7 nauē nihil eos legimus dimississe: 7 tamen testimonio futuri iudicis coronantur: quia se offerentes totū dimiserant qd habebant. 7 in epistola ad palmachiū ait. Zachē⁹ diues erat: apostoli pauperes. ¶ Reddidit ille q̄druplum quod rapuerat: diuisit 7 pauperibus partem substantie que remanserat. Tamen qz paruus erat: 7 in apostolicam p̄critatem non se potuit extendere: non fuit in duodecim apostolorū numero. Apostoli autem quantū ad di-

uitias nihil: quantum ad voluntatem totum mundum pariter reliquerunt. Et glo. super tertio. c. Numerorum inquit. Alij vouent vitulos: alij arietes: alii domos. Maçareus semetipsum: hoc est enim votum naçarei quod est sup̄ omne votum. Filius enim vel filia: aut pecus: aut predium extra nos est. semetipsum deo offerre: nec alieno labore sed proprio placere p̄fectius 7 eminentius est oibus votis. Hec ibi. Elemosyna itaq; illa qua seipsum quisq; donat deo in religione preeminet quibuscunq; generibus elemosynaz que fieri possent in seculo. Qd̄ adhuc Hieronymus i epistola ad paulinum confirmat dicens. ¶ Philosophus glorie animal 7 popularis aure vile mancipiū totam semel sarcinam deposuit. Et tu reputas in virtutum culmine constitutum si partem ex toto offerat: te vult dominus: non tua. Te inquit vult hostiam viuam placentem deo. Superat insuper status religionis omne genus penitentie: quam quis posset in seculo facere. Ob qd̄ i ingrediens religionem nulla est penitentia alia pro peccatis preteritis iniungenda: de peccatis tamen commissis post ingressum religionis imponenda est penitentia. vt notatur extra de regularibus 7 transeuntibus ad religionem. ca. vlti. Sic deuotus bernar. in libro de p̄cepto 7 dispensatione ait. Audire vultis a me: vnde inter cetera penitentie instituta monasterialis disciplina hanc meruerit prerogatiuam: 7 secundum baptismum nuncupetur. Arbitror ob perfectam mundi renunciationem 7 singularem excellentiam vite spiritualis: que preeminet vniuersis vite humane generibus huiusmodi conuersatio. Professores 7 amatores suos dissimiles hominib⁹: similes angelis facit: immo diuinam in homine reformat imaginem: configurans christo instar baptismi: dum per id quod mortificamus membra nostra que sunt super terram: rursus christum induimus: cōplantanti similitudini mortis eius. Hec ille. Propter dicta non videretur inconueniens: vt ingredienti religionem consequerentur eandem gratiam. s. quo ad peccatorum remissionem quam consequuntur baptizati: vt ponit tho. 2a 2a q. vltima. ¶ Secundo status religionis excedit statum secularem ratione absolutionis: nā absoluit ab omni voto temporalis: quod quis i seculo implere posset: vnde scribitur extra de voto 7 voti redēpt̄. c. scripture. ¶ Re⁹ fracti voti aliquatenus: non habetur qui temporale ob-

sequium in perpetuam religionis obseruanti-
am noscitur commutasse. Et ut ait richardus
in. iij. di. xxxviii. exceptis personis alicuius di-
gnitatis: que debent consulere summum ponti-
ficem: quilibet alius obligatur voto ad visita-
dam terram sanctam: potest absque alia absolu-
tione religionem ingredi: et per professionem in illa absolu-
tus est a voto: et ita absoluit: ut predictum est ab
omni alio voto. Nam cum obedientia sit ma-
ximum votorum pro omni voto sufficientissi-
me recompensat. ¶ Tertio status religionis exce-
dit statum secularem ratione dissolutionis. nam
dissoluit matrimonium contractum per Verba
de presenti non consummatum. In tali enim casu po-
test alter coniugum etiam altero inuito intra-
re religionem. Et facta professione ille qui re-
manet in seculo: potest libere nubere. ut notat
extra de conuersione coniuga. c. verus. c. ex par-
te. cl. ij. c. Ex publico. ¶ Quarto statum religionis
excedit statum secularem ratione derelictionis
Nam licet filii parentes relinquere: dummodo
non sint in extrema necessitate positi: atque ipsis
inuitis religionem intrare. Cuius ratio est: quia
magis vnusquisque tenetur deum et animam pro-
priam quam parentes diligere. Ex hoc inquit hiero-
nymus in epistola ad furiam de viduitate ser-
uanda. Sola causa pietatis est vbi carnis nul-
la noticia est: honora patrem tuum: sed si te a
vero patre non separat: tamdiu scito sanguinis
copulam quam diu nouerit conditorum. Alioquin ti-
bi dauid prius clamat. Audi filia et vide et in-
clina aurem tuam: et obliuiscere populum tuum
et domum patris tui: et concupiscet rex decorem
tuum. Et in epistola ad heliodorum de contem-
ptu mundi ait. Quis paruulus ex collo pendeat
nepos: licet in limine iaceat pater: licet sparsa cruce
et scissis vestibibus vbera quibus te nutrierat ma-
ter ostendat: percalcato perge patre: siccis o-
culis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est
in hac re fuisse crudelem. hec ille. Et cum ista de
religione loquimur: quidam nobis obiecere solent
Quid si omnes religiosi essemus esset de mun-
do: que obiectio non nisi ex fatuitate procedit
cum gubernatio mundi spectet ad deum. Hic
est quod hieronymus aduersus vigilantium ait.
Argumentaris et dicis. Si omnes se clausierit
et fuerint in solitudine: quis celebrabit ecclesias
quis seculares homines lucrifacit. Et quis pec-
cantes ad penitentiam poterit cohortare. Hoc
enim modo si omnes tecum fatui essent: sapi-

ens quis esse poterit. Infantes in cunis non va-
gient: obstetrices absque mercedibus mendica-
bunt: et in lectulo suo frigidus atque contractus
dormitantius vigilabit. Raro virtus est nec a
pluribus appetitur atque utinam hoc omnes cernit
et pauci sunt de quibus dicitur. Multi sunt vo-
cati pauci vero electi. ¶ Tertium consideran-
dum de religione dicitur exaltatio. Nam ut de
religione beati benedicti loquamur exaltata illam
videmus quadruplici ratione.

Primo ratione dignitatis.

Secundo ratione sanctitatis.

Tertio ratione numerositatis.

Quarto ratione gratiositatis.

¶ Primum exaltata fuit religio sancti benedicti ra-
tione dignitatis. Dabuit enim viros in digni-
tatibus ecclesiasticis constitutos pene innume-
ros. Nam iohannes vigesimus secundus extra-
bi illos fecit de archiepis summorum pontifi-
cum: et inuenit quos a tempore sancti benedicti vs-
que ad pontificatum eius fuerant de ordine san-
cti benedicti quindecim milia septingenti et quatuor
abbates quorum confirmatio spectat ad pa-
pam. Et episcopi quinquaginta et quatuor. Archiepiscopi septi-
genti. cardiales tricenis et triginta. Summi vero pontifi-
ces viginti quinque. ¶ Secundo exaltata fuit re-
ligio sancti benedicti ratione sanctitatis: ut cum
comperitum est in catalogo sanctorum fuerunt
in ea triginta quatuor milia canonizati. ¶ Ter-
tio exaltata fuit religio sancti benedicti ratio-
ne numerositatis. Sub ista namque sancti benedi-
cti militat monachi nigri: de quibus fit men-
tio in clementina Me in agro. Qui cum essent
relaxati reformati sunt in congregatione que
dicitur sancte iustine habentes speciales consti-
tutiones et exemptiones per Eugenium papam quatum
confirmatas. Sub regula insuper sancti be-
nedicti militant cistercienses: quos beatus ber-
nardus mirabiliter dilatauit: camaldulenses in-
stituti per beatum Roncaldum. Ordo vallis
umbrose: Ordo humiliatorum: Ordo montis
oluarum: Elumacenses: Siluestrini: et Celestini.
quorum ordinem instituit sanctus petrus de
murrone. ¶ Quarto exaltata fuit religio sancti
benedicti ratione gratiositatis. Nam summi
pontifices eidem concesserunt amplissimas gra-
tias: indulgentias et exemptiones. Religionem
ipsam semper affectu paterno fouentes.

¶ Qualiter Sanctus Benedictus fuit etiam
sanctitate perfectus: quod ostendunt eius miracu-

la: & spiritus prophetie atq; commotio mudi.
Capitulum. ij.

Secunda prerogativa sancti benedicti:
quare memoria eius in benedictione e:
dicitur sanctitatis perfectio: qua colligere pos
sumus ex tribus.

Primo ex miraculorum rutilatione.

Secundo ex prophetica illustratione.

Tertio ex mundi commotione.

¶ Primo colligimus perfectionem sanctita
tis beati benedicti ex miraculosa coruscatione
Fecit enim deus illum coruscare multis mira
culis: ex quibus aliqua recitabimus que Bre
go. in secundo dyalogoꝝ libro fideliter descri
psit. Et primum est de capisterio fracto & con
solidato. Natus enim benedictus ex nursia p
uincia: cum rome liberalibus studijs traditus
esset: in ipsa sui infantia litteras deseruit: & de
sertum petere decreuit. Quem nutrix sua que
eum tenerrime diligebat vsq; in quendam lo
cum qui dicitur effide secuta est. Vbi ad pur
gandum triticum mutuo capisterium petijt.
Sed super mensam incaute ponens: & conuēs
in duabus partibus fractum vidit: quam be
nedictus flere prospiciens partes capisterij ac
cepit: & ab oratione surgens integre solidatum
inuenit. Postmodum nutricem occulte fugi
ens in quendam locum venit: vbi tribus anis
hominibus incognitus mansit. Excepto quo
dam monacho romano nomine: qui sibi sedu
le necessaria ministrabat. ¶ Secundum mira
culum fuit de aqua educta in monte. Nam du
vndecim monasteria construxisset: ex quibus
tria sursum in rupibus montis erant. Fratres
deorsum cum magno labore aquas hauriebāt
Lunq; virum dei sepe rogarent vt monaste
ria illa mutaret: quadam nocte cum quodam
puero montem ascendit: vbi diutius orans pe
tras in eodem loco pro signo posuit. Lunq; do
num rediisset: & fratres pro eadē aqua ad euz
venissent dixit. Ite in illam rupem in qua tres
petras inuenietis: in modico cauate. Valet do
minus inde vobis aquam producere. Qui eun
tes & tam rupem illam sudantem inuenientes
concauum locum fecerunt: & mox aqua reple
tum inuenerunt. Que vsq; nunc tam sufficien
ter emanat: vt ab illo montis cacumine vsq;
ad inferiora descendat. ¶ Tertium miraculuz
fuit de ferro natante & redeunte ad manubri

103
um. Quadam enim vice: cum circa monasteri
um viri dei: quidam cum falcastro vepres ab
scinderet: ferrum de manubrio exiliēs in quen
dam lacum profundissimum cecidit. Lunq; de
hoc ille nimium angustiaretur: vir dei pietate
motus manubrium in lacuz posuit. & mox fer
rum vsq; ad suum manubriū enatauit. Quar
tum miraculum fuit de puero mortuo resusci
tato. Dum enim faciente hoste maligno ceci
disset pars cuiusdam parietis: interfecissetq;
monachum quendam: vir dei puerum illum
mortuum & laceratum ad se i sacco adduci fe
cit. Et oratione facta ipsum a mortuis suscita
uit. ¶ Quintum miraculum fuit de vase vi
treo proiecto: & oleo multiplicato. Quodā tem
pore dum totam prouinciam in qua erat san
ctus benedictus fames valida occuparet. Et
vir dei omnia que inuenire poterat egentibus
ministraret. Itaq; nihil in monasterio preter
modicum olei in quodam vase vitreo reman
sisset. Iussit cellerario: vt illud modicuz olei cui
dam egenti daret. Ille vero ibidem pauperem
audiuit: sed obedire contempsit. Quod vir dei vbi
comperijt vas vitreum cum oleo per fenestrā
proijci iussit: ne quid in monasterio per inobe
dientiam remaneret. Proiectum itaq; cū per
saxa ingentia cecidisset: nec vas fractum: nec
oleum est effusum. Quod ille lenari iussit: & da
ri integrum egenti postulanti. Adonachuz au
tem illum de inobedientia & diffidentia incre
pans sese in oratione dedit & continuo quod
dam magnum dolium quod ibi erat vacuum
oleo plenum fuit. Quod adeo excreuit vt per
pauimentum effunderetur. Sunt & alia eius
miracula que pretermittimus ne prolixitate di
cendi tedium audientibus ingeramus. ¶ Se
cundo colligimus perfectioneꝝ sanctitatis bea
ti benedicti ex prophetica illustratione: habuit
quidem lumen propheticz: vt cognosceret ea
que naturaliter cognosci non possunt. Sicut
probatur multis exemplis. ¶ Primum exem
plum est de placido quem rapuerant aque. Lun
enim ille puer & monachus ad hauriēdā aquā
egressus in flumem cecidisset: & pene aqua illū
in vnus cursu sagitte retraxisset: vir dei in cel
la consistens hoc in spiritu statim cognouit.
Et maurum vocans: quid puero acciderit in
dicauit: ac vt ad ipsum eripiendum perge
ret imperauit. Accepta benedictione concitus
maurus surrexit: & quasi per terram se existi

mans ambulare super aquas vsq; ad puerum
venit: eumq; per capillos tenēs de aqua extra-
xit. Qui ad virum dei veniēs retulit quid acci-
derat. Quod benedictus non suis meritis sed
obedientie mauri deputabat. ¶ Secūdu exem-
plū fuit de pane venenato quem cognouit. nā
quidam presbyter florentin⁹ nomine: viro dei
inuidens ad tantam deuenit insaniam siue ma-
litiam: vt panē veneno infectum viro dei tan-
q̄ pro benedictione transmitteret: quem scūs
gratanter accepit: et coruo qui de ei⁹ manu pa-
nem accipere psueuerat ipsuz ꝑiecit dicēs. In
nomine iesu christi hunc panem tolle: et euz in
talī loco vbi a nullo homine sumi valeat ꝑice.
Tunc coruus aperto ore et expansis alis circa
eundem panem cepit discurrere atq; clamare:
ac si aperte diceret. et obedire se velle et iussa im-
plere non posse. Cui sanctus iterum atq; itez
precipiebat dicens. Leua leua eum securus ac
ipsum vt dixi proice. Qui eum tollens ꝑ tres
horas redijt: et de manu eius annonam quam
consueuerat accepit. ¶ Tertium exempluz fuit
de spatario totile. Totila enim rex gothorū ex-
periri volens: vtrum vir dei spiritum ꝑphetic
haberet: cuidam suo spatario vestimenta rega-
lia tribuit et cum omni apparatu regio euz ad
monasterium sancti benedicti destinauit: quez
ille venientem conspiciens dixit. Fili pone po-
ne: quod portas non est tuum. qui protinus in
terra cecidit: et q; tanto viro illudere presūpsit
set expanit. Cūq; redijisset ad totilam retulit q̄
viderat et audierat. Tunc accessit totilas ad sã-
ctum benedictum: cui ille multa predixit: sicut
diffusius ponit Bregō. in. ij. lib. dyalogorum.
¶ Quartum exemplum fuit de puero abscon-
dente flasconem vini. Quidam. n. vir duos fla-
scones vini per quendam puerum misit sãcto
benedicto. Sed ille vnuz in via abscondit et ali-
um detulit. vir autem dei vinum cum gratiaz
actione suscepit: et descendente puerū admo-
nuit dicens. Vide fili ne de illo flascone quem
abscondisti bibas. Sed inclina eum caute et in-
uenias quid intus habes. Qui confusus valde
ab eo exiuit: et reuersus volens adhuc ꝑrobare
quod audierat cū flascone inclinasset de eo ꝑti-
nus serpens exiuit. ¶ Quintum exemplum fu-
it de monacho tenente lucernam. Dum enim
quadam vice vir dei sero cenaret: quidam mo-
nachus nobilis genere ei assistens et lucernā te-
nens ꝑ spiritū superbie intra se cogitare cepit
Quis est hic cui manducanti assisto: lucernam

teneo: seruitium impendo: quis sum ego vt isti
seruiam. Cui statim vir dei ait. Signa cor tuū
frater quid est quod cogitas: vocatisq; fratri-
bus lucernam iussit de manibus eius tolli ip-
sum vero ad monasterium accedere et quietuz
federe. ¶ Tertio colligimus sanctitatem beati
benedicti ex mundi commotione: mira res est
profecto q; audito nomine sancti benedicti re-
ges ꝑincipes et populi christiani ad tantam de-
uotionem erga illum exarserint: vt in toto ter-
rarum orbe tam sumptuosa et dotibus copio-
sissimis ditata astruxerint monasteria. Quoz
ꝑmū et alioz caput est monasteriuz mōtis cas-
sini. Nam ad illum montem peruenit sanctus
benedictus. Et templum apollinis quod ibi fi-
tum erat in honorem sancti iohannis baptiste
oratorium fabricauit: et circum adiacentem po-
pulum ab ydolatria conuertit. Illum aut mon-
tem totum ex integro cum omnibus pertinen-
tijs eius: et castra villas et possessiones donauit
sancto benedicto tertullus nobilissimus roma-
nus ex gente flauia pater placidi. Nam ex vxo-
re sua que erat ex familia octauie gentis habu-
it tres filios. s. placidum euticium et victorinū
et vnā filiaz nomine flauiam. Qui audita fa-
ma sancti benedicti qui apud sublacum mora-
batur: accessit ad eum: obtulitq; sibi placidum
iam septennem: eoq; relicto et benedictione ac-
cepta a sancto viro dei romam redijt. Postq;
vero sensit beatum benedictum ad montē cas-
sinum perrexisse iuit ad eum cum multis nobi-
lissimis romanis. Et tunc fecit donationē ꝑre-
fatam. Donauit etiam et multas possessiones
quas habebat in sicilia. Cum autem placidus
ad etatem peruenit virilem misit illum beatus
benedictus in siciliam cum quibusdam alijs:
qui capuam veniens a sancto germano episco-
po benigne susceptus multa ibi miracula fecit
Nam ꝑrimicerium ecclesie capuane dolore ca-
pitis oppressum sanauit: rogatus quidem ab
eo vt pro se oraret: dixit ei. In nomine iesu xpi
cuius virtute ab aquis quibus traherbar cre-
ptus sum: adiutusq; meritis patris mei bene-
dicti: si fidem habes tante credulitatis restitu-
at te deus ꝑistine sanitati. Liberauit et vnū ce-
cū atq; filiū cuiusdā mulieris in vltimis labo-
rantem: venit deinde beneuentum susceptus a
sancto marsiano episcopo vbi liberauit clau-
dum cum scabellis ambulante super genua:
postea trāstulit se canusiū ad sanctū sabinonū
episcopum: inde accessit regium ad sanctum

sifiminum episcopum: tandem applicuit messa-
 nam. Et ibi de redditibus portus et possessionum
 patris quas donauerat sancto benedicto fecit
 edificari monasterium in honorem sancti io-
 annis baptiste. Quo completo post multa si-
 gna que deus per illum fecerat martyrii coro-
 nam adeptus est. Nam venerant ad eum vi-
 dendum fratres eius enticius et victorinus ac
 soror flauia cum multis aliis ex urbe. Et ecce
 quidam manucha capitaneus: abdale saraceni
 qui tunc toti hispanie presidebat cum classi mi-
 nutissima cepit portum messane fregit mona-
 sterium. Et captos placidum et fratres ac soro-
 rem virginem: cogebat abnegare fide. Quod
 cum illi facere renuissent post dies aliquos fla-
 gellatos et cesos iussit tandem decollari. Dixi-
 mus ista ut agnoscat unusquisque quam admira-
 bilis fuit sanctitas patris Benedicti: quem ut
 superius enarrauimus tot insignes viri deuo-
 tione precipua coluerunt.

**De felici transitu patris benedicti: qui dies
 sui obitus predixit: et de mira ipsius deuotione
 et qualiter eius gloria fuit duobus monachis
 reuelata.**

Capitulum. iij.

Tertia prerogatiua sancti benedicti qua-
 re eius memoria in benedictione est di-
 citur vite presentis consummatio. Nam sicut sa-
 cte vixit: ita et sanctissime vite presentis cursu
 expleuit. In eius quippe felici transitu: tria oc-
 currerunt sanctitatem eius presignantia.

Primum fuit vera prenunciatio.

Secundum singularis deuotio.

Tertium diuina reuelatio.

Primum fuit vera prenunciatio. Eodem qui-
 dem anno: quo de hac vita vir dei erat exitu-
 rus: obitus sui diem fratribus nuntiavit. An-
 te sextum vero diem sui exitus aperiri sibi se-
 pulchrum iussit. Et hinc sapiens dicat Ecclesia-
 stes. ix. c. Nescit homo finem suum. Et ceteris extat
 sententia que nil incertius hora mortis: illud ni-
 hilominus intelligendum est secundum eam legem. Sed
 plerisque deus ex privilegio speciali voluit dies
 sui exitus reuelare. **Secundum quod occurrit in
 transitu beati benedicti dicitur singularis deuo-
 tio.** Febris namque correptus cum per singulos
 dies languor ingrauesceret: sexto die in oratori-
 um se portari fecit. Ibi quoque exitum suum dominici
 corporis et sanguinis perceptione munivit. at-
 que inter discipulorum manus imbecilla membra
 sustentans erectis in celum manibus stetit et vi-
 tumum spiritum inter verba orationis efflauit

**Tertium quod occurrit in transitu beati bene-
 dicti dicitur diuina reuelatio.** Ipsa quippe die
 duobus fratribus vni in cella moranti: alteri
 longe posito reuelatio eadem monstrata est: vi-
 derunt namque viam palliis stratum atque innu-
 meris conuscantem lampadibus a cella sancti be-
 nedicti versus orientem usque ad celum tendentem
 Cui venerando habitu vir quidam clarus as-
 sistens: cuius esset via quam cereret inquisiuit.
 Qui cum nescire se diceret ait. hec est via qua
 dilectus deo benedictus celum ascendit. Sepul-
 tus vero est in oratorio sancti iohannis bap-
 tiste: quod destructa ecclesia apollinis ipse resti-
 tuit. anima vero illa tantis redimita virtutibus
 de quibus predictum est cum christo letatur in vita bea-
 ta: ad quam nos ipse iesus perducatur qui est be-
 nedictus in secula seculorum. Amen.

**Sermo quinquagesimus octauus de sancto
 dominico institutore ordinis sacri predicatorum**

Agnus vocabitur

in regno celorum. Scribuntur hec ver-
 ba matthei. v. c. que tamen sancto do-

minico appropriari possunt. Fuit quondam salu-
 tatus magnus a grecis alexander macedo. quod
 breui spatio et parua manu totum fere subegit
 orientem. Postquam etiam dux preclarissimus di-
 ctus est magnus a romanis ob rege gestarum ma-
 gnitudinem. Nam secundum horosium viginti duos re-
 ges orientales et populos innumerabiles sub-
 didit romane reipublice. ob quod Lucanus ip-
 sum de se sic inducit loquentem.

Ante bis exactum quam cinthia cederet orbem.

Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit.

Augustamque domum terrarum a sede poposcit.

Idem per sithici querens diuortia ponti.

Indomitum regem romanaque fata morantem.

Ad mortem scylla felicior ire coegi.

Paras mihi nulla vacat mundi: sed tota tenetur

Terra meis quocumque iacet sub sole trophoeis

Hinc me victorem gelidas ad fastidas undas

militauit. Deinde relicta militia ad sanctū Fla-
rium pictauiensem ep̄m prexit: a quo fuit aco-
lit⁹ ordinatus. Legit adhuc in dyalogo seueri
7 galli discipuloz beati martini. q martinū in
quadā festiuitate ad ecclesiā tendentē dū ep̄us
erat: pauper quidam nudus secutus est. Mar-
tinus autem precepit archidiacono: vt egentē
vestiret. Sed cum hoc ille facere distulisset: in-
gressus martinus secretarium tunicam suam

illi tribuit et continuo abscedere iussit. Cum ergo archidiaconus moneret ut ad solenia pageda pcederet ille de se loquens rudit: se ire non posse donec pauper vestem accipiat. Archidiaconus vero non intelligens. quia cum extrinsecus cappa tectus esset: ipsum nudum interius non videbat: pauperem non adesse rudit. At ille. Mihi inquit vestis defera et pauper non decrit vestiendus. Compulsus ille ad foras vadit: et quinque argenteis tunicam vilem et curtam rapiens ante pedes martini iratus proicit. Quam ille secreto induit cuius manice usque ad cubitum et longitudo usque ad genua pertendebat: et sic missam celebraturus processit. dum autem missam celebraret globus igneus super caput eius apparuit: et a multis ibidem visus erat. ¶ Secundo compassus est beatus martinus ex abundantia sua misericordia proximorum necessitati corporali. Nam inter cetera de ipso narratur. quod parisius leprosum quendam horribilem satis obuium habuit: quem osculatus est atque benedixit qui statim mundatus est. ¶ Tertio compassus est martinus necessitati proximorum spirituali. Nam peccatores ad penitentiam hortabatur: quos ad penitentiam pueros compassionis sinu recipiebat. Cum autem diabolus ipse reprehenderet. Cum semel lapsos ad penitentiam recipet. Rudit. Si tu ipse o miserabilis ab hominum infestatione desisteres et te factorum tuorum peniteret: ego prosumus in domino tibi eius misericordiam pollicerer.

¶ Qualiter deus exaltauit beatum martinum quem voluit in maria veneratone ab hominibus haberi: atque timeri a demonibus et clarere miraculis.

Capitulum secundum.

Secundum mysterium preplandum de misericordia beati martini: de exaltatione eius propter misericordiam quippe ceterasque virtutes eius fuit a deo exaltatus maxime in tribus.

Primo in hostium opinione.

Secundo in demonum fugatione.

Tertio in miraculorum operatione.

¶ Primo exaltatus fuit a deo in hominum opinione. Deo quidem faciente homines illius temporis martinum venerari conabantur: de quo erat opinio communis et fama ex euidencia facti: quia sanctus erat et a mundo totaliter separatus. Cum autem plebs Turonica episcopo careret: ipsum plurimum rententem sibi ordinari petiit. Quidam autem ex episcopis qui puenerant eo quod deformis esset habitu et vultu despectus resistebat: inter quos precipuus fuit quidam nomine defensor. Sed quidam accepto psalterio primum qui sibi occurrit psalmum legit ubi hic usus erat. Ex ore infantium et lactentium deus

perfecisti laudes propter inimicos tuos ut destruas inimicos et defensore. Et sic iste defensor fuit ab omnibus profutatus. Ordinatus itaque episcopus cum populi tumultum non ferret duobus vero milibus extra urbem monasterium constituit. ubi cum .lxxx. discipulis in multa abstinentia vixit. Nam ibi vinum nemo nouerat nisi quem infirmitas coegisset. Adolior habitus ibi pro crimine erat. plurime civitates de his episcopos eligebant. Quodam tempore martinus valentinianus imperator pro quadam necessitate adijt. Sed ille sciens cum velle petere quod ille volebat dare. fores palatii sibi claudi fecit. At martinus semel et iterum repulsam passus ciliis obvoluit et cinere prospersus per unam hebdomadam cibi et potus abstinentia maceratur. Tunc monente angelo ad palatium venit et nullo sibi prohibente ad imperatorem usque peruenit. quem cum venientem videret: iratus: quia fuisset admissus ei assurgere noluit donec cellam regiam ignis operiret: et ipsam imperatorem a parte posteriori ignis succenderet. Tunc sancto iratus assurgens virtutem divinam se sensisse confessus est. multumque ipsum complectens sibi omnia antequam rogaret processit: multaque munera obtulit. sed martinus non accepit. ¶ Secundo exaltauit deus beatum martinum in demonum fugatione. Sepe namque demones ab obsessis corporibus effugauit. In dialogo autem Severi et galli legitur quod quedam vacca a demonio agitata cum ubique scuiret et multos confoderet: et versus martinum et socios in itinere furibunda concurreret: ille manu elevata ipsam sistere iubet: qua immobili permanente: vidit demonem dorso illius insidentem: quem increpans: discede inquit funeste de pecude et innoxium animal agitare desiste. Quo protinus discedente vacca ad pedes illius prosternitur et ad eius imperium cum omni mansuetudine ad gregem est reuersa. ¶ Tertio exaltauit deus beatum martinum in miraculorum operatione. Nam deus multa miracula operatus est meritis et fide illius. Nam vice quadam venenatam herbam inter alias herbas inaduertenter in cibum sumpsit et vicinam mortem sentiens periculum et dolorem virtute orationis fugauit. Cum quidam iuuenis defunctus fuisset: et mater eius pro resurrectione filii beatum martinum cum lachrymis exoraret ille in medio campum ubi erat innumerabilis multitudo gentilium genua fixit: et cunctis videntibus puer surrexit. Quapropter omnes illi gentiles ad fidem conuersi sunt. Cum beatus martinus quoddam templum antiquissimum diruisset:

z arborem pini diabolo dedicatam vellet exci-
dere obfistentibus rusticis z gentilibus vnus
eorum dixit. Si de deo tuā fiduciaz habes nos
hanc arborem succidemus: z tu illam suscipe: z
si tecum deus tuus est vt dicis euades. Quo
annuente succise arbori z iam versus cum ca-
denti signum crucis opposuit: z in aliam par-
tem rediens: rusticos qui in tuto loco erant fe-
re oppressit. Quo viso miraculo ad fidem con-
uerfi sunt.

¶ Deus assumpsit ad gloriam suam beatus
martinum: qui prenūciauit diem obitus sui: z
cum ingenti deuotione ex hac vita discessit: cuius
trāsitus fuit diuinitus reuelatus.

Capitulum. iij.

Tertium mysterium contemplandū de
liberalitate sancti martini dicitur glori-
ficatio Adeptus quippe est gloriam celestis re-
gni in qua perpetuo commorabitur in gaudio
z exultatione eritq; felix inter sanctos z ange-
los z ipse sanctus. Sanctitas vero eius in extre-
mo vite maxime innotuit propter tria.

Primo propter prenunciationem.

Secundo propter deuotionem.

Tertio propter reuelationem.

¶ Primo innotuit sāctitas beati martini pro-
pter prenunciationem. Nam obitum suum lō-
ge ante presciuit quē z fratribus prenūciauit.
Interea condacensem dyocesis causa sedande
discordie visitauit. In qua diutius commora-
tus viribus corporis cepit destitui z discipulis
indicat se resolui. Tunc omnes flentes inquit

Cur nos pater deseris: aut cui nos desolatos
reliquis. Inuadent enim gregem tuum lupi ra-
paces. Et ille quoq; motus fletibus corū flens
sic orauit. Domine si adhuc populo tuo sum ne
cessarius: non recuso laborem: fiat volūtas tua
Dubitauit enīz pene quid vellet. quia nec hos
deserere nec a christo volebat diuiti⁹ separari.

Secundo innotuit sāctitas beati martini pro-
pter deuotionem. Cum enīz aliq̄dū molestia
febrū teneret z a discipulis rogaret vt i lectu-
lo suo vbi i cinere z cilitio decūbebat stramen-
tum aliquod poneretur. Non decet inquit filij
christianū nisi in cinere z cilitio mori. Oculis
igitur ac manibus in celum semper intentus
inuitum ab oratione spiritum non relaxabat.
Et cu; supinus semper iaceret z a presbyteris
rogaretur vt corpusculum mutatione lateris
releuaret. Sinite me fratres inquit sinite poti-

us celus respicere q̄z terram: vt spiritus ad do-
minum dirigatur. Et hoc dicens vidit diabo-
lum asistere. Quid inquit hic astas cruenta be-
stia: Nihil in me funestuz reperies: abrahe me
sinus recipiet. Et i hac voce āno domini. cccc.
xxxvj. vite vero eius. lxxvj. spiritum deo red-
didit. Vultus autem eius tanq̄z angeli resplē-
duit: ac chorus angelorum ibidem concinens
a multis auditus fuit. Ad eius autē trāsitum:
pictani sicut turonicij conuenerunt. Ibiq; ma-
gna altercatio orta est. Dicebāt enim pictaui:
noster est monachus. nos requirimus commē-
datum. Quibus illi a nobis est ablat⁹. nobis
autem a deo datus. Nocte ergo media picta-
ui omnes penitus sopiuntur. z sic a turōicis p
fenestrā eiectū nauigio ad urbē turōicā cū gau-
dio deportat. **¶** Tertio innotuit scītas bti mar-
tini i trāsitu eius pp reuelationē. Multa quip-
pe fuerunt de ipso reuelata. Beatus nanq; se-
uerus episcopus coloniensis: cum die domini
ca loca sancta: post matutias more solito circui-
ret: illa hora qua vir sanctus obiit: angelos in
celo cantantes audiuit: vocāsq; archidiaconē
interrogauit si aliquid audiret: z cū ille audire
nihil diceret: z epus cum diligenter ascoltare
moneret: cepit collum sursum extendere: aures
erigere: z super summis articulis baculo sustē-
rante stare. Sed dū epus p eo orasset: quasdā
in celo voces audire se dixit. Cui epus domi-
nus meus martinus est: qui migravit e mun-
do: z nunc angeli cum in celum deserūt: demo-
nes autem affuerūt qui cum tenere voluerūt
sed nihil suum in eo repientes confusi recesserunt.
Archidiacon⁹ ergo diē z horam notauit
z tunc martinum migrasse cognouit. Seuer⁹
etiam monachus qui vitam eius scripsit cum
post matutinas leuiter obdormisset: sicut ipse
in quadam epistola testatur. Sanctus marti-
nus albis indutus: vultu igneo: stillantib⁹ ocu-
lis: crine purpureo: tenens librum i manu de-
xtra: quem de vita eius idez seuerus scripserat
eidem apparuit. Cūq; post benedictionem in
celum conscendere ipsum videret: z cum eo a-
scendere cuperet: euigilauit. post hec autem nū-
ciji venientibus eadem nocte sanctum Mar-
tinum migrasse cognouit. Eo quoq; die San-
ctus ambrosius mediolanensis episcopus mis-
sam celebrans super altare inter propheti-
am z epistolam obdormiuit: z cum nullus euz
excitare presumeret: z subdiaconus nisi ipso

inuenire auderet eplam legere: trāfacto longo spatio excitauerūt eū dicētes. Hāc hora p̄terijt: et popul⁹ valde lassus expectat: iubeat dñs nos: ut clericus eplam legat. Ad quos ille. Nolite turbari: frater. n. meus martinus ad dñm migravit. Et ego eius funeri obsequiū prebui. Sed vltimā orationē vobis excitātibus exple re nō valui. At illi diē et horā notātes: inuenerūt tūc s̄ctū martinū migrasse ex hac vita: pp̄ bec oīa beatus Ambro. in p̄fatione ait. Beat⁹ martinus pp̄bani erroris tēpla destruxit: vixi la pietatis crexit: mortuos suscitauit: ab obsessis corporibus demonia exclusit: ac varijs laborātes lāguoribus salutis remedio subleuauit. Qui ita p̄fectus inuētus est: vt xpm̄ texisset in paup̄tate et veste quā egemus acceperat mundi dñm induisse. O felix largitas qua diuinitas operit. O clamidis gloriosa diuinitas: que militē terit et regē. O inestimabile donū: qd̄ vestire meruit deitate: digne huic p̄fessionis tue dñe premia p̄tulisti: digne ei arriauoz subiacuit feritae: Digne amor martini p̄secutoris tormenta nō timuit. Quid erit p̄ oblatiōe corporis integri recepturus: qui p̄ quātite v̄sij eriguit vestire deū meruit et videri. hec ille. Videt et modo martinus deū in gloria caritatis sue. videt vtiq; et affluit et dilatat̄ cor suū. exultans letitia inenarrabili in beata vita: ad quam nos deducat Iesus filius dei cuius nomen sit benedictum in secula seculoz. Amen.

¶ Sermo sexagesimus quintus de sancta Catharina virgine et martyre sp̄osa xpī p̄dilecta

Mauit eam rex

Scribunt̄ hec v̄ba originalr̄. De ser. ij. c. Ex his q̄ p̄ xpo beata catharina v̄tuose peregit: fides nostra catholica magnopere roborat̄. Quis. n. in xpm̄ non credit v̄rū deū et hoīem de virgine natū: quē catharina tā p̄stantissime p̄dicauit: vt etiā dura queq; supplicia vsq; ad capitis truncationem nō timuerit subire. Adira sunt p̄fecto ea que de catharina legunt̄: atq; ab oībus fidelib⁹ nō sine deuotione recolēda. Propterea in hoc sermone illa conabimur explicare. Mā Rex regū dñs iesus xps̄ amauit eā: atq; benignissime sibi desposauit: de qua locuturi tria mysteria p̄ponimus cōtēplanda. In quibus tres excellentie sancte catharine continentur.

Primum dicit̄ mūdicitie.

Secundū sapiētie.

Tertium patientie.

¶ Quātr̄ btā catharina mūda fuit ab infidelitate luxuria: et a superbia. Capitulū. j.

¶ Primum mysteriū cōtēplandū de btā catharina dī mūdicitie. Hec ē prima eius excellentia: pp̄ter quā amauit eā xps̄. Seruauit equidē se mundā a tribus vitijs: que deus maxime odit.

Primo ab infideli stultitia.

Secundo a carnali lasciuia.

Tertio a cordiali superbia.

¶ Primo beata catharina seruauit se mūdā ab infideli stultitia: nā idolatriā spreuit: et credit in xpm̄ iesum filiū dei. Vñ cū maxētins imperator prexisset alexandriā: cōuocassetq; oēs tā diuites q̄ pauperes vt idolis imolarent: et xp̄ianos imolare nolentes puniret. Catharina cū cēt annoz. xvij. audiēs aialiū dinerzoz mugitus et cantantiū plausus: misso illuc nuncio inquiri iussit celeriter quid hoc esset. Qd̄ cū didicisset: assumptis aliqb⁹ de palatio: signo crucis se muniēs: illuc accessit: ibiq; multos xp̄ianos metu mortis ad sacrificia duci conspexit. Que vehementi dolore cordis sauciata ad imperatorem se audacter ingessit et ait. Salutationes tibi p̄ferre et ordinis dignitas: et rationis via monebat: si creatorē celoz agnosceres: et a dijs animū reuocares. Stansq; ante ianuā templi per varias cōclusiones s̄logismoz doctissime multa cū cesare disputauit. Deinde rediēs ad cōmune colloquiū dixit. Hec tibi tanq; sapiētii p̄ferre curā. Nūc autē quare incassū p̄gregasti hanc multitudinē ad colēdā stultitiā idoloz. Adiraris hoc tēplū manu artificū opatus: Adiraris ornamēta preciosa que velut puluis ante faciē venti erūt. Adirare potius celum et terram mare et omnia que in eis sunt. Adirare ornamenta celoz: solē videlicet lunam et stellas. Adirare famulatus eoz qualiter a mundi initio vsq; ad finem die et nocte currunt ad occidentē: et redeunt ad orientem: nec unq; fatigant̄. Et cum hec aiaduertēteris interroga et discere quis sit eoz patrator. Quē autē ipsum eo donante intellexeris: nec illi similit̄ inuenire valueris: ipsū adora: ipsum glorifica. Ipse. n. ē deus deoz et dominus dominantium. Quē de incarnatione filij sapienter plura disputasset: stupefactus cesar nō valuit ad hec r̄ndere: Tandē ad se reuersus dixit ad eā. Sine o mulier: sine nos finire sacrificiū: et post hec tibi r̄nsa reddemus. Precepit ergo eā ad palatiū duci: et cum

oī diligentia custodiri. Ex quibus patet q̄ ser-
uēs erat fides catherine: quātūq; infidelitatē
horrebat. Sed vt ea que dicta sunt cuz aliqua
doctrine speculatione auidius capiantur: tria
dubia sunt declaranda.

Primū vtrū infidelitas sit peccatum.
Secūm vtrū infidelitas gētiliū sit ḡuor ceteris
Tertiū vtrū quelibet actio infidelis sit pctm̄.
Ad primū dubiū r̄ndet Tho. 2a 2e. q. x. Q̄ infi-
delitas est pctm̄. q; ̄riat virtuti fidei verun-
tū pōt dupliciter accipi. Vno mō fm purā ne-
gationē. vt dicat quis infidelis ex eo q; nō h̄
fidē. Alio mō pōt infidelitas intelligi fm ̄ri-
etate ad fidem q; .s. aliquis repugnat auditui
fidei vel ēt cōtempnit ipsā. Et in hoc proprie
p̄fici rō infidelitatis. Et fm hoc infidelitas
est pctm̄. Si at accipiat infidelitas fm purā
negationē sicut in illis qui nihil audierunt de
fide nō h̄ rōnem pcti: sed magis pene: q; talis
ignorantia diuinor ex pctō primi parentis est
cōsecuta. Et qui sic sunt infideles dānant qui-
dem p̄pter alia pctā: que sine fide remitti nō
pnt: nō p̄pter ipsā infidelitatē. Vñ x̄ps dixit.
Si nō venissem ⁊ eis locutus nō fuisset pctm̄
nō haberent. Et fm August. loquit̄ de pctō q̄
iudei nō crediderūt in x̄pm. Est ergo infideli-
tas scdo mō dicta grauissimū pctm̄: q; cuz oē
pctm̄ formaliter p̄sistat in auersioe a deo tāto
aliq̄ pctm̄ est grauius quāto p̄ ipsū maḡ hō
sepat̄ a deo: p̄ infidelitatē marie a deo hō elon-
gat̄: q; nec verā dei cognitionē h̄. p̄ falsā aut
cognitionē ipsius: nō appropinq̄t ei: sed maḡ
ab eo elongat̄. Scdm dubiū fuit vtrū infideli-
tas gentiliū siue paganor sit grauior ceteris: ⁊
ad hoc dicit Tho. Q̄ i infidelitate duo pnt cō-
siderari. quor vnū est cōpatio ei⁹ ad fidē: ⁊ ex
hac pte grauius ̄ fidez peccat: qui fidei ̄riat̄
quā suscepit q̄ ille qui eā nō suscepit. Et ̄ h̄
infidelitas hereticor q; p̄fitem̄ fidē euangeliij
⁊ ei ̄riant̄ cor̄ruptes ipsā: grauior est infide-
litate iudeor q; fidē euangeliij nūq; susceperūt
⁊ infidelitas iudeor q; figurā euangeliij accepe-
rūt in veteri lege: ⁊ tū male interpretates cor-
rūpunt: grauior est infidelitate gētiliū. Scdm
q̄ pōt in infidelitate cōsiderari. est corruptio
eor q; ad fidē p̄tinēt. ⁊ ̄ h̄ cū in plurib⁹ errēt
gentiles q̄ iudei: ⁊ iudei q̄ heretici: grauior ē
infidelitas gentiliū q̄ iudeor: ⁊ iudeor q̄ he-
reticor. Tertiū dubiū fuit vtrū q̄libet actio i-
fidelis sit pctm̄. Et quidā dicūt q; sic. Mā glo.
sup isto vbo apli ad Romanos. xiiij. ca. Dē

q̄ nō est ex fidē: pctm̄ est. ait. O is infideliū vl-
ta est pctm̄: sed ad vitā infideliū p̄tinēt: oē q̄
agūt: q; ois actio infideliū est pctm̄. Alij vō ̄-
riū asserūt. q; vt habet̄ Actuū. x. ca. Accepte fu-
erūt deo clemosine cornelij centurionis in in-
fidelitate adhuc p̄sistētes. Dic̄ ḡ Tho. q; pctm̄
mortale tollit grām gratū facientē: nō at̄ tota-
liter corrūpit bonū nature. vñ cū infidelitas sit
q̄dā mortale pctm̄: infideles quidē grā carēt
remanet tū in eis bonū nature. vñ manifestū
est: q; infideles nō pnt opari opa bona: q; sunt
ex grā. .s. opa meritoria: tū opa bona ad q; suffi-
cit nā: opari pnt. vñ nō o; q; in oī suo ope pec-
cent. S; q̄cūq; aliq̄ opus opant̄ ex infideli-
tate tū peccant. Et sic intelligūt vba glo. su-
pius allate. De cornelio insup sciendū q; infi-
delis nō erat: hēbat at̄ fidē implicitā: nō dum
manifestata veritate euangeliij. ̄o ad eū fuit
missus petr⁹: vt plene de fide ipsū instrueret.
Pctō itaq; infidelitat̄ tpe br̄e catherine mū-
dus erat infect⁹: quā ipsa refugit i fide x̄pi fir-
missima p̄seuerans. Scdo br̄a catherina ser-
uauit se mūdā a carnali lasciuia. fuit qdē vir-
go p̄manēs in virginitate p̄petua: q; in ea sat̄
cōmendabilis fuit: maxime p̄pter tria.

Primo p̄pter formositatem.

Scdo p̄pter libertatem.

Tertio p̄pter importunitatem.

Primo fuit cōmendabilis virginitas catherie
p̄pter formositatē. dī enī de ea q; erat incredi-
bilis pulchritudinis: ⁊ oim oculis admirabil̄
videbat̄. Est at̄ pulchritudo in iuuecula cā rui-
ne. q; vt ingt Aureol⁹ theofast⁹. Pulchra cito
adam̄t. ⁊ sapiēs puer. vlti. ca. Fallax spēs ⁊
vana est pulchritudo. ⁊ Ezechiel ca. xvi. Adūs
fiduciā in pulchritudine tua fornicata es. S;
pulchritudo catherine nō obfuit: q; aiūm forti-
tudie decorauit vñ de ipa dici pōt illud puer.
vlti. ca. Fortitudo ⁊ decor indumētū ei⁹. Scdo
fuit cōmendabilis virginitas catherine p̄ liber-
tatē. q; sui ⁊ suor dñā remāserat. tū subdidit
se totā deo vinēs in filiali timore illius. vñ sibi
p̄ueniūt verba sapientis puer. adhuc vlti. ca.
Mulier timens deū ipa laudabil̄. Tertio fuit
cōmendabilis virginitas catherine p̄ importuni-
tatē. Mā virilit̄ obstitit p̄suasionib⁹ importun̄
p̄missisq; ipatoris. Tētant̄ qdē illā vrozē h̄re
Lui dixit. o virgo generosa: iuuet̄ti tue p̄sule
⁊ p̄ reginā in palatio meo scda vocaberis: ⁊
imaginē tui in medio ciuitatis faciā fabricari
atq; a cūctis adoraberis velut dea. Lui virgo

desine talia dicere: que scelus sunt et cogitare.
Ego me xpo sponsa tradidi. Ille gloria mea:
ille amator meus: ille dulcedo et dilectio mea:
ab eius amore nec blandimenta nec tormeta
me poterunt reuocare. Et cum iterum post dies ali
quos impator ei diceret. Non te quasi famulam
possidere cupimus: sed regina potens et electa
decore in regno meo triumphabis. Rndit. attē
de et tu obsecro et iudicij examen veridica san
cione discerne: que magis eligere debeo. Aut
potente eternum gloriosum et deorum: vel infirmum
mortalē: ignobile et deformē. Tertio bta ca
therina seruauit se mundā a cordiali supbia.
fuerunt quippe in eo tria ex quibus psueuerunt
hoies in superbiā crumpere.

Primum fuit nobilitas.

Secundum abundantia.

Tertium scientia.

Primum quod fuit in bta catherina fuit nobilitas
originis: nam fuit costii regis filia: et nihilominus
impatori eam interroganti et dicenti. pgeniem
tuam requirimus. humiliter rndit. Scriptum est
Nec te collaudes: nec te culpaueris ipe. hoc fa
ciunt stulti quos gloria verat inanis. confiteor tamen
meam pgeniem non timore iactantie sed humilita
tis amore. Ego enim sum catherina costii regis
quondam filia: que quous in purpura nata: et libera
ribus disciplinis mediocriter instructa. Nec
tamen omnia contempsi: et ad dominum iesum cofugi. Secundum
quod fuit in bta catherina: fuit abundantia diui
tiaz et bonorum tpaliu. ex his puocant hoies ad
supbiam. vermis diuitiaz supbia est. Ipsa tamen
virgo catherina tpalia omnia velut puluerem vili
pedidit. Tertium quod fuit in bta catherina est scia.
Et de hac dicemus in sequenti mysterio. p ipa tamen
non intumuit: sed ea ad diuinum utebatur honorem.
De sapia sete catherine: cui non potuerunt re
sistere etiam rhetores et phi quos ad fide conuertit.

Capitulum. ij.

Secundum mysterium contemplandum de beata
catherina di sapie. et hec est scda illius ex
cellentia: ad quam plene intelligendam sciendum
quod triplex est scientia.

Prima increata.

Secunda condempnata.

Tertia comendata.

Prima sapia increata est ipsius dei. de qua paulus
ad Roma. xj. ca. ait. O altitudo diuitiaz sapie
et scie dei. Ista autem sapia nihil aliud est quam ipse deus
qui tamen solet attribui filio: p appropriationem: sic
pri potetia: et spui seto clemetia. vñ Ecclia. st.

xxiiij. ca. dñ. Ego sapia prodij ex ore altissimi
primogenita ante omnem creaturam. Et. i. ca. Fons
sapie verbum domini in excelsis. Secunda sapia est co
depnata. vt eni colligitur ex dictis. Tho. va. se. q.
xlv. Sic bonum dñi duplcr. aliqui vere illud. s. quod
est simplcr bonum. aliqui filitudinarie: vel abusi
ue. sic cum dñi. ille est bonus vel optimus latro: ita
sapia aliqui dñi vere aliqui filitudinarie. Euz g
quos sapiens est ad male agendum: sapia in eo est p
filitudinē dicta. De qua Jere. iij. ca. scribit. Sa
pientes sunt vt faciāt mala: bñ autem facere nescie
runt. Et Jaco. iij. ca. Nolite gloriari et medaces
esse aduersus veritatē. Mō est ista sapia de sur
sum descendēs: sed terrena: aialis: diabolica. Et
declarat ista diuisio a seto Tho. vbi. s. sic. Qui
cumque auertit a fine debite: necesse est quod aliquē
finē indebitum sibi prestituatur: quod oē agens agit
pp finē. Dñi si prestituatur sibi finē in bonis ex
terioribus terrenis vocatur sapia terrena. Si in
bonis corporalibus: vocatur sapia aialis. Si autem in
aliq excellentia ai: vocatur sapia diabolica. Sic
fuit sapia tyrānoꝝ et phoꝝ. De hac ita loquitur
Grego. in moralib. Quis mundi sapia est cor
machinationib. tegere: sensum verbis velare: que
falsa sunt vera ostendere: que vera sunt falsa demon
strare. hanc quod sciunt: ceteros supbiendo despici
unt. Sed de ipsis phis supbientibus: qui sapi
entes vocari voluerunt: donec pictagoras: phm
i. amatoꝝ sapie se noiauit. vt Jfido. viij. ethi.
meminit. Et Aug. li. xvij. de ci. dei. ita inqt.
Aplus ad Roma. i. ca. Cum deum cognouisset. s.
rone nali non sic deum glorificauerunt: quod non cogi
tauerunt. s. quod impropotionabili excedit cogni
tionē nram: et p cosequēs sup oia est glorificā
dus: neque grās egerunt. s. de cognitione nali sibi
a deo data. Sed cuauerunt in cogitationibus
suis. s. supbiendo de ipsa nali cognitione dei: et
obscuratum est insipiens cor eoz. s. iusto iudicio
dei: et dicentes se esse sapientes: stulti facti sunt
Tertia est sapia comendata. et hec aliqui ponit
virtus intellectualis ab Aristo. in. vi. ethi. que
nil aliud est quam Augusti. in. xiiij. de trinita. quod
cognitio diuinorum: que tamen vt inqt Tho. rone nali
acquiri vel habet. Aliqui a setis accipit pro gra
gratis data. Juxta illud apli. Alii datur p spi
ritu sermo sapie. s. cognitio diuinorum p lumen
infusum: quod quod posset esse et in pctozib. Quia
dona grē gratis date s: Alexandru in suo. iij.
Ipsū esse quicquid a spu seto: sed non cum spu seto
Aliqui ista sapia comendata ponit vnū d septē
donis spūs seti: que psistit in cognitione diuinorum

illorumq; saporoso gustu: et esse non potest sine charitate et gratia gratum faciente. Juxta illud Sapientia i. ca. In malivolam animam non intrabit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sapientia igitur fuit in beata catherina: quae non solum in humanis: sed et in divinis illuminatissima fuit: atque ea quae dei sunt: et fidei suae secreta cognovit et degustavit. Cum hac sapientia superavit maxentium: convertit per hos et reginam atque porphirium: cum ducentis milibus ad christum attraxit. Maxentio quippe dixit. **Dij quos colis nec te nec alios juvare possunt.** Qui rex. si ita est ut asseris: quod totus mundus errat et tu sola verum dicis: cur non omne verbum in ore duorum vel trium testium confirmet? **Si angelus esses: si caelica virtus: adhuc nemo tibi credere deberet: quanto minus cum femina fragilis esse preberis.** Et post multa verba videns cesar quod eius sapientia obviare non posset: mandavit occidite per litteras ut omnes grammatici et rhetores ad portum alexandriae festinanti venirent imensa munera recepturi: si concionatricem virginem suis assertoribus superaret. Adducti sunt igitur de diversis provinciis quinquaginta rhetores: quos omnes mortales in omni mundana sapientia excellebant. Quibus interrogantibus cur de tam remotis partibus evocati fuissent cesar respondit. **Est apud nos quaedam puella sensu et prudentia incomparabilis: quae omnes sapientes confutat: et deos nostros demones esse affirmat: quam si superaveritis: cum magno honore ad propria redibitis.** Cum illi dixerunt. **Adducat coram nobis puella: ut sua temeritate convicta: nunquam se sapienter vidisse cognoscat.** Sed cum virgo certamen quod sibi imminisbat didicisset: totam se domino commendavit. **Et ecce angelus domini assistit: et ut constanti stare admonuit asserens: quod non solum ab illis vinci non poterat: sed insuper illos ipsa ad palmam martyrii destinaret.** Cum ergo coram oratoribus adducta fuisset. **Dixit imperatori: quod illi iudicio pro una puella quinquaginta oratores apponitis: quos et pro victoria remunerandos permittitis: et me sine spe mercedis pugnare compellis.** **Erit tamen mihi merces dominus iesus christus: quae est spes et corona pro se certantium.** Cum vero catherina cum oratoribus sapientissime disputaret: et eos aptis rationibus confutaret. **Obstupescerunt illi et quod dicere non inveniunt: muti penitus sunt effecti.** Tunc imperator nimium pro eos furore repletus increpare eos cepit. **Cur ab una puella tam turpi se vinci permittet.** Tunc unus magister aliorum sic ait. **Moveris imperator quod nullus unquam ante nos stare potuit: quod continuo vinceret?** **Hec ait puella in qua spiritus dei loquitur: sic nos in admirationem convertit: ut pro christo aliquid dicere: aut**

omino nesciamus: aut penitus formidemus. **Domine imperator: constanter fatemur. quod nisi per babilionem sentiamus de diis quos usque nunc colimus: pertulerimus ecce omnes ad christum convertimur.** **Audientes hec tyrannus nimio furore succensus: omnes in medio civitatis cremari iussit.** **At virgo catherina ipsos confortans ad martyrium constantes effecit et de fide diligenter instruxit.** **Quia ergo signo crucis muniti flammis fuissent iniecti: ita animas domino reddiderunt: ut nec capilli: nec vestimenta eorum ab igne in aliquo lederentur.** **Qualiter vero reginam uxorem maxentii: et porphirium cum ducentis militibus ad fidem christi deduxit dicemus in sequenti mysterio.**

De patientia sanctae catherine: et glorioso martyrio eius. Capitulum. iij.

Tertium mysterium contemplandum de beata catherina de patientia. Tulit quidem patienter pro christo: maxime tria.

Primo incarcerationem.

Secundo rotationem.

Tertio decollationem.

Primo tulit incarcerationem. **Videns namque maxentius quod non posset animum catherine mollire. Iussit eam spoliataz scorpionibus cedi: et cesarem in obscurum carcerem trudi.** **Ibi quibus diebus fame cruciari.** **Rege autem pro quibusdam causis instantibus extra regionis confinia procedente.** **Regina eius nimio amore succensa: cum principe militum nomine porphirio media nocte ad carcerem virginis properavit.** **Quo cum regina introisset: vidit carcerem inestimabili claritate fulgentem: et angelos plagas virginis perungentes.** **Incipiens ergo virgo ei eterna gaudia predicare: et ad fidem convertens martyrii coronam eidem predixit.** **Sicque usque ad mediam noctem sermonem protraxerunt: que cum omnia porphirio audivisset: ad pedes virginis procidit: et cum ducentis militibus fidem recepit: quia vero per duodecim dies sine cibo tyrannus eam esse iusserat: christus per hos dies missa de celo candida columba celesti eam cibo refouebat.** **Deinde dominus cum multitudine angelorum et virginum eidem apparuit dicens.** **Agnosce filia creatorem tuum pro cuius nomine laboriosum subisti conflictum: constans esto: quia ego tecum sum.** **Respondens igitur imperator: et videns eam splendidiorē: quam tanto ieiunio estimabat afflictam: custodes carceris torqueri precepit.** **Illa vero ait.** **Ego cibum non ab homine accepi: sed christus me per suum angelum enutrivit.**

Cui cum dixisset multa verba. Imperator videns
 firmitatem eius indignatus ait. *Et duobus* elige
 tibi unum: aut sacrificare ut vivas: aut exquisita
 subire tormenta ut peas. Et illa. quecumque tor-
 menta potes cogitare ne differas: quia carnes et
 sanguinem meum christo offerre desidero sicut ipse
 pro me semetipsum obtulit. Ipse est deus meus
 amator meus pastor et sponsus unicus meus.
Secundo beata catherina tulit patienter rotationes
 Suasit enim quodam prefectus regi furere ut infra
 triduum quattuor rotas ferris ferreis et clavis
 acutissimis circumtexas pararet: ut tam terribi-
 le detrimentum virginem dissecaret et ceteros christi-
 anos tam dire mortis exemplum terreret. Ordina-
 tumque est ut due rote vno ordine voluerent: due
 aut primo impetu agerent ut ille deorsum laceran-
 do traherent. Iste repugnantes sursum deorsum
 res impingeret. Tunc virgo catherina dominum exora-
 vit ut ad laudem sui nominis et conversionem populi cir-
 cūstantis ipsam machinam dissiparet. Et ecce an-
 gelus molam illam cum tanto impetu diuellendo con-
 cussit: quod quattuor milia gentium interemit. Re-
 gina autem que desuper hoc aspiciebat et usque tunc
 se celauerat: statim descendens imperatorem de
 tanta se uicinia durius increpauit. Rex autem cum re-
 gina sacrificare contempneret: iussit eam extractis
 prius mamillis decollari. Que cum ad martyrium
 deducere catherinam rogauit ut pro se dominum pre-
 caret. Que respondit. Ne timeas a deo dilecta re-
 gina: quia tibi hodie pro transitorio regno comu-
 tabis eternum: Et pro mortali sponso: tibi immor-
 tale acquies. Educta igitur fuit extra ciuitates
 et ministri mamillas eius ferreis hastilibus uel-
 lentes: tandem caput preciderunt. Cuius corpus
 porphirus rapiens sepeliuit. Sequenti autem die
 cum de corpore regine questio fieret: et multos
 ex hoc ad supplicium pertrahi tyrannus iuberet.
 Porphirus prumpens in medio exclamauit
 Ego sum qui christi famulam sepeliui: et fidem christi rece-
 pi. Confessi adhuc sunt comilitones eius fidem
 suscepisse iesu christi. Quare precepit cesar omnes de-
 collari: et corpora eorum canibus dimitti. **T**ertio
 beata catherina patienter tulit decollationem
 Nam cum nullo terrore nec precibus aut premissis
 a fide et amore christi posset amoueri: data super
 eam scissa decollari iubetur. Que cum ad locum
 ducta fuisset erectis in celum oculis orauit dicens
 O spes et salus credentium. O decus et gloria
 virginum. Iesu rex bone obsecro te: ut quicumque
 passionis mee memoriam egerit: seu in exitu anime
 sue vel in quacumque necessitate me inuocauerit

tue propiciationis consequat effectum. Factaque
 est vox ad eam dicens. Veni dilecta mea: spon-
 sa mea speciosa mea. Ecce tibi celi ianua est a-
 perta. Nam et his qui passionem tuam celebraue-
 rint: optata premissa promitto de celis. Deinde cum
 decollata fuisset: de eius corpore pro sanguine
 lac emanauit. Angeli autem corpus eius accipien-
 tes: ab illo loco usque ad montem sinay itinere
 dierum viginti deduxerunt: et ibidem honorifice se-
 pelerunt. Ex cuius ossibus oleum indefinenter
 emanat: quod cunctorum debili membra sanat. Pas-
 sa est autem anno domini tricentesimo et decimo. Aia
 No illius ad etherea regna volauit permanens
 leta cum christo. Qui sit benedictus pro a secula se-
 culorum. Amen.

Sermo sexagesimus sextus de fide sancte ce-
 cilie virginis et martyris: ob quam christus eam suam
 sponsam fecit.

Proposabo te mihi in

fide dei uiuentis. Verba sunt ista
 originaliter *De sec. ij. ca.* Eum anima
 rationalis fide formata se exornat adeo grata ef-
 ficat. Regi seculorum immortalis et inuisibili deo
 ut illam dignetur spirituali castoque matrimo-
 nio sibi copulare. Nec retrahit celsitudinis ma-
 iestatis sue: que infinita est. quinimo ex abun-
 danti charitate sua creaturam ipsam ad sui vni-
 onem trahit. Facitque illam extra terminos na-
 ture procedere. Quando enim potuit operari
 natura illa que de beata virgine cecilia legitur
 unde in ea tanta puritas mentis ut virginita-
 tem unquam voluerit deserere: unde tanta sapia
 tantaue facundia: ut valerianum sponsum suum
 fratremque eius tiburtium: non solum ad fidem:
 sed etiam ad martyrii triumphum perduxerit. Unde
 denique tanta constantia ut nec tormenta: nec
 violentam mortem horruerit nisi ex presentia spon-
 si sui: qui gratias illi porrigebat indefinenter. Pro-
 pterea in presenti sermone de ipsa puella sanctis-
 sima locuturi: ad fidem eius mentes nostras aiosque
 vertemus. Quam ut verba proposita dicunt: de
 sponsata fuit christo: in fide perfecta. de qua tria
 mysteria proponimus contemplanda.

Primum de commendationis.

Secundum approbationis.

Tertium defensionis.

Quod maxime commendanda est beata cecilia
 eo quod habuit fidem: que virtus est: et prima in
 ordine aliarum virtutum: et in cecilia magna fuit.

Capitulum. j.

Primum mysterium contemplandum de fide beate cecile de commendationis. Nam fuit in ea fides christi: de qua in sua legenda sic commendatur. Lilia virgo clarissima ex nobili genere exorta ab ipsius cunabulis in fide christi nutrita absconditum semper euangelium christi gerebat in pectore: et non diebus neque noctibus a colloquijs diuinis et oratione cessabat: namque virginitatem seruari a domino exorabat. Sed in hac parte de ipsa fide tria proponimus dubia declaranda. Primum utrum fides sit virtus.

Secundum utrum fides sit prima virtutum.

Tertium utrum fides possit esse maior in vno quam in alio.

Ad primum dubium respondemus. quod fides sit virtus. Et hoc probari potest secundum Bonaventuram in suo. iij. distin. xxij. Et Thomam secundum 1. 2. q. iij. multiplici ratione. Prima est. quia fides hominem iustificat. Unde ad Romanos. v. ca. ait. apostolus. Iustificati ex fide pacem habeamus. Et ut Aristoteles docet in. v. Ethicorum. Iusticia est tota virtus. Secunda ratio est. quia fides est principium nostre salutis. Unde Christus Luce. vii. ca. Marcum. v. ca. Martham ix. ca. et Luce. xviii. dixit. Fides tua saluum te fecit. Et Marcum vlti. ca. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Tertia ratio. quia fides placet deo. Unde Ecclesiastici. i. ca. scribitur. Beneplacitus est deo fides et mansuetudo. Et ad Hebræos. xj. ca. Sine fide impossibile est placere deo. Et ad Galatas. iij. ca. Qui ex fide sunt hi sunt filii abrahe. Et iohannis. j. ca. Dedit eis patrem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Quarta ratio quare fides est virtus. quia opponitur infidelitati: que est vitium. Hinc est quod fides a sanctis magnificatur. Unde j. Petri dicitur. Resistite fortes in fide: et ad Ephesios. vi. ca. In omnibus sumentes scutum fidei. Et ad Hebræos. xj. ca. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iusticiam ad epti sunt repromissiones. Et ibi apostolus magnificat fidem sanctorum patrum. Sed contra obijciunt aliqui probantes quod fides non sit virtus. Nam virtus ordinatur ad bonum. quia ut inquit Aristoteles. i. ij. ethi. Virtus est que bonum facit habere. Sed fides ordinatur ad verum: ergo non est virtus. Ad hoc respondet Thomas. vbi supra. Quod verum est: bonum intellectus: cum sit perfectio ipsius: et ideo in quantum per fidem intellectus determinatur in verum: fides habet ordinem in quodam bonum. Credere namque est actus intellectus assentientis vero ex imperio voluntatis. Ad hoc autem quod iste actus sit

perfectus duo requiruntur. Quorum vnum est ut infallibiliter intellectus tendat ad suum bonum quod est verum. Aliud est ut infallibiliter ordinetur ad vltimum finem: propter quem voluntas assentit vero. Iterum arguunt quod fides non sit virtus: quia nulla virtus est in demonibus: sed fides est in demonibus. de quibus dicit Iacobus. ij. ca. Demones credunt et contremiscunt: ergo fides non est virtus. Ad hoc iterum dicit Thomas. quod voluntas potest mouere intellectum ad assentiendum que sunt fidei ex duobus. Vno modo ex ordine voluntatis ad bonum: et sic credere est actus laudabilis. Alio modo quia intellectus conuincitur ad hoc quod iudicet esse credendum: his qua dicuntur sed non conuincatur per evidentiam rei. Sicut si aliquis propheta pronunciat in sermone domini aliquid futurum adhibens signum mortuum suscitando: et hoc signo conuinceretur intellectus videntis: ut cognosceret manifeste hec dici a deo: qui non mentitur sed futurum quod predicatur in se evidens non esset. In fidelibus ergo christi laudatur fides secundum primum modum et secundum hoc non est in demonibus sed solum secundo modo. vident enim multa manifesta indicia ex quibus percipiunt doctrinam ecclesie esse a deo: quia ipsi res ipsas que ecclesia docet non vident: puta deum esse trinum et vnum: vel aliqua huiusmodi. Quare fides demonum est quodammodo coacta ex signorum euidencia: et ideo non pertinet ad laudem voluntatis ipsorum quod credunt. Secundum dubium fuit utrum fides sit prima virtutum. Et ad hoc respondet Thomas. quod aliquid potest esse prius altero dupliciter. Vno modo per se. Alio modo per accidens. Per se quidem inter omnes virtutes prima est fides. Cum enim in agibilibus finis sit principium: necesse est virtutes theologicas quorum obiectum est vltimus finis esse priores ceteris virtutibus. Ipse autem vltimus finis oportet ut prius sit in intellectu quam in voluntate: quia voluntas non fertur in aliquid: nisi prout est in intellectu apprehensum. Unde cum vltimus finis sit quidem in voluntate per spem et charitatem. In intellectu autem per fidem necesse est quod fides sit prima inter omnes virtutes: quia naturalis cognitio non potest attingere ad deum secundum quod est obiectum beatitudinis prout tendit in ipsum spes et charitas. Sed per accidens potest aliqua virtus prior esse fide: in quantum remouet impedimenta credendi: sicut fortitudo remouet in

Ordinatum timorem impediens fidem: et humilitas
remouet superbiam: per quam intellectus recusat se
submittere veritati fidei: et sic de alijs virtuti-
bus: quibus non sint vere virtutes nisi presup-
posita fide secundum Augustinum contra Iulianum.
¶ Tertium dubium fuit utrum fides possit esse ma-
ior in vno quam in alio. Et dicit Thomas secunda secundae quae-
stione v. § sic. Quia ubicumque inuenitur paruum et magnum
ibi inuenitur magis et minus: sed in fide inuenitur
magnum et paruum. Dixit enim dominus petro Matthaei
xiiii. Adhuc fidei quare dubitasti. Et chana-
nee dixit Matthaei xv. O mulier magna est fi-
des tua: quare fides potest esse maior in vno quam in
alio. Sciendum tamen quod quantitas habitus ex duo-
bus attendi potest. Vno modo ex obiecto. Alio
modo secundum participationem subiecti. Obiectum
autem fidei potest dupliciter considerari. Vno modo
secundum formalem rationem. Alio modo secundum ea que ma-
terialiter proponuntur. Formale obiectum fidei
est vnum et simplex. scilicet veritas prima. unde ex hac
parte fides non diuersificatur in credentibus
sed est vna specie in omnibus. Sed ea que materi-
aliter credenda proponuntur: sunt plura. Et secundum
hoc potest vnus homo plura explicitate credere
quam alius: et sic in vno potest esse maior fides secundum
maiores fidei explicitationem. Si vero confi-
detur fides secundum participationem subiecti. hoc con-
tingit dupliciter. Nam actus fidei procedit ex
intellectu et ex voluntate: potest ergo fides in
vno dici maior quam in alio ex parte intellectus
propter maiorem certitudinem et firmitatem.
Alio modo ex parte voluntatis propter maio-
rem promptitudinem seu deuotionem: vel confi-
dentiam. Magna ergo fuit fides beate cecilie
que propter christum omnia huius seculi bona contem-
psit. Et cum cuidam iuueni nomine valeriano
desponsata fuisset: et dies nuptiarum instituta
esset: illa subitus ad carnem cilicio erat induta
et super deauratis vestibus tegebatur: et cantantibus
organis illa in corde suo soli deo decan-
tabat dicens. Sicut domine cor meum et corpus meum
immaculatum ut non confundar. Et biduanis
ac triduanis ieiunijs orans commendabat domino
quod timebat. Innotabat angelos precibus:
lachrymis interpellabat apostolos: et sancta
agmina omnia christo famulancia exorabat: ut suis
eum deprecationibus adiuuarent suo domino pu-
dicitiam commendantem. O illuminata puella
O fidelis cecilia: O femina omni laude digna: iu-
uencula erat: pulchra: nobilis: et sponso clarissi-
mo tradita: et tamen cuncta seculi blandimenta

spornebat.

¶ Qualiter fides beate cecilie fuit approbata
eo quod valerianus fuit de illa commotus ex visi-
one et quod angelum visibiliter insperit: atque virtu-
te dei frater eius fuit ad fidem conuersus.

Capitulum. ij.

Secundum mysterium contemplandum de
fide beate cecilie dicitur approbationis.

Fuit namque fides eius a deo approbata et con-
firmata: dum illam docere conata est suum spon-
sum valerianum: habuit quidem illa tria veri-
tatis testimonia.

Primum fuit mirabilis apparitio.

Secundum angeli a colloquio.

Tertium fraternalis conuersio.

¶ Primum testimonium quod habuit valerianus
de veritate fidei dicitur mirabilis apparitio. ut
enim scribitur in legenda. Dux venit nox in qua
cum cecilia suscipere debebat secreta cubilis
silentia dixit ei cecilia. O dulcissime atque ama-
tissime iuuenis. Est mysterium quod tibi confitear
si modo tu iuratus asseras tota te illud obser-
uantia custodire. Jurat valerianus se illud nul-
la necessitate detegere. nulla prodere ratione.
Tunc illa ait. Angelum dei habeo amatorem
qui nimio celo custodit corpus meum: hic si
vel leuiter senserit quod tu me polluto amore con-
tingas: statim feriet te et amittes florem tue gra-
tissime iuuentutis. Si autem cognouerit quod
me sincero amore diligas ita quoque diliget te:
sicut me et ostendet tibi gratiam suam. Tunc
valerianus nutu dei correptus ait. Si vis ut
credam tibi ipsum angelum mibi ostende: et si
vere probauero quod angelus sit: faciam quod hono-
ris. Si autem virum alium diligis te et illum gladio fera-
li cui cecilia dixit. Si in deum verum credideris et
baptizari te permiseris: ipsum videre valebis. Va-
de igitur in tertium miliarium ab urbe: via que appia
nuncupatur: et pauperibus quos illic inuenies dices.
cecilia me misit ad vos: ut ostendat mibi sanctum
senem urbanum: quoniam ad ipsum habeo secreta man-
data que proferam. Adhuc cum videris: indica ei
omnia verba mea: et postquam ab eo purificatus fue-
ris: et redieris angelum ipsum videbis. Tunc va-
lerianus perrexit: et secundum signa que acceperat sanctum
urbicum episcopum intra sepulchra martyrum la-
titantem inuenit. Quibus ei omnia verba cecilie dixisset:
ille manus ad celum expandens ait. Domine iesu
christe seminator casti consilij suscipe semi-
num fructus quos in cecilia seminasti. Domine iesu
christe pastor bone: Cecilia famula tua quasi apis

tibi argumentosa deseruit. Nam sponsū quē
quasi leonem feroceꝝ accepit ad te quasi agnū
mansuetissimū destinauit. Et ecce subito appa-
ruit senex quidā niuis uestibus indutus: te-
nens librū aureis litteris scriptū. Quē vidēs
valerianus p̄ nimio timore quasi mortuus
ceciderit. Et a sene leuatus sic legit. **Unus deus
vna fides: vnus baptisma: vnus deus ⁊ pater
oim qui est super omnes: ⁊ super oia ⁊ in om-
nibus nobis. Enq; hec legisset dixit ei senior
Credis ita esse: an adhuc dubitas? Tunc ille
exclamans dixit. Non est aliud quod verius
possit credi sub celo. Statimq; illo disparente
valerian⁹ a sancto vrbano baptisma suscepit.**
¶ Secundū testimoniū quod habuit valeria-
nus de veritate fidei: dicit angelica collocutio
¶ Rediens nanq; ad ceciliam illam cum ange-
lo loquentem inuenit. Angelus autem duas
coronas ex rosīs ⁊ lilijis in manu habebat: ⁊
vnam cecilie: alterā valeriano tradidit dicēs
¶ Istas coronas inaculato corde ⁊ mundo cor-
pore custodite quas de paradiso dei ad vos at-
tulit: nec vnq; marcescent: nec odorem amittēt
nec ab alijs nisi quibus castitas placuerit vi-
deri poterunt. Tu autem valeriane: quia vili
consilio credidisti: pete quodcunq; volueris.
¶ Cui valerianus. Nihil mihi in hac vita dulci-
us extitit: q̄ vnicus fratris mei affectus. ¶ De-
to igit̄ vt ⁊ ipse mecū veritateꝝ agnoscat. Cui
angelus. placet dño petito tua: ⁊ ambo cum
palma martij ad deū venietis. ¶ Tertiū te-
stimoniū qd̄ habuit valerian⁹ d̄ veritate fidei
d̄ fraternalis cōuersio. Ingressus nāq; tibur-
tius: frater valeriani. Cū nimū rosarū sensis-
set odorem. Dixit. Adior hoc tpe: Roseus h̄
odor ⁊ liliorū vnde respirat? Cui valerianus
Coronas habemus quas oculi videre nō pre-
valent: roseo colore ⁊ niueo candore vernātes
¶ Et sicut me interpellante odorem sensisti. Sic
⁊ si credideris videre valebis. Cui tiburtius.
In somnis hoc audio: an in veritate ista tu lo-
queris valeriane? Cui valerianus. In somnis
vīq; mō fuimus: sed iam nunc in veritate ma-
nemus. Ad quē Tiburtius. Dñi hec nosti: Et
valerianus. Angelus dei me docuit: quē tu vi-
dere poteris si purificatus fueris: ⁊ oibus ido-
lis abrenunciaueris. Tunc cecilia euidenter
ostendit ei oia idola esse speruenda. Ita vt Ti-
burtius diceret. Qui ista non credit pecus est
¶ Tunc cecilia osculans pectus eius dixit. Ho-
die fateor te meum esse cognatū. Sicut enim

amor dei fratres tuū mihi coniugem fecit: ita
te mihi cognatū faciet contemptus idolorum
¶ Vade ergo cum fratre tuo vt purificationem
recipias: ⁊ angelicos vultus videre valeas. Di-
xitq; Tiburtius fratri suo. Obsecro te frater:
vt mihi dicas ad quem me ducturus es. Cui
valerianus. Ad vrbā ep̄m. Cui tiburtius.
De illo vrbano dicis qui totiens damnatus est
⁊ adhuc in latebris cōmorat? Tunc cecilia mul-
ta sibi predicauit de vita futura: de passione
iesu xp̄i: ⁊ alijs ad fidem pertinentibus. Qua-
re tiburtius totus compunctus: fratri suo di-
xit. Adserere mei ⁊ perduc me ad hoīem dei:
vt purificationē accipiam. Ductus ergo ⁊ pu-
rificatus angelos dei sepe videbat: ⁊ oia que
postulabat protinus obtinebat.

¶ Quare fides cecilie fuit instrumentū vt fi-
des xp̄i defenderetur triplici martyrio.

Capitulum. iij:

¶ Tertiū mysteriū p̄templandū de fide br̄e
cecilie d̄ defensionis. Fuit q̄ppe instru-
mentū vt fides xp̄i triplici martyrio defēderet̄
¶ Primo martyrio valeriani tiburtij ⁊ maximi
¶ Secūdo martyrio suo proprio.

¶ Tercio martyrio vrbani pontificis.

¶ Primo fides xp̄i sustentata fuit martyrio
valeriani: tiburtij: ⁊ maximi. Nam post susce-
ptū baptisma: valerianus ⁊ tiburtius elemo-
sinis insistebāt: ⁊ sanctorū corpora quos alma-
chius prefectus occiderat: sepulture tradebāt
Quos almachius ad se vocans: cur dānatos
p̄ suis sceleribus sepeliant: inq̄sivit. Cui tibur-
tius. Vrbā seruī essemus eorum: quos tu
dānatos appellas: qui cōtempserūt qd̄ videret̄
esse ⁊ nō est: ⁊ inuenerūt illud qd̄ nō videret̄ esse
⁊ est. Cui prefectus. Quid nā est illud. Et tibur-
tius. qd̄ videret̄ esse ⁊ nō est. est oē qd̄ in hoc mū-
do est: qd̄ hoīem ad non esse perducit. Qd̄ vō
non videtur esse ⁊ est. est vita iustorū ⁊ pena
malorum. Cui prefectus. Non puto q̄ mente
tua loquaris. Tunc iubet astare valerianum
dicens ei. Qm̄ non est sani capitis frater tu⁹
tu saltem poteris sapienter dare responsū.
¶ Constat plurimum vos errare: qui gaudia re-
spuitis ⁊ oia inimica gaudij affectatis. Tunc
valerianus se vidisse ait. Glaciali tpe ociosos
iocantes ⁊ operarios agricolas deridentes.
¶ Sed estiuo tpe dum aduenissent gloriosi fru-
ctus laborum gaudentibus illis: qui putabant̄
vanū ceperunt flere qui videbant̄ vrbani. Sic
⁊ nos. Nunc quidē sustinemus ignominia ⁊

laborem. In futuro autem recipiemus gloriae et
eternam mercedem. Vos autem nunc habetis transi-
torium gaudium. In futuro autem eternum inuenietis
interitum. Cui prefectus. Ergo nos inuictissimi
principes eternum habebimus luctum et persone vi-
lissime eternum possidebunt gaudium. Cui Valer-
ianus. Domestones estis non principes tpe
viro nati citius morituri: et deo ratione plus o-
ibus reddituri. Dixit autem prefectus. quid inora-
mur verbis. Offerte vobis libamina et ille ab-
scedite. Sancti ruderunt. Nos deo. Non quoti-
die sacrificium exhibemus. Quibus prefectus.
quod est nomen eius. Cui Valerianus. Nomen
eius inuenire non poteris: etiam si pennis volaue-
ris. Prefectus dixit. ergo nomen dei iuppiter
non est. Cui Valerianus. Nomen est homini-
de et stupratoris. Ad quem almachius. ergo totus
mundus errat: et tu cum fratre tuo verum deum no-
scis. Valerianus rudit. nos soli non sumus: sed
innumerabilis multitudo hanc sanctitatem re-
cepit. Tradunt ergo sancti in custodiam maximi
Quibus ille ait. O iuventutis flos purpureus
O germanus fraternitatis affectus. Quomodo ad
mortem quasi ad epulas festinatis. Cui Valeri-
anus ait. Quod si crediturum se promitteret: gloriae
eorum pro morte videret. Credidit maximus et omnis
eius familia. Ac vniuersi carnifices credide-
runt. Et a sancto urbano qui illuc occulte venit
baptisma susceperunt. Igitur dum aurora finem
daret cecilia pergens ad eos exclamauit dicens
Eya milites christi abijcite opera tenebrarum et
induamini arma lucis. Quarto igitur miliario
ab urbe sancti ad statuam iouis ducunt. Et dum
sacrificare nollent pariter decollantur. Tunc ma-
ximus cum iuramento asseruit se in hora pas-
sionis eorum angelos fulgentes vidisse: et aias
eorum quasi virgines de thalamo exeuntes quas
in gremio suo in celum angeli detulerunt. Alma-
chius vero audiens maximum christianum effectum esse
cum plumbatis tandem cedi fecit quousque spiritum
exhalauit. Cuius corpus sancta cecilia iuxta
valerianum et tiburtium sepeliuit. ¶ Secundo fides
christi autentica fuit martyrio proprio beate ce-
ciliae. Inquirens enim almachius facultates Va-
leriani et tiburtij: ceciliae coram se fecit astare.
Iussitque ut idolis imolaret: aut sniam mortis
acciperet. Cum autem ad hoc ab apparitoribus
virgeret. et illi vehementer flerent: eo quod puella
tam decora et nobilis vltimo se morti traderet.
Dixit ad eos. Hoc boni iuuenes non est iuue-
nitatem perdere: sed mutare. Multaque eis de fide

christi et futura vita beata persuasit. Quare excla-
mantes illi dixerunt. Credimus christum verum
esse deum qui tale famulam possidet. Decato ergo
urbano episcopo quadringenti et amplius baptizati
sunt. Tunc almachius sanctam ceciliam ad se ad-
uocans: diutius cum ipsa de fide contendit. Tan-
dem ab ipsa rationabiliter superatus iussit illam
ad domum suam reduci. Ibique tota nocte et die
buliente balneo concremari: que quasi in loco
frigidus mansit: nec modicus saltem sudoris per-
sensit. Quod cum audisset almachius iussit eam in ipso
balneo decollari: quam spiculator tribus ictibus
in collo percussit: sed in caput eius amputare
non potuit. Et quia decretum erat ne quarta per-
cussionem decollandus acciperet: eam semiuu-
entem cruentus carnifex dereliquit: per triduum autem
superuivens: omnia que habebat pauperibus tra-
didit. Et omnes quos ad fidem conuerterat urbano
episcopo commendauit dicens. Triduanas inducias
mibi postulauit: ut hos tue beatitudini comen-
darem: et hanc domum meam in ecclesiam consecrarem
Sanctus autem urbanus corpus eius inter
episcopos sepeliuit: et domum suam ut roga-
uerat in ecclesiam consecrauit. ¶ Tertio fides ce-
ciliae fuit deuersata martyrio beati urbani. Sic
ut legitur in officio ecclesie: fuit natione roma-
nus: ex patre pontiano: qui sedit annos octo
menses undecim: dies undecim. Post multa
vero ab eo circa conuersionem paganorum laudabi-
liter gesta. Almachius prenoiatum inquiri eum
fecit et in quodam antro cum tribus presbyteris:
et tribus diaconibus reperit: et in carcerem mis-
sus est. Post hoc plumbatis cum sociis cecus est:
et iterum in carcere reclusus: ubi tres tribunos
ad se venientes eum custode carceris anolino
sanctus urbanus baptizauit. Audito quod anoli-
nus christianus factus esset: prefecto resistitur et
sacrificare renuens decollatur. Sanctus vero
urbanus et socij capitalem sniam acceperunt:
Sed statim almachius a demone arripitur et
deos suos blasphemans et christianos inuitus ma-
gnificans a demone suffocatur. Quod eius vxor
mamernia videns cum filia sua lucina et tota fa-
milia a sancto fortunato presbytero baptismum
suscepit: et post hoc sanctorum corpora honori-
fice sepeliuit. Ecce quales fructus produxit fides
ceciliae cuius exemplo miraculis et doctrina: tan-
ta multitudo peruenit ad christum. Adveri-
to igitur desponsauit eam: tribuitque coronam
eternae beatitudinis. In qua gloriosa residebit
per infinita secula seculorum. Amen.

Sermo sexagesimuseptimus de fide inuictissima beate lucie virginis siracusane.

Enit sponsus et que

parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Verba sunt redemptoris nostri: originaliter Matthei. xxv. ca.

et in euangelio hodierno. Promittit merces eterne vite omnibus qui credunt in christum filium dei de virgine natum. Unde saluator ipse Joannis. iij. ca. dicebat. Exaltari oportet filium hominis: ut omnes qui credunt in ipso non pereant: sed habeant vitam eternam. Et. vi. ca. Nec est voluntas patris mei qui misit me: ut omnes qui vident filium: et credunt in eum habeant vitam eternam. Et iterum eodem ca. Amen dico vobis: qui credit in me habet vitam eternam. Et. xj. ca. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnes qui uiuunt et credunt in me non morientur in eternum. Et eodem ca. Si credideris videbis gloriam dei. Propterea beatissima virgo lucia fides iesu christi per sue anime ornamento suscipiens: ad nuptias delicatas paradisi peruenit. Qua de re ipsa laudibus persequi cupientes: In solennitate eius: ad sanctam fidem vertemus sermonem. De qua tria mysteria proponimus contemplanda.

Primum de infusione.

Secundum roborationis.

Tertium consummationis.

Qualiter fides infusa fuit anime beate lucie a deo: et quomodo meritorium est credere: et quomodo fides informis sit donum dei. Capitulum. j.

Primum mysterium contemplandum de fide beate lucie de infusione. Nam fuit in ea uina fides et formata: quam deus infudit illi anime merito atque serueni christum confessam est: an quem perfecte credidit. Sed in hac parte tria dubia declarem.

Primum utrum credere sit meritorium.

Secundum utrum fides sit anime infusa a deo.

Tertium utrum fides informis sit donum dei.

Ad primum dubium respondet Augustinus super Joannem dicens. Sicut in radice arboris nulla apparet spes pulchritudinis: et tamen quicquid est in arbore decoris ex illa procedit. Sic ex fidei humilitate: quicquid meriti: quicquid beatitudinis anima susceptura est: ex fidei fundamento procedit. Secundus vero Thomas. 2a 2e. q. iij. ait. Actus nostri sunt meritorij: in quantum procedunt ex libero arbitrio moto a deo per gratiam. Et quomodo omnes actus humani qui subijciuntur libero arbitrio si sit relatus in deum potest esse meritorius. Ipsius autem credere est actus intellectus assentiens ve-

ritati diuine: ex imperio voluntatis a deo moto per gratiam. Et sic subiacet libero arbitrio in ordine ad deum: unde actus fidei potest esse meritorius. Sed obijcit aliquis sic. Ille qui assentit alicui credendo: aut habet eam sufficienter inducentem ipsum ad credendum: aut non. Si sic tunc non videtur habere esse meritorium: quia non est ei iam liberum credere: et non credere. Si autem non habet sufficienter inductiuum ad credendum: tunc leuitatis est credere. Iuxta illud Ecclesiastici. xix. ca. Qui cito credit leuis est corde: et sic non videtur meritorium esse. Ad hoc ita respondet Thomas. Ille qui credit habet sufficienter inductiuum ad credendum. Inducit enim auctoritate diuine doctrine miraculis presumat: et quomodo plus est interiori instinctu ducit dicentis: unde non leuiter credit: quia tamen non habet sufficienter inductiuum ad sciendum ideo non tollit rationem meriti. Secundum dubium fuit utrum fides sit infusa anime a deo. Et ad hoc respondet apostolus ad Ephesios. ij. ca. dicens. Gratia saluati estis per fidem et non ex vobis: dei enim donum est. Notandum tamen secundum Thomas. 2a 2e. q. vij. Quod ad fidem duo requiruntur. quorum unum est: ut homini credibilia proponantur: quod requiritur ad hoc quod homo aliquid explicitate credat. Aliud autem quod ad fidem requiritur est assensus credentis ad ea que proponuntur. Quantum ergo ad primum horum necesse est: quod fides sit a deo. Ea enim que sunt fidei excedunt potentiam humanam. unde non cadunt in contemplatione hominis: siue cognitione nisi deo repelante. Sed quibusdam quidem immediate reuelantur a deo: sicut sunt reuelata apostolis et prophetis. Quibusdam autem proponuntur a deo mediante fidei predicatoribus. Quantum vero ad secundum. scilicet ad assensum hominis ad ea que sunt fidei potest eam considerari dupliciter. Una quidem exterior inducens: sicut miraculum visum: vel persuasio hominis fidei docentis: quorum neutrum est sufficienter eam videndum enim idem miraculum et audiendum eandemque predicationem siue doctrinam: quidam credunt: quidam non credunt. Et ideo oportet ponere aliam eam interiori: que mouet hominem interiori ad assentiendum his: que sunt fidei: hanc autem eam pelagiani ponebant solum liberum arbitrium hominis. Et propter hoc dicebant quod initium fidei est ex nobis in quantum. scilicet ex nobis est: quod parati sumus ad assentiendum his que fidei sunt. Sed consummatio fidei est a deo: per quem nobis proponuntur ea que credere debemus. Sed est falsum: quia cum homo assentiendo his que sunt fidei eleuetur super naturam suam: oportet quod hoc insit ei ex supernaturali principio interiori mouente: quod est deus. Et ideo fides quantum ad assensum que est principalis actus fidei

est a deo interius mouente p gram. ¶ Tertiū
dubiū fuit vtrū fides informis sit donum dei
Et ad hoc rñdet q sic. Naz glo. j. ad Corinth.
xiiij. ca. ait. Fides que est sine charitate est donū
dei. Si at obijceret q fides informis est quid
imperfectū: et opa dei sunt perfecta. vt dī Deute-
rono. xxxij. ca. ergo fides informis nō est op⁹
dei. Rñdet Tho. q fides informis et si non sit
perfecta simpliciter perfectione virtutis: est tñ p-
fecta qdā perfectione: que sufficit ad fidei rōem
Iterū posset quis instare sic. Quocunq; deus
sanat totaliter sanat. vñ xps dixit Joānis. vij
ca. Totū hoīem sanū feci: sed p fidem hō sanat
ab infidelitate. Quicūq; g donum dei accipit
simul sanat ab oībus peccatis. Sed hoc nō fit
nisi p fidem formatā: ergo sola fides formata
est donū dei: et non fides informis. Ad hoc ita
dicit Tho. q ille qui accipit fidem a deo q̄uis
absq; charitate nō simpliciter sanat: sed sana-
tur fm quid. s. vt cesset de tali pctō. hoc at fre-
quēter cōtingit: q aliquis desistit ab vno actu
peti: et deo hoc faciēte: qui tñ ab actu alterius
peti non desistit: pp̄ta iniquitate suggerente
Et p hunc modū datur aliqñ a deo hoī: q cre-
dat: nō tñ datur ei charitas. Sicut et aliqñ
dat absq; charitate donū prophetie: vel aliqd
sile. In hoc itaq; relucet bonitas sumi dei: q
etiā pctōribus sua dona gratis data largitur
¶ Eni mlti absq; charitate operentur actus bo-
nos ex genere: vt deo et ecclie obedient: a deo
puenit. ¶ Alij absq; charitate firmiter et sim-
pliciter credant: et fonte diuine pietatis hoīez
adiuantis pcedit. Si vō aliq fidem forma-
tā habeāt p charitatē et opa bona a bono deo
efficiente id ipsū recipiūt. Ipse ergo hanc fidē
lucie virgini tribuit: quā ipa libenter cōplexa
totā se diuine voluntati cōmisit. Erātq; opa
eius sc̄ta: iusta: recta: munda: qualia decet pro-
sequi credentes in xpm.

¶ De tribus miraculis: quibus roborata fuit
fides beate lucie. Capitulum. ij.

Secundū mysteriū cōtemplandū de fide
beate lucie: dī roboratio. Fuit eni a deo
fides eius roborata triplici miraculo.

Primū fuit sc̄tē agathe visio.

Secūm matris sanatio.

Tertiū corporis firmatio.

¶ Primū miraculū quo fuit fides lucie robo-
rata et magnificata dī sancte agathe visio. Au-
diēs eni famā sc̄tē agathe p totā siciliā diuul-
gari: sepulchrū eius adiit cu; mīe sua euticia:

longo iam satis tpe fluxū sanguinis incurabi-
liter patientē. Inter ipsa igit missarū solennia
contigit vt illud euāgelium legeret: in quo dñm
mulierē ab hac passione sanasse narrat. Tunc
lucia matri dixit. Si credis his que leguntur
crede agathā illū semp bre pñte: p cuius no-
mine sustinuit passionē. Si ergo ei⁹ sepulchrū
credens contigeris perfecte: continuo sanitate
gaudebis. Igit recedentibus cunctis: et matre
et filia iuxta sepulchrū in orōne existentibus:
lucīā somnus arripuit: viditq; agathā in me-
dio angeloz: gēmis ornatā stantē: et dicentem
sibi. Soror mea lucia virgo deo deuota: quid
a me petis: qd ipsa poteris prestare continuo
matri tue. Nam ecce p fidem tuam sanata est
Sed dū ista loquimur: increduli nos accusare
contendunt. Muliebria inquit sunt ista et le-
uibus personis enarranda. Nā dixit sapiens
Adultos fecerunt errare somnia et exciderunt
sperantes in illis. Quibus nos rñdemus. q lz
somnia possint euenire: vel a cā naturali: vt a
cā volūtaria: vel ab influētia celi: vel ab illusio-
ne: tñ et sepe euenisse repimus a volūtate crea-
toris: q sic disposuit in sōnis multa mysteria
reuelari. Mōne Benef. xxvij. ca. Vidit iacob
in sōnis scālā stantē sup terrā et cacumē illū
tangens celū: angelos quoq; dei ascendentes
et descendentes p eā: et dñm innixū scālę dicen-
tem sibi. Ego sum dñs deus abrahā patris tui
et deus Isaac. Joseph etiā vt scribit Benef.
xl. ca. Interpretatus est somnū pincerne et pi-
storis pharaonis: et somnū ipsius pharaonis:
vt patet Benef. xli. ca. Et Daniel. iij. et. iij.
ca. habet. qualiter ipse daniel reuelauit signifi-
catōez somnioz nabuchodonosor regis baby-
lonie. Adagi adhuc postq; adoraauerunt xpm
āmoniti fuerunt in somniis: ne redirent ad he-
rodē. Et Joseph ab angelo in somniis instru-
ctus fuit: vt cū puero iesu et virgine matre fu-
geret in egyptū. sicut recitat Matthe. ij. ca.
Apud gētilēs etiā somnia sepe aliqd significa-
re cōperta sunt. Dñ Valerius multa de som-
nijs scripsit li. i. Sicut de somnio simonidis q
nafragiū euasit. Et de somnio mris dionysij
que cū conceptus vtero haberet: somniavit se
satiristū parere: satiristus serpens est de quo
tiriaca conficit. Consultoq; pdigioz interpre-
clarissimū ac potētissimū filiū dixit parituraz
Et ita refert alia q̄ plurima. Tullius atq; i. d.
diuinatōe ait. Est apud platonē: q cum socra-
tes esset in custodia publica: dixit critoni fami-

liari suo se post diē tertium moriturū: vidissetq;
in somnis pulchritudinis eximie feminā: que
se noie appellans diceret: homericū quendam
versū. Terclatichile tempestas leta leuabit. qd
vt est dictuz sic scribit contigisse. Suetonius
aut in li. de. xij. cesaribus recitat. Q. nocte pce
dente diē q cesar occisus fuit: vxor ei⁹ in gete
vidit fastigiū domus labi: z cesarē in sinu suo
iacentē multis vulueribus pforatū: quare sō
nij atrocitate pterrita: eū rogare n̄ destitit: vt
die p̄xima se a curia abstineret. Dicta sūt hec
oia vt ostendamus nō esse quid fabulosū q de
visione beate lucie superius explicauimus: sic
rei exitus: vt apparebit plene p̄firmat. ¶ Se
cundū miraculū quo fides lucie roborata fuit
z vera declarata: dī matris sanatio. Eugilās
quidē a somno lucia matri dixit. Mater mea
ecce sanata es: p ipsā ergo te deprecor: que suis
orationibus te sanauit: ne mihi de cetero no
mines sponsū. Sed quicqd mihi datura eras
p dote: pauperibus elargire. Cui mater. Tege
p̄uis oculos meos z quicqd volueris de facul
tatibus facito. Ad quā lucia. qd moriens das:
ideo das qz tecū ferre non potes. Da igit dūz
vuis z mercedē habebis. Cuz ergo redissent
fit q̄tidie detractio rerū: z dan̄ in necessitati
bus pauperū. Interea dum patrimoniū distri
buit: sponsus lucie de his nutrice eius interro
gauit. R̄ndit illa caute qz vtiliorē possessionez
sponsa sua inuenisset quas volebat emere. Et
ideo videbat aliquāta distrabere: credidit ille
z cepit auctor esse vendentiū. ¶ Tertium miracu
lum quo fides lucie roborata fuit: dī corporis
firmatio. Nam venditis oibus z pauperibus
erogatis. Sponsus trahit eā corā pascasio cō
sulari dicens eā xpianā esse z p̄ leges agere au
gustoz. Inuitate eā pascasio ad sacrificia ido
lorum. R̄ndit. sacrificiū placens deo est: visita
re pauperes: z in necessitatibus subuenire: z
qz iam amplius non habeo qd offerā: meipsā
sibi offerendā tribuo. Cui pascasio. Ista ver
ba tibi simili stulto xpiano narrare poteris: mi
hi aut qui principū decreta custodio: frustra p
sequeris. Ad quē lucia. Tu principū tuoz de
creta custodis: z ego leges dei mei custodiam.
Cui pascasio. patrimoniū tuū cum corrupto
ribus expendisti: ideo quasi meretric loqueris.
Cui lucia patrimoniū meuz in tuto loco cōsti
tuit: corruptores aut mentis z corporis nunq̄
sciui. R̄ndit pascasio. qui sunt corruptores
mentis z corporis. Lucia dixit. Corruptores

mentis vos estis: qui suadetis vt aia suū dese
rat creatorem. Corruptores corporū sunt: qui
sp̄alem delectationē preponunt epulis sempi
ternis. Pascasio dixit. Cessabunt verba cuz
peruentuz fuerit ad verbera. Cui lucia. verba
dei cessare nō possunt. Cui pascasio. tu ergo
deus es. Lucia respondit. ancilla dei suz: Qu
dixit. Dum steteritis ante reges z p̄sides no
lite cogitare quō aut quid loquamini: dabitur
enim vobis in illa hora quid loquamini. Nō
enim vos estis qui loquimini: sed spiritus pa
tris vestri qui loquitur in vobis. Pascasio
dixit. In te ergo spirit⁹ sanctus est. Cui lucia.
qui caste viuūt templū sunt spūs scti. Cui pa
scasio. ego faciā te duci ad lupanar: vt ibi vio
lationē accipias: z spm̄ sanctū perdas. Cui lu
cia. Non inquinat corpus nisi de cōsensu mē
ris: nā si inuitā violari me feceris castitas mi
hi duplicabit ad coronā: nunq̄ autē volunta
tem meam ad consensum poteris prouocare.
Hoc loco doctores dicunt. qz si aliqua virgo
violenter opprimat virginittatis coronā non
āmittit. Sicut patet. xxij. q. v. ca. quod āt. ca.
tolerabilius. ca. reuera. ca. nō potest. ca. propo
sito. ca. de pudicitia. ca. magis timeam⁹. San
ctus Tho. in suo quarto. di. xlii. arti. v. ita
ait. Si aliqua virgo p violentiam oppressa fu
erit non āmittit propter hoc aureolam virgi
nittatis: dūmodo propositū p̄petuo virginita
tem seruādi inuolabiliter teneat. Et hoc siue
pro fide siue p quacunq; alia causa violenter
corumpatur. Sed si hoc p fide sustineat erit
ei meritorū: z ad genus martyrij pertinebit.
Vnde lucia dixit. si inuitā me feceris violari:
castitas mihi duplicabit ad coronā: non qz ha
beat duas virginittatis aureolas: sed qz duplex
premiū reportabit: vnū pro virginittate custo
dita: aliud p iniuriā quā passa est. Dato etiā
qz talis violenter oppressa cōcipiat: nec ex hoc
meritū virginittatis perdit. hec Tho. Ad lucia
iam redeamus: que pascasio addidit. Ecce cor
pus meū ad omne supplicium paratum: quid
mora is. Incipe fili diaboli desideria tuarum
penarū exercere. Tunc pascasio lenones ad
se venire fecit dicēs eis. Inuitate ad eā omnē
populū z tādm illudat: donec mortua nūciat.
O stupēdū miraculū: O inuincibilis virt⁹ dei
vini volētes eā trahere: Tanto pondere spūs
sanctus eam fixit: vt oīno ipsam mouere neq
rent. Fecitq; pascasio mille viros accedere: z
man⁹ z pedes ligare: sed eā nullaten⁹ poterāt

monere. Tūc ēt cū viris mille paria boū adhibuit: sed tū virgo dñi immobilis pmanfit. vocatis at magicis vt suis incantatoib⁹ moueret oīno moueri non potuit. Dixitq; Pascasius Que sunt ista maleficia. q; vna puella a mille hoīb⁹ non mouet. Lucia dixit. Non sunt ista maleficia: sed beneficia xpi.

¶ Qualiter beata lucia voluit pro fide xpi vitam pntem p martyrij tolerantia consummare
Capitulum. iij.

Tertiu mysteriu ptemplandū de fide bte lucie dr cōsumationis. Voluit equidē, p fide xpi pntem vitā p martyrij tolerantia cōsumare. In quo tria concurrerunt.

Primū a morte preseruatō.

Secūm secretorū reuelatio.

Tertiu corporis xpi susceptio.

¶ Primū qd pcurrit circa tolerantia martyrij bte lucie: dr a morte preseruatō. Mō enim tormenta potuerūt extinguere illā: ita cito sic fecissent: q; de pseruabat eā vsq; ad rps. Mā cū pascasius angustiaret nimis: vidēs illā adeo immobilē effectā: iussit copiosū ignē circa eā accendi picēq; r refinā ac feruens oleū sup eam fūdi. Dixitq; lucia. Indutias impetraui martyrij mei: vt credētib⁹ timorē auferā passiois r nō credentibus vocē insultationis: videntes at amici pascasij eū angustiari: in gutture ei⁹ gladiū imerserūt: q; nec sic extincta ē: nec loq; amisit. **¶** Secūm qd pcurrit circa martyriū beate lucie: dr secretorū reuelatio. Reuelauit enī ea q; secreta crāt: r sciri nō poterāt: pp distantia loci. dixitq; Annuncio vobis pacē ecclesie redditā maximiano hodie mortuo r d regno suo diocleciano expulso. Et sic ciuitati cathariensi soror mea agatha data est ptectrix. Sic r ego ciuitati siracusane pcessa sū interuētrix. Dū hec verba loquit. Ecce ministri romanorū venerūt r pascasium apprehendētes: vinctū ad cesarē secū duxerūt. Audierat enī cesar q; multa rapuerat. Quare de suis scelerib⁹ conuict⁹ capitali snia fuit punitus. **¶** Tertiu qd pcurrit i martyrio bte lucie: dr corporis xpi susceptio. Mā de loco in quo pcessa est: nō est mora: nec spm tradidit: q; ad usq; venirēt r corp⁹ dñi sacerdotēs ei traderēt: r oēs astantes amē dño rnderēt. In eodē at loco est sepulta r ecclia fabricata. Fuit alia lucia cui⁹ officiu ecclesia celebrat mense septēbris. hec tpe diocleciani r maximiani in viduitate per annos triginta r sermanserat. Quinsq; anni totius vite fuerūt se-

ptuaginta quinq; put legit in suo officio. Ista accusata a filio Euprepio q; xpiana esset iussu diocleciani carceri mancipata fuit: vbi cōsolationē diuinā pmeruit. Deinde corā diocleciano sedente p tribunali extensa est: r fustibus diutissime verberata. Postea in ollaz plūbo plenā i circuitu igne copioso succēsā demersa est. Vbi scā dei psallēs triduo vixit vltio gladio aiaduēsa ē. Itaq; pia lucia i virginitate pmanens: martyriū p xpo passa est. Ista vō in viduitate pseruans: mori p xpo nō recusa uit. Quax aie gloriā celestis regni in eternuz pacifice possidebūt. Ad quā nos pducatur iesus fili⁹ dei: q; sit bndict⁹ in secula seculorū. Amen.

¶ Serino sexagesimo octauo de laudibus vere amicitie: que hoies in scititate conseruat.

¶ Satus qui inuenit

amicū verum. Sapientis verba sunt ista originaliter Ecclesiastici. xxv. ca. Satis efficit est tam

in spūali q; civili vita: vinculū amicitie vere: qua hoies cōmunicant sibiipsis vtranq; fortunā. Propterea a macrobio species inficitie ponitur r ab ipso atq; a ceteris sapientibus: miris laudibus preconiat: q; tū pleriq; ferales potius q; rōnales hoies amicitia r parui pendunt r fugiunt. Hec tpe in pnti sermone d eius laudibus erim⁹ verba facturi: de quā tria mysteria proponimus contemplanda.

Primū dr cōmendationis.

Secūm distinctionis.

Tertiu significationis.

¶ Omnes sancti r morales phi gloriose loquuntur de amicitia. Capitulum. j.

Primū mysteriu contemplandū de amicitia dr cōmendationis. Omnes quippe tam sancti q; phi morales de illa gloriose loquunt. Vnde Sapiens Ecclesiastici. vi. ca. ait Amicus fidelis protectio fortis. Et cassiodorus in libro de amicitia. In hūanis reb⁹ nihil amicitia dulcius inuenit: nihil sanctius appetitur: nihil fructuosius custodit. Et in eodē li. Amicitia ppria suauitate virtutes alias condit: aduersa rpat: tristiaq; iocundat. Et idē in eplis. Sine amicis oīs cogitatio esset tedium oīs opatio labor: oīs terra pegrinatō: oīs vita tormētū: sine amicoꝝ solatio: viuere eēt mori. Et Ambro. li. d officijs. Solatiū q; vite h⁹ est: vt habeas cui pect⁹ tuū apias: cui archana cōices: cui secreta tui pectoris committas: vt

colloces tibi virū fidelē: q̄ in p̄speris gratulet̄
in tristib⁹ cōpatiat̄: in p̄secutionib⁹ adhortet̄.
Et Valerius maximus li. iij. Amicitie vincu-
lū potens est ⁊ p̄ualidū: neq; vlla ex p̄te san-
guinis viribus inferius. Et Quintilian⁹ in li.
declamationū. Nō reperio qd̄ in rebus hūa-
nis excogitauerit nā p̄stantius amicitia: qd̄
cōcordia ⁊ fortunā maius auxiliū. Et Salust.
in iugurtino. Nō exercitus neq; thesauri sūt
regni p̄sidia: sed veri amici: q̄s neq; armis
cogere: neq; auro parare queas: officio fideq;
parant̄. Et Seneca in li. de tranquillitate aī.
Nihil eque oblectat aīum: q̄s amicitia fidelis
⁊ dulcis. Et Theophrastus p̄bus. Quāti est
sine aīa corpus: tanti est sine amicis hō. Et se-
cund⁹ p̄bus interrogatus ab adriano cesare.
quid est amicus. r̄ndit. desiderabile nomē: infe-
licitatis refugiū: indeficiens quies: amanda
felicitas. Et Aristo. i. viij. Ethicorū. ca. i. Ami-
citia maxime necessaria est in vita: sine amicis
nullus eligeret vivere: hñs reliqua bona oīa ⁊
mendicantibus ⁊ principatus ⁊ p̄tates possi-
dentibus: videt̄ amicis maxime opus esse. Et
idē in. ij. politicē. Amicitia quidē putam⁹ ma-
ximū esse bonorū ciuib⁹. Et idē in. iij. topicorū
Adagis eligenda est sup̄abundantia amicitie
q̄s pecuniarū. Et Tullius in questionib⁹ tuscu-
lanis. Sūmū gen⁹ felicitat̄ est hñe amicos. Et
idē in li. illo de amicitia de q̄ inquit aulus geli⁹
in. i. noctiū acticarū. Q̄ cū librū illū cōponeret
legit libꝝ theophrasti d̄ amicitia ait. Excepta
sapia nil melius est datū hōi a dijs immortalib⁹
amicitia. Et iterū ibi. Solē e mūdo tollere vi-
dent̄: q̄ amicitia e vita tollit: q̄ nihil a deo me-
li⁹ habem⁹: nihil iocūdius. Et iterū. Ego vos
hortari tm̄ possū: vt amicitia oibus reb⁹ hūa-
nis aīponatis. Nihil enī est tā nature aptum
tāq; conueniens ad res vel scōdas vel aduersas.
Et idē li. i. de finibus bonorū ⁊ malorū. Diu-
rerū q̄s ad hñe viuendū sapia cōparauit. nihil
est maius amicitia: nihil vberius: nihil iocūdi-
us. Sed p̄ter predicta q̄runt aliq; vtq; felix i-
digeat amicis. Et posset argui q̄ nō. q̄ quicū-
q; sūt p̄ se sibi sufficiens ex bonis q̄ hñt: n̄ in-
diget amicitia aliorū: sed felix p̄ se oīm bonorū
sufficiētia hñt: q̄ nō videt̄ indigere amicis. In
oppositū Nō arguit̄ tali rōne. Inter oīa exte-
riora est maximū bonū hñe amicos. vt p̄batū
est paulo sup̄ius p̄ aristo. Si ergo felici cui oīa
bona tribuunt̄ nō dan̄t amici: tūc felici deerit
maximū bonorū exteriorū. s. amicitia qd̄ est p̄

198
rōnē felicitis. R̄ndet̄ ad ista soluenda. q̄ aut lo-
quimur de felicitate celestis p̄rie: aut de felici-
tate p̄ntis vite. Primo enī si loquimur de p̄fe-
cta felicitate q̄ erit in p̄ria. tunc aut loquimur d̄
necessitate b̄titudinis: aut de bñ esse. Primo
mō dico q̄ societas amicorū nō requirit̄ de ne-
cessitate ad b̄titudinē p̄rie. qm̄ ille qui hñ totaz
plenitudinē sue p̄fectionis in vno nō indiget
in alio. sed beatus in patria habet totam ple-
nitudinē sue p̄fectionis in deo: q̄ nō indiget
alio. Et hoc est qd̄ scribit̄ Sapie. vij. ca. Vene-
rūt at̄ mihi oīa bona pariter cū illa. s. cū diuina
sapia: q̄ in dei clara visione cōsistit. Dñ Aug⁹
vii. li. sup̄ Senec. ad l̄raz dicit. q̄ creatura spi-
ritualis ad hoc q̄ sit b̄tā nō nisi intrinsic⁹ ad-
iuuat̄ eternitate: veritate ⁊ charitate creatoris
Nā p̄fectio charitat̄ est essentialis b̄titudinē
q̄tū ad dilectionē dei: nō at̄ q̄tū ad dilectōez
p̄rimi. Quare si esset vna sola aīa fruens deo
nō hñs p̄ximū quē diligeret: adhuc b̄tā esset
sed supposito p̄ximo seq̄t̄ dilectio eius ex p̄fe-
cta dilectione dei. Dñ q̄si cōcomitant̄ se habz
amicitia ad p̄fectā b̄titudinē. Scdo Nō si loq̄-
mur de bñ esse b̄titudinis tūc verū ē q̄ ad illā
facit societas amicorū: q̄ sic b̄tudo essentialis
est quā hñ b̄tūs apud deū solū: ita b̄tudo ac-
cidentalis est: quā hñ b̄tūs apud aliū b̄m. Si
Nō loquimur de felicitate ip̄fecta q̄ nihil aliud
est: large illā sumendo q̄s p̄speritas ⁊ bonorū
tpaliū abundantia. tunc dico q̄ felix aliq; mō
nō indiget amicis ⁊ aliq; mō indiget. Nā felix
nō indiget amicitia vtili: q̄ existit̄ sibi oīa bo-
na: indiget tamen amicis maxime p̄pter tria.
Primo p̄pter cōicationē. vt cōicet̄ amicis in-
digentibus felicitatē suā. qm̄ vt inq̄t Plato ī
Thimeo. Bonos viros decet cōmodos esse.
Et Quintus in li. d̄ ponto. Regia crede mihi
res est succurrere lapsis. Conueniēs hōi est ho-
minē seruare voluptas. Scdo felix indiget ami-
cis p̄pter cōseruationē: q̄ nullus sufficit sol⁹
seruare p̄speritatē suā. Itō inq̄t Tullius in li.
de amicitia. Quā res humane fragiles sunt ⁊
caduce sp̄ acq̄rendi sūt: q̄s diligam⁹ ⁊ a qb⁹ di-
ligamur. charitate enī beniuolentiaq; sublata
ois est sublata: ⁊ ita iocūditas. Tertio felix in-
diget amicis p̄pter delectationē: q̄ delectabi-
le est p̄uere amicis. Dñ ⁊ Tullius in p̄fato
li. d̄ amicitia dicebat. Quid dulcius q̄s hñe ali-
quē cū q̄ audeas sic loq; oīa vt tecū. Propt̄ hec
oīa p̄cludit sapiēs Ecclesiasti. vi. ca. Q̄ q̄ inue-
nit̄ amicū fidelē iuenit̄ ⁊ thesaurū. Amico q̄p̄p̄

Fideli nulla est cōparatio et nō est digna ponde-
ratio auri et argenti p̄tra bonitatē fidei illius.
De triplici amicitia: mala: falsa: et vera.

Capitulum. ij.

Secundū mysteriū cōtemplandū de ami-
citiā dī distinctio. Distinguitur quippe
in scripturis diuinis et humanis triplici. Nā
Quedam est amicitia mala.

Quedam falsa.

Quedam vera.

Prima amicitia dī mala. que est inter eos
qui mali sunt. sicut Luce. xxij. ca. scribit. **Q**uod
facti sunt amici herodes et pilatus. Vbi glo. ne-
phandū fedus quod herodes et pilatus in occidē-
do xpm̄ pepegerūt. p̄pterea Aristo. viij. ethi.
ait. ca. iij. **Q**uod perfecta est bonorū amicitia: et s̄m
virtutē similiū. Et Tullius in li. d. amicitia in-
quit. Virtus amicitia et gignit et cōtinet: nec
sine virtute amicitia esse vllō pacto pōt. Et ite-
rū ibi sic cōcludit. Hoc sentio nisi i bonis ami-
citiā esse non posse. **S**ecunda est amicitia falsa:
vel simulata quā. s. aliqs diligit solo noie et nō
ope quod vtiq; facile impleri dicit Ambrosi⁹ li.
iij. de officijs. Facilis inquit vox et cōis tuus
sū totus: sed paucorū effectus. Sunt et alij qui
se amicos dicūt: et nō nisi p̄pter p̄p̄riū cōmo-
dū amant. **Q**uos dicit Seneca ad lucillū. Ne-
gociatio est nō amicitia quā ad cōmodū accedit.
Et Hiero⁹ in eplā ad paulinū ait. Vera ami-
citiā illa est et xpi glutino copulata quā nō vti-
litas rei familiaris: nō p̄ntia tm̄ corporis: non
subdola et palpans adulatio: sed dei timor et di-
uinarū scripturarū studia cōciliant. Et idē sup̄
Michēā prophetā. Delicata est amicitia que
amicorū felicitatē et diuitias sequit. In hoc ge-
nere amicitie hodie voluit quāsi totus mundus
Vn̄ Quidius li. ij. de ponto ait. Vulgus ami-
citiā vtilitate p̄bat: illud amicitie quondam
venerabile nomē p̄stat et in questu p̄ meretri-
ce sedet. Sunt et adhuc amici falsi. quā hi qui se
amicos fatebant: amicos deserūt in aduersis.
Nā vt scribit sapiens **P**rouer. x. vij. ca. omni-
tpe diligit qui amicus est. Et Valerius li. iij.
Sincere fidei amici precipue in aduersis reb⁹
cognoscunt: in quibus quicquid prestat: totus a
cōstanti beniuolentia p̄ficiat. **O**bid Tulli⁹
in questu. tuscu. et in. iij. li. de officijs. cōmendat
vna cū valerio maxio damonē et ficiā pictago-
ricos quā amicitiarū aīo adeo stricti erāt vt cuz
alterū ex his firacusanus dionysius occidere
terminasset: et is qui morti adiectus esset: pau-

cos dies quibus domū p̄ficisceret a dionysio
impetrasset: sin aliū p̄ reditu eius daret: alter
rūdere p̄ amico nō dubitauit: affirmans quā nō
si rediret alius infra assignatū sibi terminum
ipse moreret. **D**ēs primo isto insultu sunt in
admirationē versi: quāq; derideret a plurimis
sed cū tandē reuerteret amicus seque ad diē ter-
mini presentasset: admiratus tyrān⁹ eorū fidē
supplicii remisit. Rogans se tertiū in societa-
tē recipi. Sed hodierna die tales minime in-
ueniunt: quinimo vt Quidi⁹ ait. li. ij. de pon-
to. Diligēt nemo nisi cū fortuna scda est. Et in
li. de tristib⁹. Donec eris felix multos numera-
bis amicos. **T**pa si fuerit nubila solus eris. Et
in eodez libro: sic de quodā suo amico tepido
lamentatur.

In caput alta suum labent ab equore retro.

Et lumina: cōuersis solq; recurret equis.

Terra feret stellas: cclum scindetur aratro.

Vnda dabit flammās: et dabit ignis aquas.

Omnia nature prepostera legibus ibunt.

Partesq; suū mundi nulla tenebit iter.

Omnia iam fient fieri que posse negabam.

Et nihil est de quo non sit habenda fides.

Nec ego vaticinor: quia suz deceptus ab illo:

Laturum misero: quem mihi rebar opem.

Illud amicitie sanctum et venerabile nomen.

Re tibi pro vili sub pedibusq; iacet.

Tertia igitur amicitia et vera est illa que sū-
datur sup̄ virtutē et p̄senerat in quolibet statu
sue prosperitatis sine aduersitatis.

De signis vere amicitie. Capitulum. iij.

Teriū mysteriū cōtemplandū de ami-

citiā dicit significatio. Sūt enim aliqua

signa per que cognosci potest quando quis est
verus amicus. Et hec distinguūt in tria. Nā

Alia sunt signa cordis.

Alia sunt signa oris.

Alia sunt signa operis.

Primo sunt alia signa cordis. que subdivi-
di possunt in tria.

Primū est voluntatū concordatio.

Secūm secretoꝝ cōmunicatio.

Tertiū animi confirmatio.

Primū signū est voluntatū cōcordatio. de q̄

ait Tullius li. de amicitia. Idē velle et idē nolle

Et demū vera est amicitia: quod vtiq; intelligē-

dū ē i reb⁹ virtuosis: debitis: et honestis. Nā

cōcordia malorū nō vere amicitia: s; s; similitudi-

nē dici pōt. **Secūm** signū ē secretoꝝ et p̄silioꝝ

coicatio. vt eni ait Ambro. li. de officijs. Nihil occultat amic⁹: si ver⁹ e. Verūtn̄ caute agēdū est vt seruet regula Seneca ad lucillū dicentis Dia cū amico delibera: sed de ipso prius. Mā ingt Macrobius li. saturnaliū. Ita amicū habeas vt hūc fieri posse inimicū putes. Et Valerius rubrica de dilectōe ⁊ amore dicit. Nias aiebat oportere hoies ita in vsu amicitie versari vt meminerint eā ad grauissimas inimicitias posse cōverti. Qd̄ qdē pceptū p̄ma specie nimis fortasse callidū videbat: n̄miūq; simplicitati: qua p̄cipue amicitia gaudet p̄riū: sed si ai altior cogitatio demissa fuerit p̄q; vtile repiet. Tertiu signū vere amicitie d̄ ai confirmatio. Hoc vtiq; ad verā amicitiaz spectare cognoscit: vt nō statim mala de amicis credatur susurronib⁹ ⁊ bilinguibus. Jō Valeri⁹ li. iij. rubrica de moderatōe. laudat platonē. qui cū a quodā audiret xenocratē discipulū suū de se multa impie locutū sine vlla cunctatōe criminantē respuit: Instabat ille certo vultu eām querēs cur sibi fides nō adhiberet. Adiecit plato. Non esse credibile vt quē tantopere amaret ab eo non diligeret. Postremo cū ad iusiurandū inimicitias serētis malignitas cōfugisset ne d̄ piurio ei⁹ disputaret affirmavit nūq; xenocratē illa dicitur fuisse: nisi ea dici expedire sibi indicasset. ¶ Secō sūt alia signa oris ⁊ hec distinguunt in tria.

Primū est secreta monitio.

Secōm recta locutio.

Tertiu manifesta laudatio.

Primū signum oris vere amicitie est secreta monitio. Lū. s. q; depredēdēs in aliq̄ suū amīcū errare secrete studet illū monere. Juxta saluatoris nr̄i documētū. q; Matt. xviij. ca. dixit. Si peccauerit in te fr̄ tuus: vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ipsū solum. Et de hoc ita pulchre loq̄t Ambro. li. iij. de officijs. O biurget amicus amicū: nō iactantie studio: sed affectu charitatis: vt nec amonitio aspera sit: nec obiurgatio cōtumeliosa. Et Seneca in li. de morib⁹ Dires tuas magis amici sentiam bñficijs q; iniurijs. Secōm signū oris est recta locutio. vt amic⁹ magis loq̄t amico vera ⁊ vtilia q; blanda ⁊ falsa ⁊ cū suo dāno illi placētia. Sic sapiens puer. x. ca. ait. Simulator ore decipit amīcū suū. Et xvj. ca. Vir iniqu⁹ laudat amīcū suū: ⁊ ducit eū p̄ viā nō bonā. Et Aug⁹ super illo verbo psalmiste. Laudat p̄ctōr in desiderijs aie sue. Adulantiū inquit lingue alligant

aias in petis: delectat enim ea facere in quib⁹ nō solū metus rēphensor: sed et laudat p̄ctōr. Tertiu signū est manifesta laudatio. vt enī inquit Aristo. Sic mos amantiū est vt amorē suū silentio tegere neq̄ant. ¶ Tertio sunt alia signa vere amicitie in opere: ⁊ hec adhuc tria.

Primū est grata conuersatio.

Secōm prompta condescensio.

Tertiu honesta satisfactio.

Primū signū est grata conuersatio. Inquit enim Aristo. ix. Ethicorū. ¶ amicus est alius ipe. Et Tullius. Amicus est alter ego. Jecirco qui veri amici sunt: libenter conueniūt: familiariter conuersantur. Quare ⁊ Aristo. dicit. ¶ amicis eligibilissimū est conuiuere. Secōm signū est prompta cōdescensio. Luz quis amico condescendit subueniendo sibi in necessitatibus suis. Ideo phus quidā cū diceret ei de quodam paupere: ille amicus illius diuitis est cur inquit illo diuite pauper est: amicus non est: qui particeps nō est fortune. Et dū amic⁹ aliquid expostulat: non est procrastinandum. Vnde sapiēs in Prover. dixit. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere cras enim dabo tibi cum statim possis dare. Tertiu signū est honesta satisfactio. Nec amicus turpia petere debet: nec alius in his satisfacere tenetur. Hinc Valerius libro. vi. Rubrica grauit̄ dicta aut facta. refert publius Rutilius cum amici cuiusdam iniuste rogationi resisteret: atq; is per summā indignationē dixisset. Quid ergo opus est mihi amicitia tua: si quod rogo non facis. Respondit. imo quid mihi tua: si p̄pter te aliquid inhoneste facturum sum. Et Aulus gelius in. i. noctium acticarum querens an p̄ vtilitate amicorū delinquendū aliq̄ sit. ait. Ethilo lacedemonius de hoc dubitauit. ¶ Pericles atheniēsis egregius vir ingenio bonisq; oibus disciplinis ornatus ab amico suo rogatus vt pro re causaq; eius falsum deieret. Respondit. Opus est me amicis cōmodare sed vsq; ad aras theophrast⁹ parua inquit ⁊ tenuis vel turpitude vel infamia subeunda est. Si ea re magna vtilitas amico queri pōt rependitur quippe ⁊ compensatur leue dānū delibate honestatis maiore alia grauioreq; in adiuuando amico honestate. hec aulus gelius. Sed Cicero in li. de amicitia ita pelusit: Nulla est excusatio peti: si amicitia peccaueris. Mā cū psiliatrix amicitie virtutis: opinio fuerit. difficile ē amicitia manere: si a virtute defeceris.

Hec de amicitia scripta sunt: vt cognoscat vnusquisque quanta sit vis illius: quanta a rarissimis obseruat: vt decet: vbiq; eteni priuatus amor alas suas iam expandit: vnusquisque quod suum est querit et suo tantummodo comodo satisfacere studet. Mos vero qui christianus sumus ad amicitiam excolendam inducimur: per legem illam diuinam: quam Christus deus dei filius de virgine natus verbo docuit. pariter et exemplo. Diliges ait proximum tuum. quod si fecerimus pignus eterne vite ab eo largiter accipiemus: quod suam nobis gratiam largietur in presenti seculo. Et in futuro gloriam sempiternam: in qua vivit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Sermo seragesimus nonus de beatissimo confessore Antonio paduano de ordine minorum.

Non potest ciuitas

abscondi supra montem posita.

Verba sunt redemptoris nostri originaliter ad Matthei. v. ca. et in euangelio

presentis solennitatis. Lucti fere mortales qui baptismali caractere sunt insigniti: beatum antonium paduanum deuotione ardentissima colunt ac venerant: nec ipse patrociniū eius exproscuntibus: ita sit affabilis et propitius vt videatur quodammodo cum illis conuiuere et commorari. Nullus a fonte sue dulcedinis sitibundus abscedit: omnibusque cum innocantibus presens est. Et vt verissime cantat ecclesia. Ad sacrum eius tumulum frequenter membra languentium: modo sanitati quolibet morbo fuerit grauata restitunt. Propterea ne beneficiorum illius in memores accusamur: in solennitate presentis ad sue laudis preconiā extollendam: omni studio: omni diligentia: omniq; vi dicendi debemus incubere. Est quippe in ecclesia dei velut ciuitas posita in cacumine montis: quae ab omnibus videri potest. vt verba proposita dicunt. Quia multa in hoc seculo reperiuntur quae fulgent in domo domini: lucentque omnibus qui sunt in illa: prope quae praesens quae est in celis glorificatur et benedicunt. Sed vt ista clarius habeantur de seculo antonio in presentibus verba facturi. Triplicem excellentiam eius porabimus.

Prima dei religionis.

Secunda predicationis.

Tertia glorificationis.

¶ Qualiter beatus antonius etate tenellus habitum canonicorum regularium sancti augustini suscepit. Undeque celo martyrii succensus transiit ad religionem minorum. Capitulum. j.

Prima excellentia sancti antonii: dei religionis. Dedicauit namque se deo: et in religione

sectam laudabilem usque ad mortem perseueravit. De enim scribitur in cronicis ordinis nostri minorum. Fuerunt anni vite beati antonii. xxxvi. Nam fuit in domino parentum annis quindecim. In monasterio sancti vincentij annis duobus. Et in monasterio sancte crucis de colimbria nouem annis. Postremo in ordine beati francisci multis miraculis clarus decem annos feliciter consummauit. Et in eo multa conueniant: quae sue religionis professionem extollunt: nos tamen tria duntaxat explicabimus.

Primum est etas.

Secundum causalitas.

Tertium charitas.

¶ Primum quod extollit: professio assumptae religionis a beato antonio dei etas. Non enim expectant senectam: non iuuenilibus annis prius voluit obtemperare: sed vbi sexdecimum attigit annum spiritus mundi et carnis illecebris ad quoddam cenobium ordinis sancti augustini vlixbone ciuitatis de qua ipse oriundus erat vicinum se contulit. Ibiq; deuotus habitum religionis assumpsit: vbi biennio exacto: amicorum carnalium frequentia turbabat: ne vt cupiebat sedulo contemplationi vacaret: quare ad sancte crucis de colimbria cum superioris licentia aliud. scilicet eiusdem ordinis monasterium conuolauit. Sed plerique cum hec dicimus: vel antonio ad iuuenile quasi motum imputant: quod ad religionem se transtulit: vel detrahunt viris religiosis: quod inducere conantur laicos vt et ipsi fiant religiosi: aut religionem dant: quae viros quosque flagitiosos atque scelestos recipit. Pro quibus tria sunt de necessitate dubia declaranda.

Primum vtrum circa religionis ingressum sit habenda magna deliberatio.

Secundum vtrum peccet ille qui hortatur quoscunque ad religionis ingressum.

Tertium vtrum peccatoribus sit denegandus religionis ingressus.

Ad primum dubium respondet Theophrastus. secundum. fa. q. vi. q. diuina deliberatio et multa consilia requirunt in magnis dubijs. vt dicit Aristoteles. in. iij. ethicorum. In his autem quae sunt certa et determinata non requiritur consilium. Circa autem ingressum religionis tria praesentia praesiderari. Primum est ipse ingressus religionis secundum se. Et sic est certum quod est melius bonum: et quod de se dubitat quantum de se est: derogat christo quod hoc consilium dedit. Secundo potest praesiderari religionis ingressus per comparationem ad vires eius quod est ingressus. Et sic non est locus dubitationis: quod illi qui ingrediuntur religionem: non confidunt de virtute sua: sed diuina. secundum illud Isaiae. xl. ca. Qui sperant in domino

mutabunt fortitudinem. Si tamen esset aliqd speciale impedimentū: puta infirmitas corporalis: vel onera debitoꝝ: vel aliqd huiusmodi requirit deliberatio: p̄siliū habendum est cum his qui p̄desse possunt non impedire. Tertio p̄t considerari ingressus religionis quantum ad modū: et quā religionē quis ingredi debeat. Et in talibus haberi p̄t p̄siliū a viris timētibz deū. Sed p̄nc oēs que sua sunt querūt nō que iesu xp̄i suā religionem omnibz p̄ferentes: et plerūqz qd̄ grauius est alijs derogantes nō attendentes ad quam quis vocet̄ a domino. Voluit q̄ppe ipse deus cuius sapientie nō est finis: eccliam religionum multiplicitate decorare: que tñ oēs vni xp̄o famulant̄: vnūqz iugū suauē illius trahūt. Sicut et de equis discoloribus. Hiero. in ep̄la ad palmachiū scribit dicens. Discolorēs equi sed voluntate p̄cordes vnum aurige iugū trahunt. Non est itaqz detrahendū alicui religioni quam approbavit ecclia. Sed omnibz honor est exhibendus: in quibus diuersę constitutiones reperiuntur: vt sic satisfiat diuersis inclinationibz volentiū deo in religione seruire. ¶ Ad sc̄dm̄ dubiū dicit Tho. vbi. s̄. Et illi qui inducunt aliquos ad religionē: magno sunt premio digni. Mā scribitur Jacobi. v. c. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue liberabit animam eius a morte: et operit multitudinē peccatoꝝ. Ad hoc etiā facit qd̄ d̄r̄ di. xv. c. tria sunt. Id̄ esset tamē p̄tingere triplex inordinatio. Prima ē si violēter aliquis aliquē ad religionē cōpelleret: vt. n. scribit. xx. q. iij. c. p̄sens clericus. Nullū bonū nisi voluntarium. Et Hiero. ait de conse. di. v. Quicquid necessitate fit cito soluitur qd̄ volūtatē perscuerat. Aduertant ad hoc parentes hi qui filias inuitas monasterijs recludūt quāto periculo illas exponunt. Considerent et religionū prelati qui moniales sic factas inuitas recipiunt: quid r̄suri eterno iudici qui neminem vult saluare inuitū. Audiant aut̄ oēs Augustinum qui lib. i. p̄fessionū ait. Memo inuitus bene agit: etiam si bonū est qd̄ agit. Secūda inordinatio est. Si aliquis simoniace alium ad religionē trahat p̄t̄io dato vel recepto. qd̄ prohibetur. i. q. ij. c. quam pio. Nota p̄pterea q̄ lz p̄ ingressu religionis siue monachoꝝ siue monialium nō liceat aliquid accipere vel erigere quasi p̄ciū. Sp̄ote tñ oblata nō interueniēte aliqua corrupta intentione licet recipere. sicut p̄batur. i. q. ij. c. sicut ep̄iscopū. Tertia inordi-

natio est cum quis mendacijs allicit quēpiam vt religionem ingrediat̄: puta q̄ religionis asperitatē et tentationum beila vel negat vel tacer. Aut quia multos religiosos cum xp̄o loqui familiariter mentit̄ et similia: que et si quandoqz vera inueniant̄: tamen de plerisqz falso confundunt. Illicitū ē talibus fallacijs decipere iuuenes: vt sic mundū cōtēnant: q̄ vt refert Auḡ. xx. q. ij. c. primus. Ad salutē sempiternā nullus ducendus est opitulante mendacio. ¶ Ad tertiuū dubiū sanct̄ tho. vbi. s̄. r̄ndet q̄ ingressus religionis: nō solū p̄gruit et expedit exercitatis in obseruantia p̄ceptoꝝ: vt ad maiore p̄fectionē pueniant: sed etiā nō exercitatis et peccatoribus. Mā et d̄ns Mattheū publicanū qui nō erat exercitatus in p̄ceptoꝝ obseruantia vocauit ad obseruantiam consilioꝝ. Ad hoc facit q̄ habet. xxxij. q. ij. c. ad mouere. Vbi stephan̄ papa p̄silit cuidam vxoricide. q̄ ingrediat̄ monasterium dicens. Relinque hoc maximū peccati facinus: ingredere monasteriū. Ad antoniū itaqz redeundo dicimus q̄ ipse sp̄i sancto isti gante religionis statum elegit. Et quidez lz ex euentu rei: quia de bono in melius semp̄ profecit deprehendere possumus id̄ nihilomin̄ manifestat eius p̄ditio anteq̄ a mūdo discederet. Matus quippe ex venerabilibz hōestissimisqz parentibus: atqz ab eis in primo flore genitus iuuentutis: vocatusqz in sacro baptisate ferdinandus: traditus ab eis fuit educandus et l̄ris imbuendus in ecclia gloriose virginis marie: i qua b̄ti vincentij martiris corpus honorifice requiescit. Qua de re cum ipse sic a teneris annis bonis moribus fuisset instructus non nisi vera prudentia comitante in religione deo seruire disposuit. ¶ Secūda quo extollit̄ p̄fessio assumptę religionis a beato antonio d̄r̄ causalitas. Causa quippe finalis p̄ quam religionis effectus est: sp̄etis quibuslibet tēporalibus bonis fuit vite religiose perfectio: de qua p̄fectione tria declaranda se ingerunt.

Primū in quo p̄sistit p̄fectio religionis.

Secūda in tribus votis integrat̄ et perficit̄ status religionis.

Tertiuū cur inter tria vota p̄cipalius ē et essentialius ipsa obedientia.

Ad p̄mū r̄ndere possumus q̄ p̄fectū d̄r̄ cui nihil deest: vt vult Ari. iij. phisi. z. v. methaphisi. Et cōmētator̄ ibidē cōmēto. xxj. Et tho. p̄ma p. q. iij. Cōsistit ergo p̄fectio hois in adoptiōe charitatis. Juxta illud ad Colocēses. iij. c. Su-

p oia charitatē habete q̄ ē vinculū p̄fectionis. Amoz. n. h̄ virtutē trāssformatiuā z vnitiuā diligēt̄ i dilectū p̄ intellectū z affectū. Et in hoc p̄ficiū creatura q̄ vnias p̄ affectū cum creatore cui nihil boni deest. Est aut̄ triplex p̄fectio s̄m tho. 2a. 2e. q. clxxxiii. arti. ij. Prima absoluta q̄ nō solū attendit s̄m totalitatē ex pte diligētis: s̄ etiā ex pte diligibilis: vt. s. diligat̄ deus q̄tū ē diligibilis. z talis p̄fectio nō ē possibilis ali cui creature s̄z soli deo puenit. Secūda p̄fectio ē absoluta s̄m totalitatē absolutā ex pte diligētis p̄ur. s. affectio s̄m totū suū posse semp actualr ferat̄ in deū: z talis p̄fectio nō ē possibilis i via cū hō z dormiat z alijs i qbus occupet̄ mētis actu nō ferat̄ in deū. Et ista ē p̄fectio patrie. Et de hac d̄r de pe. di. ij. charitas: p̄fecta charitas in hac vita haberi nō p̄t. Tertia aut̄ ē p̄fectio q̄ neq̄ attendit s̄m totalitatē ex pte diligibilis neq̄ s̄m totalitatē ex pte diligentis: vt. s. semp actu ferat̄ in deū: s̄z quātū ad hoc q̄ excludat̄ ea que motū dilectōis in deū repugnāt: z hoc p̄t haberi in p̄nti vita. Et h̄ duplr. Vno mō in quātū ab effectu hoīs excludit̄ oē illud quod charitati p̄iatur: sicut ē peccatū mortale: vt. s. nihil cogitet vel velit deliberare qd̄ sit diuine dilectioni p̄iur: z sine tali p̄fectione charitas eē nō p̄t. Alio mō vt hō studiū suū deputet ad vacandū deo z rebus diuinis: p̄termittit̄ alijs: excludēdo oēm affectū extraneū nisi q̄tū necessitas vite p̄ntis requirit. Et ad istā ordinat̄ religio vt ad finē. Vñ status religiōis ē quedā disciplina z exercitiū pueniēdi ad p̄fectionem. **S**ecūm qd̄ erat declarandū quō in tribus votis integrat̄ z p̄ficiū stat̄ religiōis. Et ad hoc r̄ndemus s̄m tho. 2a. 2e. q. clxxxvi. arti. vij. q̄ status religiōis p̄t triplici p̄siderari. Vno mō s̄m qd̄ ē quoddā exercitiū tendēdi in p̄fectiōez charitat̄. Alio mō s̄m qd̄ quietat̄ humanū anīm ab exterioribus sollicitudinib̄. Tertio mō s̄z qd̄ ē quoddā holocaustū p̄ qd̄ aliq̄s se z sua offert deo. Et s̄m hoc in tribus votis integrat̄ status religiōis. Primo quidē quantum ad exercitiū p̄fectionis requirit̄ q̄ aliq̄s a se remoueat illa p̄ que posset impediri ne totaliter affectus eius tendat̄ in deū in quo p̄sistit̄ p̄fectio charitat̄. Hmōi aut̄ sunt tria. Primo ē cupiditas exterior̄ bonoz: que tollit̄ p̄ votū paupertatis. Secūm ē p̄cupiscētia sensibiliū delectatiōnū inter quas p̄cellūt delectatiōes venerec q̄ tollit̄ per votū continentie. Tertiu ē inordinatio voluntatis humane que excludit̄ p̄ votum obedientie. Similiter sollicitudin̄ secular̄ inge-

tudo p̄cipue ingerit̄ homini circa tria. Primo circa dispensationē exterior̄ rez que amputatur p̄ votū paupertatis. Secūdo circa gubernationē vxoris z filioz que tollit̄ p̄ castitatē. Tertio p̄ dispositionē p̄prioz actuū que tollit̄ p̄ obedientiā. Similiter holocaustū d̄r cū aliq̄s totū qd̄ h̄z deo offert. Habet aut̄ hō triplex bonū. Primo ē rez exterior̄: quas totalr offert deo per paupertatē. Secūdo bonū p̄prioz corporis qd̄ offert deo p̄cipue p̄ votū castitat̄: q̄ abrenūciat maximis delectatiōib̄ carnis. Tertiu est bonū aic: qd̄ totalr offert deo p̄ votū obedientie: p̄ qd̄ hō offert deo p̄p̄ā volūtate p̄ quā hō vtit̄ oib̄ potētij̄ z habitib̄ aic. Dēs aut̄ alie obfuitie religiōnū ordinat̄ ad p̄dicta tria vota. nā labor manū z mendicitas ad paupertatē vigilie ieiuniū z disciplina ad castitatē. Alia exercitia vt lectio: oratio: visitatio infirmoz z hmōi ad obedientiā. Determinatio autē habitus pertinet ad oia tria p̄dicta tanq̄ signū obligationis. Interiores aut̄ actus virtutis: vt humilitas patientia z hmōi: nō cadūt sub voto religiōis: qz omnīū virtutū mater ē charitas ad quā ordinat̄ status religiōis vt ad finem. Ad tertiu qd̄ erat declarandū: r̄ndet̄ tho. 2a. 2e. q. clxxxv. arti. viij. q̄ inter tria vota p̄ncipali z essentialius religiōi ē obedientia. Et hoc triplici ratione. Primo qz qd̄ per eā maius deo offert̄ q̄ p̄ alia. s. p̄pria voluntas. Secūdo qz votū obedientie p̄tinet sub se alia vota: s̄z nō conuerso. Tertio qz votū obedientie p̄p̄ie se extendit ad actus p̄prios p̄p̄inquos fini religiōis quātō aut̄ aliquid ē p̄p̄inquius fini tāto melius. Notādū t̄m h̄ loco q̄ multa sunt in qbus religiosi nō tenent̄ obedire p̄lato. Primo si p̄latus p̄ciperet̄ d̄i mandata: ut crimē occultū reuelari sibi: nō seruato ordine fraterne correctionis: vel p̄ter mandata: vt mendaciū officiosū. Nō enim d̄z huiusmodi p̄ceptis parere: vt p̄z. xj. q. iij. c. si d̄ns. Secūdo si p̄tra ordinatiōes ecclie: vt nō ieiunet̄ die statuta ab ecclia z filia sicut p̄bat. xj. q. iij. c. si quis ep̄us. Tertio si contra ordinatiōes sue regule vel p̄stitutionum. Quarto si p̄cipit̄ ea ad que nō se extendit̄ p̄latu re auctoritas: vt si p̄ciperet̄ peccatā p̄fessa iterū cōfiteri sine cā: z filia. Quinto si p̄ciperet̄ qd̄ habet sp̄m mali vt q̄ nudaret̄ se corā hoīb̄ qz obedientia intelligit̄ in licitis z honestis: vt p̄bat. xj. q. iij. nō est. Sexto si p̄ciperet̄ vt subditus r̄spiceret̄ aues volantes p̄ acra: s̄z aliqui dicant q̄ etiā in his laudabilius sit obedire: sicut diximus in sermone de sancto Mattheo

**Tertiu quo extollitur p̄fessio assumpte reli-
gionis a b̄to antonio dicitur charitas. Tanto
nāq̄ feruore charitatis succēsus fuit q̄ nō ob
aliā causā: nisi vt martyriū pateret̄ pro xp̄o a
religione sancti augustini trāferit ad religio-
nē francisci. Et lz vt iquit tho. fa. se. q. clxxxix.
Nō liceat transire de vna religione ad aliā: tū
quia scādaliçant̄ illi qui relinquunt̄: tum q̄ fa-
cilius p̄ficit aliquis in religione in qua viue-
re p̄suevit q̄ in alia: tū quando hoc fit vel p̄pi
magnā vtilitatē: siue p̄p necessitatē laudabile
est. Hodie No q̄si oēs ordines obtinuerūt ne
possit quis p̄fessus p̄ libito ordine suo dimis-
so ad aliū cōmeare. Olim etiā fiebat trāsitus
ab ordinibus mendicantiū ad ordines mona-
chales quoscunq̄ sine dispēsatiōe pape. Et re-
putabat̄ licitus in foro iudiciali ecclie tāq̄ trā-
situs ad perfectiorē statū. s. p̄replatiōis: cū tū i
rei veritate nō hoc intēderet̄ transeūtes: s; vt
maiori libertate ad malū vterent̄: sicut appare-
bat in cōuersatione eorū. Sed p̄ constitutionē
martini quinti in p̄cilio cōstātiensi decretū est
vt de ordine mendicantiū nullus possit transi-
re ad aliquē ordinē monachalē: nisi cartusien-
si: etiā cū licentia sui ordinis nisi sup̄ hoc ha-
beret dispensationē a papa. et q̄ i bulla dispen-
sationis fieret mētio de p̄stitutōe martini: als
esset iste apostata: nec posset manere in illo
ordine ad quem transit. Sanctus ergo antoni-
us audiens famā quorundā frat̄z minor̄z qui
in marrochio p̄ xp̄o martyrium passi fuerant
p̄cepit animo frat̄rū minor̄z societati se copula-
re vt cū eis liberius ad martyrium p̄geret: etiā
p̄relati sui licentia et si cū difficultate obtēta ve-
nētibus ad suū monasteriū frat̄ribus minori-
bus habitum sancti francisci deuotus recepit:
morq̄ cū ipsis inde recessit. Quidā No ex ca-
nonicis sup̄ hoc grauiter dolēs: abeunti anto-
nio in amaritudine cordis dixit. Vade vade qz
forsitan sanctus eris. Cui humiliter sic respon-
dit. Cū me s̄ctū audieris: deū vtiq̄ collaudabis**

**De predicatione beati antonii q̄ scientiam
habuit nō solū acquisitam: sed infusā: quare cū
humilitate p̄dicās: meruit q̄ plurimis signis et
miraculis coruscare. Capitulū. ij.**

**Ecūda excellētia sancti antonii d̄r pre-
dicationis. Nā feruētissime xp̄i euāge-
liū p̄dicauit. Fuit autem sua predicatione tripli-
ci p̄ditione decorata.**

**Prima p̄ditio fuit clara intelligentia.
Secunda humilis obediētia:**

Tertia gratiosa assistentia:

**Prima p̄ditio que decorā fecit b̄ti antonii
p̄dicationē: fuit clara itelligētia. s. scripturarū
scāz: quā et legēdo et orādo atq̄ cōtēplādo cō-
parauit: nā vt scribit̄ in ci^o legēda. Postq̄ ad
monasteriū scē crucis de colibria puenit p̄pella-
bat eū iā spūs q̄daz futuroz p̄sagio ad diuī-
naz studia l̄raz in qbus iugit meditādo nō so-
lū qualr i agro alieno vitia extirpādo: vtutes
insereret: semetipsū sollicitē p̄mitus excolēdo
cognouit: vtz etiā qualr fidei normam astrue-
ret: ac p̄futaret errores: firmissimis patrū sen-
tētijs se munivit. Sicq̄ factū ē vt illo ispirāte
q̄ iteruallo t̄pis i docēdo nō indiget: nō multo
p̄ vir dei sapie plenus eēt. hec i legēda. Et vt i
cronicis ordinis notat̄. cū t̄pe generalis p̄ciliij
rome corā papa et cardinalib⁹ vniuersoq̄ popu-
lo p̄dicasset suaq̄ natiua lingua satisfecisset na-
tionib⁹ varijs: q̄ referebat̄ disticte illi⁹ vba i-
tellerisse: cū oēs fuisset i admiratiōe suspēs: pa-
pa ipsū archā testamenti vocauit. In ipsis ad-
huc cronicis scribit̄ q̄ b̄tūs antoni⁹ de b̄nplaci-
to prius fr̄ncisci fuit p̄mus studēs in theologia
cū fratre adā de marisco anglico i ordine p̄ ge-
nerale capitulū ordinatus. Et accesserūt ad ab-
batē sc̄i andree de Xcellis: q̄ clarissim⁹ theolo-
gus libros b̄ti dionisiij nouit ex greco trāstule-
rat in latinū atq̄ pulcherrime cōmentauerat.
Abbas No eos benigne recepit: et cū insperis-
set animi puritatē: et itelligētie l̄pitudinem in
beato antonio in suo cōmēto sup̄ dionysiū de
mystica theologia. c. iij. de beato antonio sic d̄i-
xerit. Frequenter amor penetrat vbi cognitio
phisica foris stat. Legimus. n. quosdā scōs ep̄i-
scopos minus ibutos fuisse phisic⁹: q̄ et mysticā
theologiā captu mētis hauriētes: celos pene-
trabant: oēm phisicā cognitionez subtilissime
transcēdētes: vsq̄ ad beatissimā trinitatē: qd̄
et ego in scō fratre antonio de ordine frat̄z mi-
noz peculiari familiaritate exptus sū: q̄ cū eēt
minus ibutus l̄ris secularib⁹: animi puritate et
mentis ardore succēsus mysticā theologiā ca-
ptu mētis et feruēter desiderauit: et abūdanter
hausit: vt possiz dicere de eo qd̄ scribit̄ de ioan-
ne baptista. Ipse erat lucerna ardens et lucens
quia enim amore ardebat interius lucebat ex-
terius. hec ille. Ipse insuper antonius glorio-
sus de licētia sc̄i fr̄ncisci theologiā frat̄rib⁹ cū
rogantibus legit. Cui tale in scriptis sanctus
franciscus dedit respōsū. Charissimo meo fra-
tri antonio: Frater fr̄nciscus salutē i xp̄o**

291
cet mihi q̄ scām theologiā legas fr̄ib⁹ dūmō
pp̄ hmōi studiū scē orōnis ⁊ deuotiōis spiritū
nō extinguat: sicut i regula ptinet. **Valc.** Pro
pter theologie sacre cognitionē atq; speculati
nē rex diuinax̄ introducit: q̄si de se loquēs btūs
antonij in epla hodierna q̄ scribit̄ sapie. vij. c.
Optauit ⁊ datus ē mihi sensus. Inuocaui ⁊ ve
nit i me spūs sapie: ⁊ p̄posui illā i r̄gnis ⁊ sedib⁹
⁊ diuitias nihil eē dixi i cōpatōe illi: nec cōpa
ui illi lapidē p̄ciosū: qm̄ oē aux̄ i cōpatōe illius
arēa ē exigua ⁊ tāq; lutū est iabit argētū i p̄spe
ctu illi. **S**cda p̄ditō q̄ decorē fec̄ p̄dicationē
beati antonij dī humilis obediētia. Mā ad p̄
dicandū nō se presumptuose vel arroganter i
gessit: sed p̄latoꝝ suoꝝ p̄cepto monitus ⁊
astrictus. Et vt scribit̄ in. c. nisi cum p̄uidez. de
renunciacionibus. Tūc in te veraz̄ humilitatē
custodies: cū p̄ eā locuz̄ sublimē aufugies: ⁊ p̄
obedientiam nō dimittes. Lū enī tentasset ad
partes sarracenoꝝ nauigare cū licentia p̄la
torum aduersa grauiq; valitudine impeditus
ad partes fidelium tandē redire cōpulsus fuit. ⁊
dum nauigantes hispaniā tentasset petere vē
tis flantibus nō secundis ad siciliē insulā ap
plicuerunt. Instabat aut̄ eo tpe generale capi
tulū fratrum minoꝝ assisij p̄ime celebrandū
Ad quod antonius debilis ⁊ ifirmus puenit.
Soluto No ex more capitulo frater gratianus
tunc romadiole minister sanctū antoniū secuz̄
duxit. Adisitq; illum ad quendā locū cōtēpla
tioni dispositū fm̄ q̄ ipse suppliciter exposu
lauerat: vbi totū se orōnibus ⁊ alijs spiritali
bus exercitijs dedicauit: sicut diffusius ponit̄
in legenda: sicq; aliquādiu dono sapiētie plen⁹
simplicem inter simplices vitā duxit. Lū vero
fratres p̄ suscipiēdis ordinibus missi ad ciuita
tē forliuij p̄fluxerūt inter quos affuit ⁊ beatus
antonius. Ep̄s loci perquisiuit religiosos ordi
nū qui ibi p̄uenerant: an aliquis verbū dñi p̄
dicare esset dispositus. Et cū oēs id recusarent
ad antoniū se vertit: importuneq; satis eū vt
id perficeret exorauit. Lū No ipse sepius re
cusasset: tandē deo sic disponēte ep̄i voluntatē
adimplenit. **E**cepitq; primo cū timore dñi sim
pliciter fari: in p̄gressu autē sermonis dei clo
quia: ita p̄funde: ita subtiliter: ita etiā efficacit̄
eructauit: vt oēs in vehemētē stuporē cōuerte
rit. Fratribus aut̄ ipsis minoribus res videbat̄
hec noua: qm̄ i3 sanctus antonius tantam de
super gratiā accepisset: vt memoria p̄ codici
bus vteret̄: nullū tñ in eo scientie aliud perpen

debat̄ iudiciū: nisi q̄ pauca perraro lraliter lo
quebatur. Lū No virtus tanti patris generali
ministro nota fuit: mox in publicum p̄dire cō
pellēs antoniū: officium sibi p̄dicationis in
iunxit. **T**ertia p̄ditio que decorauit antonij
p̄dicationem dī gloriosa assistentia. Assitit
illi quippe predicanti verissime gratia dei: qd̄
vtiq; multa de illo miracula verissime scripta
testant̄. Et quibus aliq; enarremus. **P**rimus
de piscibus ad p̄dicationē suam nō nisi mira
culose p̄fluentibus. Dū. n. ipse ariminū p̄di
caret: vbi hereticoꝝ magna copia morabatur
p̄tra coꝝ errores disputās cupiebat eos ad lu
men r̄ducere veritatis. **I**psi No nec eius vba
audire dignabantur. Quare scūs antoni⁹ deo
inspirante accessit quada; die ad os flumis iu
xta mare: ⁊ stans in rippa que mari appropin
quabat ⁊ flumini iccepit pisces aduocare dicēs
Audite verbū dñi pisces maris ⁊ fluminis: ex
quo illud audire contēnunt heretici infideles
Et ecce conuenit statim ibi tanta piscium mul
tudo q̄ nunq; tanta simul in illis partib⁹ fu
it visa: ⁊ oēs tenebant capita aliquantuluz̄ ex
tra aquam. Quibus sanctus antonius solēni
predicare cepit dicens. Fratres mei pisces mlt̄
tum tenemini p̄ vestro modulo referre grati
as creatori qui in vestruz̄ habitaculū dedit vo
bis tam nobile elementū: ita vt aquas dulces
⁊ salias p̄nt expedit habeatis refugia. **I**nsup
multiplicia contulit: vt enitent̄ icommoda tē
pestat̄. Exhibuit insup vobis clemētū dyafa
nū ⁊ lipidū: vt vias p̄ quas iccedat̄ ⁊ escas ple
nius videat̄ vt viuē possit̄. **I**dē creator escas
vobis necessarias administrat: vos i creatione
mundi p̄ benedictione a deo multiplicationis
p̄ceptū habuistis: vos i diluuiō ceter̄ aialib⁹
extra archā pereūtibus absq; lesione reseruati
fuisistis. **V**obis data fuit ex ip̄erio Jonā p̄p̄he
tam dñi reseruare ⁊ illū post tridū in terrā re
ponere. **V**os ⁊ censū dñō iesu xp̄o: cū tāq; pau
per nō haberet vñ staterem solueret obtulistis
vos ante resurrectionē: ⁊ post fuisistis cib⁹ eter
ni regis dñi iesu xp̄i. **P**rop̄ que oia laudate ⁊
benedicite deū: a quo tot beneficia singularia
p̄ ceteris aialibus recepistis. **A**d hec verba ⁊
similia exultabāt pisces aperiebāt ora ⁊ signis
quibus poterant altissimū collaudabāt. **T**unc
antonius clamans dicebat. **B**enedictus deus
eternus q̄ magis honorāt pisces deū q̄ homi
nes heretici. **A**d qd̄ miraculū p̄currit populus
ciuitatis: quod videntes heretici cōpuncti cor

de ad pedes sancti antonij vt pdicationē illis faceret pcederunt. Tunc sanctus antonius de fide illis efficaciter adeo pdicauit q̄ oēs puerit hereticos: et fideles in fide roboratos cum gaudio et benedictione remisit. P̄disces etiaz licentiati a sancto antonio quasi gaudētes et capitibus sancto applaudētes: ad maris partes varias abierunt. Aliud miraculū fuit de pluuia que nō tetigit auditores eius. Euz. n. semel in ciuitate lenisarcensi populo pdicaret in quodā latissimo cāpo: turbatus est aer tonitrua sonare ceperūt et pluuia spargi: timens vō populus abire disponebat. At sanctus silentio imperato orauit ad dñm. Statim in loco cessauit pluuia: cū tñ in circuitu vndiqz fluuia efflueret abundanter. Finito itaqz sermone omnes gratias dederunt omnipotenti deo. In ciuitate adhuc paduana: quidam noie petrus filiam suaz que paduana dicebatur ad sanctum adduxit: erat illa annorum quattuor: pedum gressu prinata: ac more serpentum reptans: et morbo caduco laborans: hanc dū ad preces patris antonius in sancte trinitatis noie p̄signasset: mor omnis aduersa valitudo dimisit. Sanaz facta est et a morbo caduco et ab ambulandi impedimento. In eadem ciuitate paduana: quidam noie leonardus cōfessus est beato antonio: q̄ pede percusserat matrem suā: ita q̄ ex vehemēti impulsu in terram ceciderat: q̄ vir dei horrens ipsum dure redarguit. Et inter cetera ei dixit. P̄des qui pcutit patrē aut matrē debet p̄tinus amputari. Hoc autem vir simplex non recte intelligens et p̄pter culpa et sancti exasperationē tristis effectus domū concite rediit: pedemqz p̄prium illico mutilauit: quod vbi mater asperit ad sanctū antonium festina prexit. Conquestaqz de ipso q̄ filiū suū ita iustruxerat: et confidens tñ in sanctitate illius p̄cabatur vt p̄ ipso dñm exoraret. Sanctus autem ipsam cosolando se legitime excusauit: et mox ad ipsum perueniēs oratione p̄missa pedem coniūgens tibiē: facto pariter signo crucis sacris manibus aliquādiu desuper liniens statim pes ita insertus et solidatus est tibiē q̄ ibidē surrexit homo alacer et icolumis exultās et laudans omnipotentem deum.

¶ Deus glorificauit sanctum antonū p̄ reuelationem mortis eius et canonicationē atqz frequentem exauditionem illoz qui inuocant patrociniū eius. Capitulū. iij.
Tertia beati antonij excellētia dicit glo-

rificationis. P̄ter quippe gloriam illā beatam quam adeptus est in regno celoꝝ glorificauit deus sanctum suum in ecclesia militante triplici gloria.

- ¶ Prima reuelationis.
- ¶ Secunda canonicationis.
- ¶ Tertia exauditionis.

¶ Prima gloria dī reuelationis. Voluit deus felicē illius transitum mirabiliter reuelare. nā vt scribit in cronicis ordinis. Eodē die q̄ beatus antoni⁹ padue ex hac vita migravit. Abbas Vcellensis erat in camera sua diuinis meditationibus intentus. Tunc ad eum solus ingrediens antonius post numiā salutationē beniuolā vir sanctus adiens. Ecce domie abbas q̄ relicto asello meo padue vado ad patriā festinanter. Et confestim cum abbatē in gutture vbi tunc graniter patiebat familiaris tetigisset: et continuo ab egritudine liberasset: exiens foras non est amplius visus. Ille vō abbas p̄siderans q̄ forte ad nativā patriam. s. h. i. spaniaz pergeret: eius decessum totaliter ignorans surrexit vt ipsum aliquantulū retineret: et exiens extra cellam cum non inueniret anxie a monachis requirebat: vbi esset frater antonius. Quibus ridentibus ipz non venisse et vbi esset se penitus ignorare. Ille firmiter asseruit se modo illū vidisse: a quo etiam et curatum se atqz sanatū assererat. Et cū nullibi reperiretur prefatus abbas ad cor rediens certissime intellexit beatum patrē per mortis excessum ad patriā celestis p̄uinū perrexisse. Et notās tēpus diligenter postmodū liquido reperit eadē hora qua sibi apparuit ipsum ex hac vita migrasse. ¶ Secunda gloria qua deus hunc sanctum sublimauit dī canonicationis. Gregorius. n. nonus obseruatis omnibus in sanctoꝝ canonicatione debitis: ipsum sanctū cathalago sanctorum ascripsit: a die sui obitus mense. xi. Eodē die vniuersus vlixbonensis populus vnde iste sanctus fuerat oriundus solēnitate maria letabat: et causā exultationis huiusmōi oēs penitus ignorabāt. Nā de ipsius canonicatione nihil sciebant: et vt aiunt campane ciuitatis p̄ se sonabant. Cōpertūqz est postea q̄ eodē die fuerat beatissimus antonius solēniter canonicatus. Anno vero dñice incarnationis. Ad. cc. lxiij. Constructa p̄grandi ecclesia in eius honore. Corpus ibi trāslatū est: et cū diu sub terra iacuisset inuenta est lingua eius adeo recēs rubicūda et pulchra: q̄si eadē hora p̄ sanctissim⁹

discessisset: cū tñ elapsi fuissent a die mortis an
ni. xliij. et amplius. Ipsam autē linguā Domi
nus bona ventura tunc ordinis generalis mi
nister q postmodū fuit cardinalis ep̄s albanē
sis: cū p̄ns eēt illius trāslatiōis gaudijs in ma
nibus reuerēter accipiēs cū lachrymis cepit
deuotissime huiuscemōi v̄bis affari. **O** lingua
benedicta q̄ semp̄ dñm b̄ndixisti et alios b̄ndi
cere fecisti: nūc manifeste apparet quāti existi
meriti apud deū. Et infigens ei dulcia oscula:
iussit eā seorsuz honorifice collocari. **T**ertia
gloria b̄ti antonij d̄i exauditionis. Ipse q̄ppe
auxiliū eius poscētibus cūq; iuocātibus libe
raliter p̄descēdit: p̄cesq; ac vota suoz deuoto
rū exaudit. Quasi v̄o sci et beati oratiōes no
stras agnoscat: oñdit richar. i. iij. di. xl. dicens
Quod ipsi cognoscūt oēs supplicationes n̄ras q̄s
eis porrigim⁹ i v̄bo dei qd̄ clare vidēt. Quis
eniz nō videat oīa que videt v̄bū tñ p̄babile
est q̄ i illo videant oīa q̄ facimus et dicimus et
q̄ i corde gestam⁹ ad reuerētiā coꝝ. Et q̄s enar
rare valeret: quot a diuersis periculis b̄ti anto
nij fuerint meritis liberati. Quot ad eū fūden
tes p̄as p̄ces exauditi. Obmissis tñ alijs aliq; p̄
deuotione n̄ra inflāda hoc loco subnectemus.
Regina legionis multū i b̄to antonio p̄fidēs
tenuit filiā. xj. annoꝝ p̄tra volūtate regis et ba
ronū tribus diebus defunctā: orans et dicens.
Beate antoni ego fui de patria tua: redde mi
hi filiā meā. Que surrexit matrisq; dixit. **Par**
cat tibi deus mater. **E**ū. n. essem inter virgines
in gl̄ia: b̄tus antonius p̄cibus vestris astrict⁹
a dño impetravit: vt ad vitā redire. Sed vnū
sciatis q̄ nō ero vobiscū nisi diebus. xv. quod
ita implet⁹ est sicut dixit. In ciuitate v̄lirbone
filius sororis b̄ti antonij forte quinquēnis et pue
rulus: cū alijs pueris in mari ludēs: euerfa na
uicula solus alijs natātibus ē submersus. **A**da
ter v̄o post spatiū triū horaz̄ accurrēs filius
mortuū a piscatoribus accepit. Quē euz vellet
sepelire pater. **C**ōuersa mater ad beatū anto
niū dixit cū lachrymis. **F**rater mi si pius extra
neis es: noli mihi sorori tue eē crudelis et dur⁹.
Esto mihi p̄pitius et mihi filiū redde: quē tuo
ordini sancto si reuixerit dedicabo. **A**doꝝ puer
surrexit icolumis: et tandē adultus intrauit or
dinez: et vsq; in finē sue vite sancte ac laudabi
liter pseueravit. **F**rater Bernardinus de par
ma ex quadā graui egritudine duobus mētib⁹
mutus existēs ad tantā debilitatē peruenerat:
q̄ nec candelā poterat extinguere suo flatu ti

mens de suffocationis periculo: cū iam ei diffi
derent medici subuenire: fecit se ad sanctuz an
tonium paduam adduci: et ante archam sci p̄
stratus: orās q; feruentissime cū multis fratri
bus et populi frequentia statim ibidē et loque
lam recupauit et p̄fectā sanitatē recepit. **A**lq;
cum fratribus salue regina: leta et soronosa vo
ce cantauit. **T**empore bonifacii pape octauī re
parata est tribuna basilice saluatoris in latera
no: cui depingēde opere mosaico deputati sūt
duo fratres minores in illa arte valde periti.
Designatis autem imaginibus quas idem pa
pa ibi depingi mandauerat: videntes illi fres
q; adhuc loca superant: in qbus alie imagines
possent poni. p̄prio motu vel forte diuino in
stinctu beatorum fr̄cis et antonij imagines
que etiam hodie ibi cernunt: hinc inde depin
xerunt. **Q**uo ad eiusdem domini pape delato
noticiam mandauit quibusdā clericis hec sibi
ex liuore nunciantibus ita dicens. **D**e imagine
sancti francisci postq; ibi est equanimiter tole
ramus: sancti antonij vero imaginem delete:
et loco eius imaginem beati Gregorij facia
tis. **Q**ui accedentes vnus post alium ascendē
tes confessi sunt ab vna persona terribili ab al
to in terram dcici. et quasi in furiam versi fue
runt a cepto proposito impediti. **E**t sicut dictū
fratres pictores referebant: quidam illorū sta
tim infra breue tempus spiritū exhalauerunt. **A**u
diens hoc memoratus papa referentibus de
mandauit. **D**imittatis inquit stare sanctū illū
sicut vult: quia potius possemus cū eo perdere
q̄ lucrari. **I**n begra castro r̄gni portugalie vir
quidam petrus noīe potens et diues: et ordini
fratrum minorū tanta dilectione astrictus: q̄
cis ibi p̄tulit locū pro edificatione cōuentus et
pro edificijs plura dedit. **E**ū autē infirmaretur
ad mortem: quattuor fratres minores et alij de
sua familia vigilantes in camera eius exitū ex
pectabant. **T**enebat ex deuotione predictus pe
trus habitum frat̄ cum quo elegerat sepeliri.
Et ecce duo fratres minores vnus ad eius de
xteram alius ad sinistram sibi apparuerunt.
Qui vnus eorum dixit. **P**etre cognoscis nos?
Et ille cognosco vos esse fratres minores: sed
non habeo noticiam personarum. **E**t ille: ego
sum sanctus franciscus et iste est sanctus anto
nius: et propter deuotionem quam semper ad
nos habuisti: missi sumus ad te consolandum:
et de ista infirmitate curandū. **E**t tunc ille ro
gauit sanctū franciscum vt habitū quem sup

se habebat benedicere dignaretur. Quo facto
ambo disparuerunt. Et ille tanta celeritate cō
ualuit: q̄ oēs p̄ntes in stuporem p̄uertit. Et ex
tunc duodecim annis superuixit: reseruans si
bi illum habitū benedictū in scrinio cum quo
fuit tandem mortuus et sepultus. Quis filia cu
iusdam militis iohannis petri de guarino de li
cio ciuitate mea natua superiorib⁹ annis age
ret in extremis et iam p̄ ipsa crequiaz pompa
disponeret: pararenturq; funerals indumen
ta: et luminaria: ceteraq; fm̄ patric morē: cuius
so voto per patrē eius p̄fatū ad sanctū anto
niū illico ad se redijt: confortataq; loqui cepit
et die sequenti de lectulo sana surrexit. In p̄
fata ciuitate licij euenit qd̄ narro. Erā ego ho
ra missarum in camera mea: et venit ad me qui
dam de terra tricafij mestus et dolens: qm̄ die
precedenti sacculū quendam cū centū ducatis
perdiderat: rogabatq; vt in n̄ra p̄dicatiōe iuē
tores monerē quatenus restituerēt sibi: qd̄ bo
na p̄sciētia retinere nō poterant. At ego illum
cōmonui vt ad ecclesiaz p̄geret: et sancto anto
nio se cōmendaret. Qui meis p̄silijs acq̄escens
ad sacristiam se p̄tulit: et fratrē vnū sacerdotē
requisiuit: vt missam in honorē sancti antonii
p̄ eo celebraret. Dū autē sic missa celebraretur:
astabat ille et mente deuota sancto antonio se
cōmendabat: vix sacerdos eleuauit s̄ctissimuz
sacramētum: et ecce venere ad me duo iuuenes
sacculū cum integra pecunia deferentes: orātes
vt populo significarem in publico nostro ser
mone qualr̄ ipsi pecunias illas inuenerant: q̄s
restituere erant parati: dixi eis q̄ nō erat lōge
eundū cū patronus in ecclia ad hoc moraret.
Adi itaq; locum p̄ illo et missa finita ad me
venit ac pecunias amissas meritis beati anto
nij recuperauit. Pauca sunt imo quasi nulla q̄
dixim⁹: cū q̄ttidie mortales innumera a deo susci
piāt b̄to antonio iteruente b̄nficia. Liberā
tur eius interuētū a naufragio sepissime nauī
gantes a periculis grauissimis: mulieres par
turientes: ab infirmitatibus varijs illas patie
tes: ab opprobrio sterilitatis vxores qn̄q; p̄pre
rea viris exose: a periculis fluminū: latronū: ali
orumq; discriminiū peregrinantes. Id̄opi⁹
oia et filia in toto orbe sanctus hic a cunctis fi
delibus fidelissimus aduocatus exposcit. Quē
nos deprecemur vt et p̄ nobis perpetuus in
tercessor apud deū immortalē assistat: ipetretq;
gratiā et tandē vitā eternā. Amen.

¶ Sermo septuagesimus de sancta catherina

de senis tertij ordinis sancti dominici.

Alte filie cōgre

gaucrunt diuitias: tu supgressa es
vniuersas. Scribunt hec verba p̄
verbioꝝ vlti. c. Inuente sunt vsq; in p̄ntē diē
q̄ plures mulieres sanctissime que ī habitu s̄c̄i
cti dominici seruientes iesu xp̄o resplenduerūt
miro fulgore virtutuz et sanctitatis. Quibus tñ
plata est br̄a catherina senēsis nostro tpe catha
lago sanctoꝝ p̄ Id̄iū pontificem sūmūz annu
merata. Sed vt sua opera atq; virtutes plenū
us innotescant: in p̄nti sermone de p̄stantissi
ma tante virginis excellentia verba faciemus
Cui nō icōgrue imo accōmodatissime referre
possum⁹ vba p̄posita ī thēmate n̄ro in q̄ cō
mēdat q̄ diuitias virtutū copiosissime sup̄ ce
teras p̄gregauit: Ingt. n. Bernar. in fm̄oe de
sp̄iali regno. Vere diuitie nō opes sūt s; vtu
tes q̄s secū p̄sciētia portat: vt in p̄petuū diues
fiat. Minōi honusta diuitijs catherina ingre
sa ē regnū celoꝝ. De cuius excellētia tria my
steria p̄ponimus contemplanda.

Primū de possibilitatis.

Secundum singularitatis.

Tertiū sublimitatis.

In primo videbimus an fuerit possibile beatā
catherinam in muliebri statu tam amplissimis
prerogatiuis fuisse dotatam.

In secundo quibus virtutibus fuit singulari
ter adornata.

In tertio vero q̄ fuerit a deo supnaturalibus
gratijs sublimata.

¶ Nō debet aliquis existimare impossibilia
fore illa: que de beata catherina dicuntur: cum
deus multipliciter magnificare voluerit etiaz
femineum sexum. Capitulum. j.

¶ Primū mysteriū contēplandū de excel
lentia et sanctitate beate catherine dici
tur possibilitatis. Insultāt quippe nobis de ea
loquētibus pleriq; vel passione humana deuī
cti: vel sua p̄sumptione inflati: aut qd̄ deterius
est: fide religione ac deuotione penitus teiuni
et nudī: asserentes nō expedire de vna muliere
tanta cructare magnalia: nec possibilr̄ credūt:
aut verisimile fore: vt hec sponsa xp̄i fecerit tā
ta egregia facinora quāta vel scripta sūt de ea
vel dicunt. Quibus nos obuiare volētes ostē
demus q̄ deus omnipotēs muliebri sexum: qz
sibi sic placuit: magnificet ī multis et precipue
in septem.

Primo in nobili pductione.
 Secundo in excellenti psignatione.
 Tertio in pphetica illustratione.
 Quarto in materna electione.
 Quinto in iocunda apparitione.
 Sexto in mirabili fortificatione.
 Septimo in gloriosa resurrectione.

Primo deus magnificauit muliebrem sexum in nobili pductione. Nam deus benedictus ut inquit tho. pma p. q. lxxxij. Qui solus est nature institutor: potuit vix vel de limo terre: vel mulierem de costa viri formare. vnde Aug. li. ix. sup genef. ait. Formare vel edificare costas ut mulier esset non potuit: nisi deus a quo vniuersa natura subsistit. Quia autem ministerium angeli exhibuerunt deo in formatione mulieris nescimus. Certum tamen est quod sicut corpus viri de limo non fuit formatum per angelum: ita nec corpus mulieris de costa viri. Formauit vero deus ipsam mulierem in adiutorium viri: ut scribit genef. ca. ij. In adiutorium. s. generationis. Et sicut per humi etiam domesticam vitam: quare et ipsa ad vniuersam perfectionem concurret. Et ut ait Richar. in suo. iij. di. xliij. Quamuis mulier generet propter intentionem nature particularis: est tamen de intentione nature vniuersalis: que vtriusque sexum requirit ad perfectam humanam speciem generationem: ut autem de pducte prime mulieris nobilitatem manifestaret: dum illam de costa ab adam detracta formare vellent: immisit soporem in illum. Ut autem asserit Aug. ix. sup gen. ad litteram. Sopor ille fuit raptus vel extas: quia tunc forte vidit per essentiam domini et iterum fuit curie angelorum. Costa etiam illa sicut tho. detracta fuit absque lesione et dolore. Et ut refert landulphus in suo fo. di. xvij. fuit costa sic detracta angelico ministerio: sed illorum non fuerit ministerio formata.

Secundo deus magnificauit muliebrem sexum in excellenti consignatione. Voluit quidem sua imagine illam consignare. vnde gen. i. c. Quia dixisset scriptura. Creauit deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem dei creauit illum. Deinde subiunxit masculum et feminam creauit eos: ut sic intelligatur etiam mulier ad imaginem dei creata. Ad quod clarius inuestigandum dicit Bonauentura in. ij. di. xvj. et tho. p. p. q. lxxxij. Quia cum homo sicut in intellectuali natura ad imaginem dei esse dicatur: sicut hoc maxime est ad imaginem dei quod intellectualis natura deum maxime imitari potest. Imitatur autem intellectualis natura maxime deum: quantum ad hoc quod deus seipsum intelligit et amat. Et sic tam in viro quam in muliere inuenitur dei

imago: quantum ad illud in quo principaliter ratio imaginis consistit. s. quantum ad intellectuale naturam. Sed quantum ad aliquid secundarium imago dei inuenitur in viro: sicut quod non inuenitur in muliere. Nam vir est principium mulieris et finis: sicut deus est principium et finis totius creature. Vnde apostolus ad corinthios. Vir est imago dei: mulier autem est imago viri. Et hoc modo intelligenda sunt verba que ponunt. xxxij. q. v. c. hec imago. et c. mulier ubi dicitur. Mulier non est ad imaginem dei. s. quantum ad hoc secundarium non quantum ad principale. Similiter dicit richardus de angelo et de homine in suo secundo. di. xv. q. i. quantum ad id in quo essentialiter consistit ratio imaginis: expressius est imago dei in angelo quam in homine. Idem dicit tho. ubi. s. Vnde gregorius xxxvij. moralium exponens illud Ezechielis. Tu signaculum similitudinis: ait. Sed homo ad similitudinem dei creatus sit angelo tamen quasi maius aliquid tribuens non est ad similitudinem positum sed ipsum signaculum similitudinis dei dicitur: ut quod subtilior est in natura: eo in illo similitudo dei plenius credatur expressa. hec ille. Sed quantum ad aliquid accidentale: expressius est imago dei in anima quam in angelo: quantum anima pertinet et regit totum corpus suum: tanquam suum vniuersum existens in quolibet parte illius sicut deus regit et pertinet totum vniuersum: totus existens in quolibet parte vniuersi: vir itaque et mulier conueniunt in imagine: quantum ad id quod imagini essentialiter ut predictum est: sed vir illam excedat quantum ad id quod est accidentale.

Tertio deus magnificauit muliebrem sexum in pphetica illustratione. Nam et mulieres quamplures ppheticam lucem illustrauit. Sicut fuerunt maria soror aaron. ut patet Exodi. xv. c. quinquagesima di. decretorum. c. si per ordinationem. Et Anna pphetissa Luc. ij. c. Et Sibylle: quam meminit Lactantius li. i. diuinarum institutionum. Et ut scribitur in glo. iudicium. iij. c. quod mulieres assupte sunt ad gratiam ppheticam sicut ut in hoc preterito occasione mulierum nec per infirmitatem despectum.

Quarto magnificauit deus muliebrem sexum in materna electione. Volens quippe humanam sibi copulare naturam: virginem mulierem in matrem elegit: cui tam amplissimum gratie sue munus concessit: ut tam in merito quam in premio: post suum filium omnem superauit creaturam: tam angelicam quam humanam: cui etiam et si honor patrie non sit exhibendus tamen honor dulci dignioris non est sibi denegandus: ita quod magis ipsa sit honoranda quam aliquis alius: imo quocumque alij precines et sancti regni celorum. De prestantia vero eius maternitatis diximus in sermone de eius visitatione.

Quinto magnificauit deus muliebrem sexum in iocunda apparitione. Surgens namque ex mortuis rex seculorum

pmo mulieribus se videndum exhibuit. Vnde
 marcus vlti. c. ait. Surgens iesus mane prima
 sabbati: prio apparuit marie magdalene. Ele-
 cta fuit mulier vt esset nuncia vite: ne despice-
 ret sexus femineus: eo q mulier nuncia fuerat
 mortis. Et de hac materia diffuse dictu e i ser-
 mone de resurrectione xpi. ¶ Sexto magnifica-
 uit deus muliebrem sexum i mirabili fortificati-
 one. Fuerunt quidem mulieres innumerabiles: que
 virginitatis amore succense: celo qz fidei xpi i-
 flamate adeo fortes iuente sunt: vt nec impio-
 rum tiranoꝝ minas timuerunt: nec illata cuius-
 cunqz generis horuerunt supplicia: nec mortes
 aufugerunt violenta. ¶ Datet hec oia in catheri-
 na: Cecilia: Agatha: Lucia: Agnere: Eufemia:
 Rufina: Secuda: Anastasia: Eulalia: Prisca:
 Dorothea: Siniana: Cristina: Justina: Meri-
 na: Margarita: Martina: Emerentiana: Apo-
 lonia: Sabina: Barbara: Ursula z vndeci mil-
 libus sociabus eius: ceterisqz: quoz noia z mi-
 randa gesta longum foret expmē: q oēs p natu-
 ra pditiōis naturalis ipsaz aio forti atqz psta-
 ti queqz supauerunt tormēta: mortēqz inter illa
 pstantissime ptulerunt. Nō potuerunt hec fieri
 nisi supno assistente p̄sidio: cū mulieres sint na-
 tura sua molles in alios: z multo magis ad se-
 ipsas pie. Inquit. n. Arist. i li. de aialibus. In
 oī genere aialiu: mulieres sūt naturalit pie exce-
 pta vrsa z leoparda. Tanta igit firmitas animi
 i virginibus supradictis non potuit nisi a bono
 deo puenire. Ob quod ecclesia ad deū ita dicit
 Deus qui iter cetera potētie tue miracula etiā
 in sexu fragili victoriā martirij ptulisti. ¶ Se-
 ptimo magnificauit deus muliebrem sexū i glo-
 riosa resurrectione. Vnde eadem testat Aug.
 li. xxiij. de ci. dei. Mulieres i sexu femineo resur-
 gent: qz hoc exigit natura indiuidui: z pgruit
 perfectiōi speciei: z erit occasio laudādi sapien-
 tiā diuinā vt ponit richar. in quarto: vñ aug.
 vbi. s. sequit dicēs. Adēbra feminea nō erunt
 accōmodata veteri vsui: s; nouo decori quo n̄
 alliciat aspiciētis p̄cupiscētia: que nulla erit: s;
 dei laudē sapiētia atqz clementia. Eū igit ar-
 tifer ille mundi sapiētissimus muliebrem sexum
 tot miris varijsqz modis voluerit reddere di-
 gnū. Cur incredibile ē q beatā catherinam ma-
 gnā fecit iter sanctos. Nō est ipossibile apud
 deū omne verbū. Ipse itaqz deus hāc virginē
 nasci fecit i famosa amplissimāqz ciuitate sena-
 rum: parētibus popularibus honestissimis z
 timentibus deū: fame bone apud oēs. ¶ Pater

Jacobus benencasa vocatus ē: mater No lap-
 pa. Ex ipsis pdijt hec filia i etate infantili om-
 nibus grata z cunctis amabilis. Que dū qntū
 vix attigit annū ad virginis gloriose Marie
 deuotionē se conuertit. Et sepius tunc videba-
 tur ascendendo z descendendo per gradus sca-
 le que erat in domo: dei matrem humiliter sa-
 lutare dicendo. Ave maria: cuius virtutes i q-
 bus profecit in sequenti mysterio latius rese-
 rabuntur.

¶ De septem p̄cipuis z singularissimis vir-
 tutibus quibus floruit beata catherina.

Capitulum. ij.

Secundum mysteriū contemplandū de
 excellentia z sanctitate beate catherie
 di singularitat. Fuerunt qppe i illa vltra alias
 virtutes septē p̄cipue z singularissime.

- Prima di virginitas.
- Secunda magnanimitas.
- Tertia austeritas.
- Quarta pietas.
- Quinta pacientia.
- Sexta humilitas.
- Septima perseuerantia.

¶ Prima virtus p̄cipua z singularis fuit vir-
 ginitas: que in ea satis laudabilis extitit maxi-
 me propter tria.

- Primo ppter etatem.
- Secundo ppter p̄rietatē.
- Tertio ppter puritatē.

¶ Primo reddit laudabilis Xginitas catherie
 ppter etatē. Nā septio etatē anno votū expres-
 sum emisit de Xginitate seruāda. Nec obstat
 qz nondū ad annos puenerat pubertatē: vt sic
 diceret infantili motu excitata vouisse: quoniā
 si malitia supplere pōt etatē: vt inqt Dñs Mo-
 stien. i sūma li. x. de despon. ipu. multo fortius
 id pōt gratia dei. Sicut pie credimus de sācto
 nicholao q quarta z sexta feria dū infantulus
 erat: lac ex pectore matris vel alterius cuiuscū-
 qz suggere recusabat. ¶ Potuit itaqz spūs sācti
 gratia libez arbitrium catherine accelerare vt
 Xginitatē se seruaturā vouerit: qd facile dep-
 bendi pōt. Ex ostēsa sibi visione mirabili. Se-
 xto quidem anno etatē sue redcunte puella de
 domo sororis sue nupte: vidit i aere supra eccle-
 siā fratru predicatoru saluatore sedentē in tro-
 no idumentis papalibus ifignitū z aplis socia-
 tum. Qui elcūata manu i cā ituens signo cru-
 cis illam benedicebat. Qua habita visiōe adco-
 extitit in dño p̄fortata: vt nil aliō quereret nisi

loca secreta orationi apta: puellasq; ceteras v/bo et exēplo induceret ad orandū. ¶ Secūdo red/ dicitur laudabilis virginitas catherine ppi cō/ trarictatē. Mā lz parentes illius multo tpe vi/ dissent in filia tot signa et primordia sanctitat/ ignorabāt nihilominus votū virginitatis per/ eā emissū. Qua de re cū. xij. annū iā attigisset i/ stabat mater vt inciperet se ornare sicut ceterc/ nuptui tradende facere p̄sueuerūt: quod illa fa/ cere renuit: et post sororis illius iam nupte sua/ su vel leuiter se ad ornatū cōposuit: nō vt vir/ ginitatis p̄positum infirmaret: sed vt sic p̄de/ scenderet importune p̄suasione sororis. Tū ci/ to semetipsā redarguēs: ad lamēta p̄sue se con/ uertit: ac si aliq̄ grande peccatū perpetrasset: cū in rei veritate vix peccauerit venialiter. Lū/ Xo ardētior ex post deuotioni et orationi se de/ disse: nullaq; de ornatu corporis inesset ei cu/ ra: parentes quendā religiosū deū timentem et/ eis notū peccati sunt vt filiam alloqueret mo/ neretq; vt se pararet ad vix in breui suscipien/ dū. Ille aut cognito p̄posito virginis illā i do/ mino confortauit: monuitq; vt capillos tōde/ ret: qd̄ illa q̄ primum impleuit. Nesciētes ad/ huc sui que in corde eius latebāt omni liberta/ te locoq; secreto priuarunt: deputarūtq; cun/ ctis vilibus seruitij domus: que patienter oīa/ sustinēs ad quandā camerā vnus sui germa/ ni que erat sine clausura se colligebat: ibiq; sp̄o/ sum virginū xp̄m orabat. Tandem elapso ali/ quantulo spatio suos aduocans votū qd̄ ab i/ fantia voverat publice reserauit. At parentes/ omni duritia deposita: illam benedixerunt: p̄/ hibuitq; pater omnibus de domo ne illam de/ cetero molestarent. ¶ Tertio laudabilis fuit/ virginitas catherine p̄pter puritatē. Mō enīz/ solū integritatē carnis retinuit: s; mentis pu/ ritatē vsq; ad mortem seruauit: quod declara/ uit mira ipsius desponsatio. Lōtigit quidē q̄/ dam carnis p̄iuij tpe catherinam cunctis tem/ poralibus delectationibus cōtemptis oratio/ nem suā intensius replicare: ciq; dñm appare/ re ac dicere. Quoniā mūdana queq; meo amo/ re calcasti: ego solēniter te desponsare decreui. Tunc apparuit gloriosa dei genitrix: Joannes/ euangelista: apostolus paulus: beatus domi/ nicus atq; dauid psalterium pulsans. At gene/ trix dei dexteram virginis sua manu suscipiēs/ digitosq; suos extendens ad filiūz postulabat/ quatenus eā desponsare dignaret. Qui annu/ lo suscepto: dexterc; sue annulari digito im po/

nens. Dixit desponso te mihi creatori et salua/ tori tuo in fide vsq; quo in celis tuas mecum/ nuptias celebrabis et tua virginitas semp cō/ seruabit illibata. ¶ Secunda virtus precipua/ et singular; beate catherie fuit magnanimitas/ ex qua audacter mundum contempfit: habitū/ q; ordinis de penitētia sancti dominici: deuo/ te recepit: hic vero ordo tripliciter cōmendat. Primo q; a sancto dominico institutus. Secūdo q; ab ecclesia approbatus. Tertio q; a deo magnificatus.

¶ Primo ordo ille fuit a sancto dominico in/ stitutus. Ipse beatus pater in lombardia hūc/ ordinē instituit: que de militia iesu xp̄i a prin/ cipio appellauit: eo q; illius ordinis fratres he/ reticis bona ecclesiar; usurpantibus virilī se/ opponēbant: pugnabātq; omni conatu p̄ pre/ dicatoz bonoz recuperatione et conseruatiōe/ Sed postea hereticis p̄ sanctum dominicū et/ sanctum petrum martyrem aliosq; predicator/ res deletis et penitus quasi extinctis mutatus/ fuit nomen illud de militia in nomen de peni/ tentia. ¶ Secūdo ordo ille ab ecclesia fuit ap/ probatus. Quod p̄ p̄ Honorii quartū et Jo/ annem. xxiij. Bonifacium nonum: et Innocē/ tiū septimū: qui dicto ordini plurima priuile/ gia p̄cesserunt. ¶ Tertio hic ordo est a deo ma/ gnificatus. Voluit. n. plerasq; dominas in il/ lo viuētes et moriētes signis et miraculis plu/ rimis coruscare. Sicut fuit beata Joāna de vr/ be veteri: beata margarita nouella de ciuitate/ castelli: beata helena de vngaria: et sancta Ca/ therina de qua loquimur alieq; multe. Quār/ ergo catherina huic ordini sancto se dedicauit/ docet eius legenda: in qua narratur q; a tener; annis ad patrem sanctum dominicum seruen/ tissima deuotione trahēbatur. Et cū semel do/ minū exoraret vt conseruaret eam in promissa/ virginitate tali fuit visione cōmonita. Appa/ ruerūt siquidem sibi plures patres institutores/ ordinum diuersoz: inter quos erat beatus do/ minicus: habens in vna manu lilium ardens/ sine cōbustione: et in altera suū habitum p̄sue/ tum p̄ dominas deportari. Lūq; sibi a p̄fatis/ offereretur quem ordinum vellet eligere. Re/ spondit se velle sancti dominici habitum susci/ pere. At ille beatus dominicus dixit. Forti aio/ esto o filia: quia certissime hoc habitu vt desi/ deras indueris. Sicq; visio disparuit: et ipsa/ mansit in domino confortata. Tandē postq; parentibus reuclauit se virginitatem vouisse

illis consentientibus apud ecclesiam fratrum
predicatorum de senis habitum diu affectatum cum
magno feruore suscepit. ¶ Tertia virtus preci-
pua et singularis beate catherine dicitur austeri-
tas. Fuit namque suo corpori austerior et rigidissi-
ma propter christum et precipue in tribus.

Primo in cibo et potu.

Secundo in vestitu et lecto.

Tertio in vigiliis et orationibus.

¶ Primo quantum ad victum. Ab infantia car-
nes raro sumebat: quas postmodum totaliter
a se amouit: sequens ad esum panis et crudarum her-
barum: ex toto reduxit. Anno etatis sue. xij.
herbarum vsa est succo: vinum autem ita limpha-
tum sumebat quod vini sapore carebat. Illud au-
tem a. xv. etatis sue anno ex toto relinquens ine-
dias plurimum dierum septem passa est. ¶ Secundo fu-
it austerior in vestitu et lecto. Pannis laneis vsa
est ad tantum deueniens: quod tam hieme quam estate
vna sola tunica vestiebatur. Lintio quando-
que vsa est: quod in cathenam ferream commuta-
uit: et patrem dominicum imitans: se ter quoti-
diane fortiter disciplinabat: lectum insuper de
tabulis habebat: et lignum pro cervicali absque al-
terius rei additamento. ¶ Tertio fuit austerior
in vigiliis et orationibus. Nam ad hoc deue-
nit quod infra duos dies: vix per horam et dimi-
diam dormiebat. Ad tantam autem tenuitatem
ex austeritatibus deductum est corpus eius: quod
cum transisset eius spiritus ex hac vita reper-
tus est umbilicus renibus adherere. In princi-
pio etiam sue puellaris etatis duple fertur fuisse
latitudinis quam xxviii. annorum existens. Non
firmat hec omnia Pius pontifex maximus
qui in bulla canonizationis ita asserit. Summa
huius virginis abstinentia fuit et mirabilis vi-
te austeritas. Nam cum vini et carniuum usum
prosus abiiecisset: nec pulmentariis vllis uteretur
ad extremum eo deducta est: ut nec legumi-
na ederet nec pane vesceretur: nisi celesti: quem
verus christianus in sacramento sumit altaris.

¶ Quarta virtus precipua et singularis beate
catherine dicitur pietas. Fuit ipsa piissima val-
de et precipue quantum ad tria genera personarum.

Primo quantum ad pauperes.

Secundo quantum ad infirmos.

Tertio quantum ad peccatores.

¶ Primo quantum ad pauperes. Inquit enim
Pius in bulla pretaeta: pauperibus christi lar-
ga manu subuenit. Scribit in sua legenda quod a
suo patre licentiam obtinuit: posse de bonis do-

mus pauperibus largiri. Et contigit semel quod
dum infirmitate corporis grauaretur: audiuit a
multis referentibus qualiter vidua quedam con-
uicina filiis et filiabus multa cruciaretur penu-
ria: oratione premissa tantum robur obtinuit: quod
frumentum vinum et oleum usque ad centum quatuordecim
librarum pondus in aurea pfulda propriis hu-
meris mira agilitate portauit: ac mirabiliter
aperto ostio quam planius potuit in vidue do-
mo deposuit: et dispensante domino velut alter nicholaus
fuerit dephesa. Als vero semel in fratrum
predicatorum ecclesia constituta: cum quidam pauper
ab ea elemosynam peteret: et illa nihil prece-
ptum argenteam que erat inter pater noster ha-
beret: statim illa auulsa tradidit indigenti. Ap-
parens autem sibi postmodum dominus: illamque or-
natam lapidibus preciosis ostendens ei dixit.
Tu mihi hanc besterna die dedisti: et ego pro-
mitto tibi quod in die iudicii coram vniuerso angelorum
et hominum spectu: illam ad tui gaudij cumulorum
presentabo. Insuper cum beata catherina se-
per de melioribus traderet progit quod vegete me-
lioris vini abundanter pauperibus erogaret.
In tantum autem est augmentatum: quod vbi dictum
vas sufficere consueuerat toti familie per dies
viginti vel circa: tamen pro dicta familia et etiam pro
pauperibus usque ad tertij mensis principium abun-
datissime perdurauit. ¶ Secundo fuit pia hec vir-
go quantum ad infirmos. Nam egrotantibus summa
diligentia ministrant. Seruauit cuidam infirme
noie andree ab omnibus derelicta: nec honore pla-
garum illam exhorruit. Quinimo cum aliquam nau-
scam passa fuisset: vulnerum illius putredinem in-
spiciens et contrectans recollecta in quadam scu-
tella lotura cum sanie illam ebibit dicens. Amore
sposi mei iesu christi corpus meum sic castigabo
Quo facto statim cessauit omnis precedentis nausce tetra-
tio: habuitque postea suo confessori referre nunquam
aliquid tam suavis precepisse saporis atque odo-
ris. Nocte vero sequenti apparuit ei iesus christus:
condiditque sua sacratissima vulnera dicens. Quia
meo amore tam abominabilem potum supsi-
sti tibi ingratus non ero. Sicque applicans os
virginis ad proprium vulnus lateris. Bibe inquit
filia de latere meo potum: quo anima tua tanta sua-
uitate replebitur: quod etiam in corpore: quod propter
me precepisti mirabiliter redundabit. Quo factum
tam in anima quam etiam in corpore incredi-
bili extitit suauitate dulcedineque repleta.

¶ Tertio fuit pia valde sancta catherina erga
peccatores. Adultos namque orationibus suis

et meritis iuuat ne perirent. Sicut diffuse po-
nitur in legenda. Andream de belantis ciuem
Senarum diuitijs affluentem egrotatēq;
ad mortem: cū ex toto penitentiā sperneret sua
oratione p̄uertit ad dñm. Cum. n. p̄ illo orasset
ardentissime apparuit iesus x̄ps p̄fato infirmo
hortatusq; ē illum q; confiteret peccata sua: q;
paratus erat sibi illa remittere. Qui cōpunctus
valde subito confessus ē. Et p̄dito testamento
ad extrema deductus cum magna deuotione
migravit ad dominū. Fuerunt adhuc in p̄fa-
ta ciuitate senarū duo p̄ suis maleficijs ad mor-
tē damnati. Qui cum ducerent super currus et
carnes eorū a carnificibus decerperent ignitis
forcipibus decum impie blasphemabant. Cum
aut catherina ista nouisset pro eis dñm amaro
corde exorauit. Quibus cū ad portam ciuitatis
uenissent: apparuit saluator totus vulneratus
eos ad p̄uersionem inuitans: qui statim cōpun-
cti confessi sunt sacerdoti: et blasphemias mu-
tauerunt in laudes: sicq; letissimi tulerunt illa-
tam mortem. Et quis enarrare queat conuersi-
ones omnium malorū: p̄fectū bonorū: roboratio-
nes imperfectorū: consolatiōes desolatorū: ad-
monitiones spiritualium piculorū: tam per suas
ep̄las q; etiā oraculo uiue uocis erga p̄sonas
ois serus p̄ditionis et status p̄ virginē excita-
tas. Quot sceleratos de faucibus inferni abstra-
xerit: quot obstinatos ad sui cognitionē redu-
xerit: quot seculo deditos induxerit in eius cō-
temptū: quot utriusq; sexus ad religionum di-
uersarū ingressum allererit: quot de laqueis tē-
tationū eruerit: Difficile nanq; foret cūcta cō-
memorare. Nam aliquoties maxime in italia
ex remotissimis partibus ad ipsā utriusq; se-
xus persone confluebāt. Ad eiusq; aspectum
atq; colloquium taliter compūgebant: ut sine
dilatione current ad confitendū peccata sua
Ob quā causā gregorius. xij. in adiutorum ca-
therine tres cōfessores precipuos deputauit.
Qui taliter aliquando occupabant: ut nec spa-
tium haberent edēdi. ¶ Quinta uirtus precipua
et singularis b̄tē catherine fuit paciētia: fuit si-
quidē paciētissima et precipue in tribus.

Primo in persecutionibus.

Secundo in tentationibus.

Tertio in passionibus.

¶ Primo fuit patiens in persecutionib;: quod
exēpla sequentia manifestāt. Fuit scis quedā
palmerina de penitentiā sancti dñici: que istigā-
te sathana facta ē catherine talis emula: ut nec

nomē ei⁹ audire ualeret. Sed uirgini semp de-
traheret. Ipsa tñ p̄ illa dñm exorabat: et cū ad
infirmitatē granē icidisset Latheria ad eā uisi-
tādā se p̄tulit: infirma uo durior effecta eā ex-
pelli de domo iussit: p̄ qua nō cessauit catheri-
na p̄ces igeminare. Quibus factū ē ut eaz sibi
recōciliaret: atq; cōtrita illa et cōpuncta sacra-
mentis et grā dci munita: i dño ex hac uita mi-
grauit: Du etiā seruebat illi infirme Andree
de qua paulo ante diximus: illa ipatiēs p̄tume-
lijs plurimis catherinā afficiebat: et p̄curante
spū malo de inhonestate apud alias sorores ac-
cusabat. Latherina tñ p̄pterea nec indignabā-
tū: nec ab eius obsequijs cessabat. Cūq; illa in-
dies in sua duritia perseueraret: catherina ora-
tioni se dedit de iniurijs et infamijs pie conque-
ritur. Cui x̄ps apparens duas ostendit corōas
vnā spineā et aliā aureā dicēs. Si hic eligeres
auream: spineā postea reportabis. Si aut hic
spineā postea aureā obtinebis. Quod illa audi-
ens et ad patiendū per oia se offerens: accepit
de manu domini spineam quam suo capiti im-
ponens etiam diebus pluribus uehementissi-
mum sensit in capite dolorem. Sicq; a domo
confortata patientie armis fortiter se muniuit
Infirma uo paciētia catherine superata: com-
pūcta et ingemiscens catherinā alta uoce scāz
omnibus predicabat: seq; eaz accusabat: mise-
ricordiam petens de his que falso dixerat p̄tra-
illam. Quid plura dum catherina tanta inedia
corpus affligeret: frequentaretq; dominicam
mensam: pleriq; utriusq; sexus falsos rumus-
culos: ut fieri solet cructabant. Aliqui dice-
bant neminem in modo uiuendi singulare eē
debere. Aliqui extremitates fuisse semper deo
et hominibus exosas. Aliqui catherinam finge-
re et decipere. Aliqui ad inanem gloriā illa oia
facere et similia. Que ipsa deo placere p̄ oia stu-
dens patientissime tolerabat. ¶ Secūdo fuit
patiens in tentationibus demonū. Ait quidez
Idius in bulla canonizationis. Luctabatur q;
frequentissime cum demonibus: multisq; illo-
rum molestijs uexabat. Sed aiebat cū aposto-
lo. Cū infirmor tunc fortior sum. Et ut in sua
legenda narratur: quādoq; demones deo per-
mittēte catherine corpusculū tantis penis et lā-
guoribus affligerunt ut manifeste uiderentur
i ea signa p̄ussionum et uerberum ita ut qua-
si quoddam monstrum uideretur a cunctis.
¶ Tertio fuit patiens in passionibus siue in
penitentijs uoluntarie assumptis sine infir-

nitatibus corpori suo supuenientibus. Teste. n.
Pio ubi. s. Doloze capitis pene assidue torq/
batur. Estuabat febribus nec illoꝝ cruciatu ca/
rebat. ¶ Sexta beate catherine virtus admirā/
da fuit humilitas: quam ostendit maxie i trib⁹
Primo in timore.

Secundo in despectione.

Tertio in conuersatione.

¶ Primo ostendit suam humilitatem in timore.
Dū. n. cepisset visionibus ⁊ imaginarijs ⁊ cor/
poralibus a dño iesu xpo visitari: plurimū for/
midare cepit: dñogq; se cōmendauit: a quo edo/
cta plenissime fuit: qualiter visiones bonas vl/
malas haberet agnoscere. Et dū semel suo con/
fessori de visionibus sibi factis referret quedā
secreta: ille hesitare cepit: atq; in eam respiciēs
vidit illam transformatā: quantū ad facieꝝ in
effigie xpi respicientis in eā. Lūq; ex hoc excla/
maret ac diceret. O quis ē qui me respicit. Rñ
dit catherina ille qui est. Quo dicto facies illa
disparuit: ⁊ cōfessor prefatus illo modo de vir/
ginis sanctitate pfirmatus remansit. ¶ Secū/
do ostendit catherina humilitatē in sui despe/
ctione. Hanc autem didicit a xpo sibi appare/
te dicēteq; sibi. Scis ne filia: que tu es: ⁊ quis
ego sū? Si hec duo noueris beata eris. Tu enī
es illa que nō es. Ego sum ille qui sum. Si hāc
notitiam habueris in aīa tua: nunq; decipere
te poterit inimicus. Siquidē de nihilo creatu/
ra facta est: ⁊ sibi relicta cadit in nihilū: ⁊ per se
tendit in peccatum: quod nihil est: ⁊ ex se nihil
boni cogitare valet. Quare respectu dei infini/
ti nihil esse conuincit. Ideo est illa que nō ē: s;
qm̄ deus est fons totius esse ⁊ independens eē
Ideo ipse solus est quod est. ¶ Tertio ostendit
catherina humilitatem in puerfatione. Mā in
publicū prodijt magnisq; rebus se ingessit: nō
sua sed dñi volūtate. Postq; n. habitū sacroz
suscepit: silentiū p̄tinuū p̄ trienniū seruauit: ⁊
clausurā celle tenuit: excepto cū ecclesiam adijt
vigilias vsq; ad secundū signū matutinale p/
traheret. Tuncq; cū ad laudandum deum fra/
tres predicatorēs in chorū iā accessisse putaret
ipsa cedebat ad aliquālꝝ geseēdum dicēs. Ecce
dñe germani mei ⁊ serui tui vsq; nunc dormie/
rūt. Adō No surrexerūt ad te laudandum. Tu
serua eos ⁊ ego parūq; quiescā. Post No diu/
turnā exercitacionē in spiritali vitā frequen/
tesq; xpi visitationes: iterū apparens ei idirit:
vt extra pcederet: proximorumq; saluti verbo i/
tenderet: ac exemplo pmissitq; in cūctis p̄ illaz

ad animaz salutem gerendis suū sibi supernū
presidiū exhibiturum. Quod ita fuisse vt pate/
bit in sequentibus rei exitus declarauit. ¶ Se/
ptima virtus sancte catherine dicit̄ perseuerā/
tia: vt enim ait Hiero. ad lucianum heremi/
tam. Lepisse multoz ē: ad calcē No peruenisse
paucorum. Catherina vero nō solū pseuerauit
Sed de virtute in virtutē pcessit: de qua tria
inter cetera refert digna laude Pius pōtifer
maximus ubi. s. Primū qd̄ respicit sanctitatē
eius initium. Ait enim. Virgo catherina ex ci/
uitate senensi oriunda mediocribus orta parē/
tibus prius deo sese dedicauit q̄ deū posset p̄
etatem cognoscere. Secundū est qd̄ inspicit vi/
te eius pgressus. Inquit itaq; sic. Nullū ab ea
verbū nō religiosum nō sanctum excidit. Dis/
sermo eius de moribus fuit: de religiōe de pie/
tate: de cōtemptu mundi: de amore dei ⁊ proxi/
mi: de celesti patria. Tertium refertur ad eius
vite terminū: de quo sic protulit. Anno etatis
sue tertio circiter ac trigesimo in vrbe Roma/
diem suum clausit: de cuius anime in celū assū/
ptione ⁊ gloriosa receptione: stupende ⁊ admi/
rabiles reuelationes facte reperiunt̄.

¶ Qualiter deus sublimauit beatā catherinā
septem gratiosis ⁊ admirandis prerogatiuis.

Capitulum. iij.

Tertiuū mysteriū cōtemplandū de excel/
lentia ⁊ s̄ctitate btē catherine dicitur
sublimitatis. Sublimauit nēpe deus hāc mu/
lierem benedictam septem gratijs ⁊ prerogati/
uis admirandis.

Prima fuit mentalis illustratio.

Secunda prophetica infusio.

Tertia consolabilis visio.

Quarta suavis cibatio.

Quinta miraculosa conuulsio.

Sexta felix reuelatio.

Septima solēnis canonicatio.

¶ Prima gratia siue prerogatiua catherine q̄
sublimata est a deo dicit̄ mentalis illustratio.
Illustrauit deus illius intellectum luce sapien/
tice ⁊ doctrine: ita vt de ipsa Pius pōtifer ubi
supra ita referat. Nemo ad eam accessit q non
doctior meliorq; abierit. Doctrina eius infu/
sa nō acquisita fuit: prius magistra visa est q̄
discipula. Quippe que sacrarum litteraz p̄fes/
soribus ipsiq; magnarū ecclesiaz ep̄is diffici/
limas de diuinitate questiones pponentibus
prudētissime rñdit ⁊ adeo satisfecit: vt tanq;
agnos mansuetos remisit. Quos tanquā

lupos: ac leones ferocientes acceperat. Quorum nonnulli diuinam in virgine sapientiam admirati. Distributis mox inter christi pauperes quae possidebant substantiis accepta domini cruce vitam deinde euangelicam egerunt. Secunda gratia fuit prophetica infusio. Et de hac Pius papa inquit. Fuit in ea spiritus prophetiae et multa praedixit antequam fierent et occultissima reuelauit. haec ille. In legenda vero ipsius multa scripta sunt ex quibus aliqua enarremus. Fuit in ciuitate senensi: quidam nobilis miles dictus dominus Nicholaus de sarracenis qui cum aliis in multis locis fuisset in armis: et tandem ad suam ciuitatem Senarum redisset a sua uxore monebatur ut loqueretur cum catherina. Quod cum ille facere contempsisset: uxor catherine illius ut pro eo oraret deuotissime commendauit. Quadam itaque nocte catherina militi in somnis apparuit: eumque monuit: ut si saluari cuperet uxoris monitis assentiret. Qui euigilans uisionem uxori retulit: et inde ad catherinam se contulit: cuius colloquio et sancta praesentia compunctus huius uirginis consilium ad confitendum sua peccata processit. Quo facto ad catherinam rediit asserens se confessum sua peccata sacerdoti. Interrogatus ab ea an omnia retulisset: cum ille affirmaret quod sic: uocato ad partem peccatum quoddam enorme ab eo dimissum in confessione: quod in apulia secrete commiserat distincte narrauit. De quo ille admirans: et peccatum illud confessus fuit et catherinam deuotione singularissima coluit. Dum frater thomas de fonte priuus catherine confessor: et frater georgius pergerent ad monasterium sancte agnetis de monte poltiano: in itinere capti fuerunt a quibusdam latronibus: deductique fuerunt ad latebrosa nemora ut ibi occiderent. Tunc frater thomas cum lachrymis dicere cepit. O filia catherina tuis orationibus succurre nobis. in hoc tam crudeli periculo. Quibus uerbis platis latronum talia sunt immutati: quod non modo uitam sed cuncta quae illis abstulerant restituerunt: et ita ad monasterium quo ibant incolumes peruenerunt. Cum autem postmodum Senas redissent contempserunt praedictus frater thomas: quod in illo puncto in quo inuocauerat catherinam: ipsa socie dixit: pater meus me uocat: et scio quod magna necessitas eum uiget: et hoc dicens ad locum orationis accessit. Et cuius uirtute creditur latronum illorum fuisse mentes mutatas. Praedixit futurum scisma post mortem gregorii undecimi: et alia plurima

praenunciavit: quae uideri poteris in legenda. Tertia gratia qua catherina sublimata fuit de consolabilis uisio. Supernaturalibus quippe uisionibus a domino meruit consolari: quae ut in pluribus sibi fiebant: in raptu et extasi mentis: de quo sic refert Pius. Rapiebat sepe a spiritu et in acre suspensa: diuinis contemplationibus pascebatur: adeo extra se acta ut expuncta percussaque nihil omnino sentiret. haec ille. Omissis uero multis uisionibus eius: eam unam referam: per quam inter minores et praedicatorum potentio uidetur exorta. Cum catherina esset in ciuitate pisana: et quodam mane in ecclesia sancte christine concubasset: ac iuxta altare rapta maneret in spiritu: postquam diu sic steterat: uidit christum crucifixum magno super se cum lumine descendente: radiosque sanguineos ex suis quinque sacratissimis cicatricibus emittente. Cumque tunc uidentibus pluribus utriusque sexus ipsam expectantibus: uirgo se erigeret: et super genua sua stans facie rutilante brachia eleuasset ac manus: oraretque ne cicatrices in corpore suo apparerent exterius: tunc ex radijs sanguinibus in solaribus immutatis a cicatricibus crucifixi praedictibus et ad manus pedes et ad cor illius uenientibus ualde intrinsecus dolor sensibilis in dictis partibus corporis e relicto. Ex quo cum corpus eius diu sic staret rigidum et oculis clausis tandem cecidit ac si fuisset letaliter uulneratum. Post modicum ad se reducta tanto dolore conturbabatur: ut a cunctis putaretur in breui moritura. Dominica uero sequenti ibi communicans a dolore extitit liberata. Ex uisione praedicta in plerisque locis nonnulli sanctam catherinam suscipiente stigmata a christo depingi fecerunt: qui si ea intentione id egerint: ut per uisibilia inuisibilia cognoscantur: et per picturam illam uisibilem dolor eius inuisibilis sensibilibus designet: forte non obstante errore inde sequente: quo credi posset stigmata eam uisibilia suscepisse tolerari utique possent. Sed si haec facta sunt: ut sic equiparetur beato francisco cui soli usque in praesens singulari modo stigmata diuinitus sunt impressa utique reprehensibile est. Nam ut dixi in sermone de sacris stigmatibus beati francisci. Inter miracula grandia nostre fidei francisci consignatio supremum obtinet gradum. Fuerunt quippe stigmata et uisibilia et sensibilibus a christo sibi impressa. Tulit illa duobus annis continuis: et in uita et in morte etiam a uiris sanctis et grauissimis uisa et tacta. Summi pontifices Gregorius nonus: Alexander

192
quartus: Benedictus: Nicholaus: et alij illa appro-
bantes fatentur singuli miraculo in francisci
pedibus manibus et latere fuisse depicta: ab eo
artifice sapientissimo qui creauit celum et ter-
ram. Quid vero de cetero sit facturum cuius ar-
chana: nisi ipso reuelante perscrutari nequimus
ipse nouit. Unum scio et quidem absque villo er-
rore: quod franciscus usque ad presens electus fuit
a domino iesu christo ut in corpore proprio vexil-
lum crucis biennio: antequam spiritum redderet
celo deferret. Non deroget ista dignitati bea-
te catherine: nec alterius sancti. Ego peccator
qui hunc sermonem confeci sanctam ipsam de-
uotione qua possum et colo et venero. Erantque
rome Anno domini. M. cccc. lxx. Anno tertio
Iulij pontificis marini. Quando pontifex pro-
fatus spiritu sancto volente sanctam catheri-
nae solenni celebritate canonicauit. Nulla tunc
a referentibus et vita et miracula catherine de
stigmatibus facta est mentio. Nulla pictura cum
stigmatibus fuit delata. Nulla insuper in bul-
la quam superius frequenter allegauimus de
stigmatibus mentio habita est. Ego insuper ea
die canonicationis sermonem ad populum ha-
bui: post prandium in ecclesia minorum ordinis
predicatorum. Inspecti legi et quidem sepius om-
nia que scripta erant de laudibus huius sancte:
nil aliud inuenire potui: nisi quod superius ex-
pressum est de illo dolore quem tulit absque signis
in suo extatico raptu. Et si nomine stigmatum
dolorem illum intelligi volumus: non tamen in
illo continentur et includuntur conditiones mi-
raculose stigmatum beati francisci. Igitur cum
deus non egeat nostro mendacio: ea proferam
de sanctis que secundum rei veritatem non inuentio-
nem hominum illis possunt accommodari. Fuit ca-
therina: ut patet ex dictis: et ex his que sequen-
tur amplissimis privilegijs et gratijs decorata
Sed stigmatum specie non fuit ut franciscus in-
gnita. Que si ad nos gloriosa rediret: dura incre-
patione feriret illos qui sub specie pietatis me-
dacijs vellent suam gloriam ampliare. Oro ta-
men patres meos predicatorum et minores ne
populos scandalisent. Quibus tam multa mi-
ra de sanctis se offerunt et precipue de catheri-
na ut mendacia: et propter se ipsa et propter veri-
tatis abundantiam deserere et detestari cogan-
tur. ¶ Quarta gratia beate catherine dei sua-
nis cibatio: vsu namque et frequentia sacramen-
ti tanta suauitate consolationeque spiritu repleta

fuit: ut asserat sic de illa Iudius ubi supra. Inue-
ta est aliquando a die cinerum usque in penthe-
costen ieiunium perduxit: sola eucharistie com-
munionem contenta per annos circiter octo mi-
nimo herbarum succo: coque parum retento et com-
munionem sacra sustentata est. Ad cibum quasi
ad supplicium pergebat. Ad communionem al-
taris: quasi ad celestes nuptias inuitata esset
summa cum alacritate proficiscebatur. hec ille
Tam efficax erat eius ad sacramentum illud in-
effabile reuerentia: ut mens Gregorii. xj. fle-
teretur ad concedendum catherine quod posset eli-
gere confessorum: qui eam absolueret: et sibi eu-
charistiam ministraret: et cum altari viatico absque
alia licentia ad nutum catherine celebraret.
¶ Quinta gratia et prerogativa singularis bea-
te catherine: fuit miraculosa conuulsio. Fecit
illam deus in vita et morte multis clarere mi-
raculis. Ex quibus aliqua explicabimus. In ci-
uitate Senarum quedam nobilis domina Ale-
xia habitum ordinis de penitentia suam catheri-
ne recepit: que illam coegit ut secus in domo
sua commoraretur. Contigit autem ex eucharistia
tunc illos de domo prefate domine alexie vesca-
panibus farine putride. Superueniente triti-
co nouo consuluit alexia catherinam: an certum
residuum prefate farine proijciendum foret. Que
nequaquam proijciendum asseruit: sed parari aquam
iussit et farinam afferri. Intrauit ergo primo
massam: et tandem panes de parua quantitate
illius farine quous etiam expulso fetore tam
celeriter et tot confecit: quot de quadruplici aut
quintuplici quantitate fere tot facti fuissent:
cum furore sororis Alexie et aliorum de do-
mo. Cum autem panes de cibano deportati
fuissent. inuenti sunt adeo sapidissimi: ut om-
nino immutatio saporis ad miraculum proce-
deret. Et cum daretur de ipsis panibus paupe-
ribus et fratribus atque illos comederent: om-
nibus de domo suffecerunt diebus pluribus:
etiam in archa multiplicati. De quibus aliqui
a quatuor pluribus sunt tam pro reliquijs quam in ar-
gumentum miraculi reseruari. Tempore etiam
quo catherina fuit in urbe: et ibi in regione co-
lupne cum sua familia viueret de mendicita-
te et nihilominus aduenientes hospites recipie-
bat: ita ut continuo quasi triginta persone in
domo sua comederent. Contigit semel quod die
quodam deficiente pane quod cum catherine fuisset
renunciatum mandauit ut sic ad mensam se pone-

rent: et modico pane qui ibi reperiebatur inciperent comestionem. Ipsa vero ad orationem accessit. Quid plura? Edentibus illis famelicis et ieiunis: panis ille modicus suffecit omnibus abundanter. Tantumque etiam superfluit: ut ex illo plures elemosyne pauperibus largirentur. Dum esset in ciuitate senax: audiens quendam dominum mattheum rectorem hospitalis misericordie sibi deuotissimum ex morbo pestilenti grauitate egrotare: accessit ad eum dixitque cum magno feruore. Surgatis domine matthee surgatis: quia non est tempus in lecto quiescere: mox ad eius vocem febris et inguinis apostema presertim penitus dimiserunt. Sanauit et multos alios peste percussos sua oratione fidei. Sicut fuerunt magister raymundus et magister bartholomeus catherine confessores. Et ne singula complectamur: ita de ipsa loquitur. **Idius.** Magnam et sanctam erat in plebibus catherine nomen: undique ad eam egroti et maligni verati spiritibus deducebantur. Et multi curabantur languoribus et febribus. In christi nomine imperabat et demones coquebat ab obsessis abire corporibus. **Propter** quas res duobus romanis pontificibus Gregorio undecimo et Urbano sexto acceptissima fuit adeo ut legationibus eorum fungeretur: multisque et magnis spiritualibus gratiis ab eis donaretur. **Hec** ibi. **Ubi** adhuc interserit quedam que non nisi virtute dei cooperante per catherinam fieri potuissent. **Ait. n.** Dissidentes summo studio componebat: multa extirpauit odia: et mortales inimicitias: pro pace florentinorum qui cum ecclesia dissidebant et interdico suppositi erant ecclesiastico. Appenninum et alpes transire atque usque in auniomum ad Gregorium undecimum proficisci non dubitauit cum votum suum ipse gregorio de petra urbe roma in occulto factum: et solum sibi ac deo notum sese diuinitus cognouisse monstrauit. **Sexta** gratia qua deus catherinam sublimauit: dicitur felix reuelatio. **L. n.** in urbe romana ipsa post multa signorum experimenta exhortationes spirituales aliaque exercitia religiosa morientium dominica die circa horam tertiam die. xxviii. apostolis. **Ad. ccc. lxxx.** migrasset ad patrem. Eadem die magister raymundus ultimus eius confessor in uentum Januensem erat dispositione pius deinde bononiam ad capitulum generale pergere: deprecabaturque christi matrem coram quadam imagine ut eum protegeret a periculis. **Ad** hoc quandam uocem audiuit dicentem sibi. **Me** timeas: quia ego sum hic pro te: ego sum in celo pro te. Ego te protegā his securus. Et hesitans pro

tunc unde uox periret: tandem inuenit qualiter eadem hora catherina migrauerat: peruenit tandem presertim magister bononiam ubi magister generalis canonicus fuit electus: quod iam sibi catherina indubitanter per dixerat: ut autem sequitur. **Idius** in bulla. **Tactu** corporis eius per illius felicem transitum plerique egroti salutem consecuti sunt adeo ut nonnullis saluti fuerit: ea tetigisse que sacrata catherine membra tetigere. **Postea** uero uirgo ipsa iam celo recepta uota supplicantium benigne audiuit: et ut a sponso et domino suo christo saluatore exaudirentur curauit. **Adulti** enim ex diuersis egritudinibus curati sunt: qui audita beate catherine gloriosissima fama eius patrocinium supplices petierunt. **Hec** ille. **Placuit** itaque benignissimo deo sponse sue gloriam innumeris ut sic dicam usque in presentem diem miraculis manifestare. **Septima** catherine gratia et prerogativa singularis est dicta solennis canonizatio. **Rome** siquidem in basilica beati petri apostolorum principis astate populo et clero habitoque sermone ab ipso pio pontifice de uita et miraculis eius miserrime solenniter celebratis et consuetis ceremoniis rite peractis ad canonizationem sancte processit: sub his uerbis. **Ad** honorem omnipotentis et eterni dei patris et filii et spiritus sancti: ad exaltationem fidei catholice et christiane religionis augmentum: auctoritate domini nostri iesu christi et beatorum petri et pauli apostolorum eius ac nostra: **Latherinam** Senensium illustris et indelibilis memorie uirginem: cuius corpus in ecclesia predicatorum que de minerva dicitur hic rome iacet in celesti hierusalem inter beatorum uirginum choros: quando id sua uirtute diuina suffragante gratia meruit: iam pridem fuisse receptam: et eterne glorie corona donatam de fratrum nostrorum consilio declaramus eamque tanquam sanctam publice priuatimque colendam esse decernimus et diffinimus: atque in sanctarum cathalago uirginum: quas romana ueneratur ecclesia redigi et ascribi mandamus. **Statuentes** festum eius singulis annis: prima mensis maii dominica die ab uniuersali ecclesia celebrandum esse. **Sicque** deus in sanctis suis admirabilis catherinam in utraque ecclesia triumphante. **I. ac** militante sublimiter exaltauit. **Que** deprecemur: ut illius meritis interuenientibus: dignetur et nos ascribere beate uite. **Qui** sit benedictus in secula seculorum Amen.

Finis.

omni deuotione et perfectione ac obseruantia regule suae nouiciatum expleuit. Facta vero professione in die scilicet natiuitatis virginis orationi et studio litterarum se dedit. Et cum factus esset sacerdos primam missam in die natiuitatis virginis celebravit. Qua etiam die mandato accepto a generali ministro de penitentia predicanda: primum sermonem ad populum habuit. ¶ Secundo commendatur predicatio sancti bernardini propter charitatem. ¶ Predicauit enim ad honorem dei et salutem animarum. Iste enim debet esse finis predicatorum uerbi dei. Nam qui propter cupiditatem predicant vel uanitatem et gloriam mundi figurantur per balaam. De quibus dicit Petrus in. ij. epistola. Secuti sunt uiam balaam ex bosor qui mercedem iniquitatis amant: correptionem vero habuit sue uesanie: subiugale mutum. Super quibus uerbis dicit Bedda. ij. q. vij. ca. secuti. ¶ multi catholicorum intantum amant mercedem iniquitatis ut etiam docti ab indoctis: clerici a laicis merito redarguantur. Qui iure comparantur prophetae qui uerbis asine contra naturam loquentis corripitur: nec tamen a proposito primi operis retardatur. hec ille. Quauis tamen predicator non debeat predicare principaliter propter temporalia habenda. Alias tanquam uenditores bouum de templo eijciuntur. Debet tamen populus ministrare eis necessaria iuxta illud. j. ad Corin. ix. ca. Non alligabis os bouis triturantis. vñ Hieronymus. xvj. q. j. ca. penultimo ait. Apostolicis uiris et euangelicantibus in necessarijs uisibus nolle tribuere seipsos condemnare est. Et Augustinus in libro de baptismo paruulorum. Non est uenale euangelium ut pro temporalibus predicetur. Qui enim sic uendunt magnam rem uili uendunt. Accipiant ergo predicatorum sustentationem necessitatis a populo: mercedem dispensationis a deo. Non enim a populo redditur quasi merces illis qui sibi in charitate euangelij seruiunt: sed tanquam stipendium datur quo ut possint laborare pascantur. Hec ille. Et Paulus. j. ad Corin. ix. ca. Quis militat suis stipendijs unquam. Et iterum Si nos uobis spiritualia seminamus non magnum est si nos carnalia uestra metamus. Et iterum Dominus ordinauit his qui euangelium annunciant de euangelio uiuere. Dixi haec omnia propter indiscretionem quorundam populorum qui uellent predicatorum uiuere de aere uel uento. Nolo tamen excu-

201
sare predicatorum cupidos et auaros ambitiosos honorum et dignitatum. Qui imitari debent sanctum bernardinum rerum temporalium contemptorem. Nam et ter uocatus ad episcopalem dignitatem minime acceperit. Diuitias non congregauit dicens cum paulo Actuum xx. ca. Argentum aut aurum aut uestem nullius uestrum concupiui. Et in omni uita sua uerus fuerit paupertatis amator: discipulusque et filius beati francisci. Tamen illud est de ipso notabile inter cetera quod mediolani ostendit exemplum charitatis necnon et contemptus pecuniae. Dum enim ibi populo diebus pluribus predicasset: illustrissimus dux eiusdem urbis philippus eidem per fidelem nuncium multam auri copiam in elemosynam misit. Nuncius itaque auri pondere reuerenter assumpto ad conuentum fratrum festinanter accessit. Et pergens ad cellam sancti bernardini aurum sibi ex parte domini ducis benigne et reuerentissime presentauit. Ipse uero uir dei hilari uultu gratulantiisque animo predictum aureum munus et si in proprios usus accipere recusaret: charitatis tamen celo in redemptionem captiuorum et pauperum usus misericorditer exhibere decreuit. Accersito igitur quodam probouenerandoque ciue socioque uocato sumptaque ab ipso ciue pecunia ad carceres clam et incunctanter accessit et quos plurimos inde captiuos redemit reliquaque partem pauperibus cum magna animi hilaritate distribuit. Sciens autem illustrissimus ille dux que facta fuerat sanctum bernardinum mirabiliter commendauit. ¶ Tertio commendatur predicatio sancti bernardini propter patientiam. fuit enim patientissimus in laboribus in infirmitatibus et in persecutionibus. Et ut de persecutionibus loquar: accusatus fuit tanquam hereticus ab emulis quibusdam martino quinto. Qui eum ad se venire precepit. Ante uero quam se contulisset ad urbem sonabant undique falsi rumores de sancto bernardino. Dicebant enim populi: ueniet ueniet ille hereticus. Alij comburetur ille hereticus et similia. Dum uero urbem intrauit ostendebatur digito et unus alteri cachinando dicebat: hic hic est ille. Ipse uero haec omnia pro dei amore equanimiter tolerabat. Et tandem ueritate inspecta et comperto clarissime quod non solum catholicus foret sed etiam fidei catholice dignissimum proco a pontifice gratiose uisus est et auditus et cum eius benedictione predicare cepit in urbe. Tantam



No gratias deus ori eius et verbis infudit: ut
omnis populus conflueret ad eum audiendum
ac si fuisset angelus dei et quanto prius nomen
eius videbatur omnibus odiosum: tanto post
ea cunctis utriusque sexus factum est venerabile
Predicauit sic multo tempore cum incredibili
animarum fructu: qui etiam perdurat usque
ad tempora nostra. Passus est et alias persecu-
tiones: eo quod semper virtutes persequitur in-
uidia. A nonnullis emulis dicebatur littera-
rum ignarus eum tamen in scripturis diuinis
foret eruditissimus. Alij No quadraginta ser-
mones duntaxat eum scire asseuerabant. Ple-
rius No curiosi et vana eloquentia tumidi igna-
num ineptum et impolitum fatebantur. Qui
tamen in hoc dicendi genere et in his que pre-
dicari debent pro salute populorum irreprehē-
sibilis erat. Sed hoc non videri debet mirum
quod sibi homines flagitiosi detraberent: cum sem-
per fuerit hominum malorum consuetudo sa-
nam doctrinam spernere et detestari. Vnde La-
ctantius libro. v. diuinarum institutionum de
cypriano sic refert. Vnus precipuus et clarus
extitit cyprianus: qui magnam sibi gloriam ex
artis oratorie professione quesierat et admodum
multa conscripsit in suo genere miranda. Erat
enim ingenio facili copioso suauis et que sermo-
nis maxima est virtus apertus: ut discernere ne-
queas utrum ne ornatio in loquendo an faci-
lius in explicando an potentius in persuaden-
do quisque fuerit. Dic tamen placere ultra ver-
ba sacramentum ignorantibus non potest: quo-
niam mystica sunt que locutus est et ad id pre-
parata ut a solis fidelibus audiantur. Denique
a doctis huius seculi quibus forte scripta eius
innotuerunt derideri solet. Audiui ego quen-
dam hominem disertum sane qui eum immu-
tata vna littera coprianum vocaret quasi qui
elegans ingenium et melioribus rebus aptum
ad aniles fabulas contulisset. Nec ille. De be-
ato hieronymo quid referemus qui lumen splē-
didissimum ecclesie fuit: et tamen dentes mali-
gnorum non euasit. Et ut ipse ad nepotianum
scribit. Per infamiam et bonam famam chri-
sti miles graditur. Nec laude extollitur: nec
vituperatione frangitur. Per diem sol non
vixit cum neque luna per noctem. Impleuit ista
sanctus bernardinus: qui dum falso sibi mul-
ta obijcerentur: et quandoque contumeliose di-
cerentur in faciem: nunquam vultus hilaritatem
mutauit: nunquam verbum protulit iracundie.

Sed in omnibus benedicebat deus. Sicut ac-
cepti ab his qui secum familiariter conuersa-
ti sunt.

De sufficientia et prudentia atque stupenda
efficacia predicationis sancti bernardini.

Capitulum. ij.

Secunda excellentia predicationis sancti
bernardini dicitur conditionis. Habuit
quidem sua predicationis tres singulares condi-
tiones.

Prima de sufficientia.

Secunda prudentia.

Tertia efficacia.

Prima conditio fuit sufficientia. Tria enim
requirantur in predicante: ut populum indu-
cat ad bene beateque viuendum: secundum Augusti-
num. iij. libro de doctrina christiana. Primum est ut
doceat. Secundum ut delectet. Tertium ut flectat
et moueat. Et cum quis ista facit industria ar-
tis rhetorice ad honorem dei et salutem anima-
rum bene est et laudabile secundum eundem Augu-
stinum. Sed cum spiritus sanctus utitur lin-
gua predicatoris ut instrumento ad ista effici-
endum: sicut fuit in apostolis qui imperiti erant
Tunc opus illud est gratia gratis data: que di-
citur gratia sermonis et lingua angelorum. Et
sermo sapientie dicitur in locutione de diui-
nis. Sermo scientie de humanis: ut de mori-
bus et vitijs et virtutibus et homini. secundum Theobaldum. xxij.
q. clxxij. Perfectius autem ista operatur gra-
tia quam natura vel ars. Sed aliquando aptitu-
dine naturali in predicatore existente et arte
rhetorice adiuncta: aliquando etiam spiritus
sanctus operatur plenius istud scilicet indu-
ctionem auditorum ad faciendum que predi-
cat. Dominus ergo est se preparare scilicet ut
bene dicat. Deum autem dirigere linguam. Et
ut dicit Augustinus in prefato libro de doctri-
na christiana. Sapientia sine eloquentia parum
proluit quo ad populos. Eloquentia sine sapi-
entia multum nocuit. Est enim ut gladius in
manu furiosi. Sapientia cum eloquentia mul-
tum iuuat et operatur. Sanctus bernardinus
predicando docebat: quia ipse vere doctus erat
ut etiam patet in sermonibus quos compila-
uit. Delectabat etiam auditores: adeo ut vni-
uersaliter omnes verbis suis renouillarentur
tanquam si sumerent sapidissimum cibum. Flecte-
bat insuper et mouebat hominum affectus: ut
ostendemus in tertia conditione. Quare ipse
sufficientissime docuit et predicauit. Secunda

conditio predicationis sancti bernardini dicitur prudentia. Fuit enim prudentissimus ad evitandum omnia illa: a quibus predicatorum verbi divini debent abstinere: que sunt.

Falsitas.

Adulatio.

Iactantia.

Scandalum.

Contentio.

Superfluitas.

Leuitas.

Indiscretio.

¶ Primo abstinere dñt predicatorum a falsitate. Non enim sunt assumenda aliqua falsa pro quacumq; utilitate que posset inde sequi: quia sic veritas fidei redderetur suspecta. argumentum di. ix. ca. Si ad scripturas. Ideo Augustinus ait. xxij. q. ij. ca. Primum. Ad salutem non debet quis peruenire opitulante mendacio. Et idem pertractans illud Apostoli. j. ad Corinthios. xv. ca. Invenimur falsi testes. Perhorrendum est inquit aliquid false de deo dicere: etiam si ad laudem eius pertinere videatur. Non enim minore sed maiore fortassis scelere in deo laudatur falsitas: q̄ vituperetur veritas. Et idem in libro de mendacio. Mendacium maxime perniciosum est quod fit in his que ad religionem christianam pertinent. Ideo doctores tenent q̄ si quis non ex lapsu lingue sed ex industria diceret mendacium in predicando mortaliter peccaret nec excusaretur si hoc faceret causa convertendi animas ad deum: quia ut ait Apostolus. Deus non eget nostro mendacio. Tempore meo inveniunt aliqui fingentes et predicantes miracula falsa visiones excogitatas. Propheetias determinatas s̄m suum sensum: et alia huiusmodi qui tamen evanuerunt in cogitationibus suis. Nonnulli vo ut ignorantibus sapientes apparerent falsas allegationes ad suum propositum induxerunt. Unde dum quidam amicus meus predicaret neapoli inducere voluit ad robur et confirmationem cuiusdam sui dicti sententiam cōmentatoris qui tamen forte nec in aliquo cōmento dictum illud t̄gebat: et dum falso allegasset cōmentatorem. j. de anima. iij. de anima. ij. phisicorum. iij. methaphisice et huiusmodi. Tandem multiplicando verba dixit. Et hoc idē confirmat cōmentator. j. ethicoꝝ. iij. ethicoꝝ. vij. ethicoꝝ. qui tamen de ethicoꝝ non se intromisit. Ille idē fecerat sibi quā-

dam cathenam doctorum et falso illos inducebat dicens. Et hoc refert Augustinus libro. ij. de civitate dei. et. iij. de trinitate. et in Encheridion et huiusmodi. Ita q̄ apud imperitos videbatur homo mirabilis: sed apud doctos ignarus et mendacius plenus. ¶ Secundo predicatorum abstinere debet ab adulatione ne scilicet laudet populum in quibus reprehensibilis est quod est pessimum. Vel etiam de temporalibus magnificentijs nisi forte hoc secundum fiat temperate ut melius ferant correccionem duram immediate sequendam. Adulari enim peccatoribus est graue peccatum: ut patet. xlvi. di. ca. Sunt nonnulli. Et clericus adulationi serviens degradari debet: eadem di. ca. Clericus. Et nihil est miserius eo qui adulationibus delectatur: ut dicitur. lxxij. di. ca. Nihil illo pastor. Et utilius est peccantem severe corrigere q̄ adulando palpare. v. q. v. ca. Non omnis Et utilius est et melius pro veritate pati supplicium: q̄ pro adulatione beneficium. xj. q. iij. ca. Nemo. Et adulatio prohibetur. C. Si quis aliquem testari prohibuerit. Et est adulatio sermo prolatus ut placeat. ¶ Tertio dñt predicatorum cauere a iactantia. Sunt enim quidam qui semper de se bene dicunt et alios contemnant: de quibus Gregorius ait. xlvi. di. ca. j. Habet hoc proprium doctrina arrogantium ut nesciant humiliter docere quod sciunt. ¶ Quarto dñt predicatorum cauere a scandalis prelatorum et aliorum maiorum ut non dicantur irrationabiliter eorum vitia. unde sequitur q̄ nec illi emendantur nec populi propter edificant aut meliores fiunt. Et precipue caute agendum cum loquuntur predicatorum de clericis: quia ut scribitur extra de immunitate ecclesiarum. ca. Clericis. Clericis laicos infestos oppido id est valde. s̄m glosam tradit antiquitas. Idem. ij. q. vij. ca. Laicos. et ca. Laici. ¶ Quinto dñt predicatorum prudentes cauere a contentionibus cum alijs predicatoribus. unde Apostolus. j. ad Thimotheum. iij. ca. ait. Noli contendere verbis: ad nil enim utile est nisi ad subuersionem audientium. Nec ex hoc q̄ alius habeat maiorem concursum qui sit et minus sciens predicator indignationem ostendat. Nam et christus indignatus non fuit q̄ aliquando iohannes baptista fuerit in maiori opinione populi q̄ ipse. Si autem audit aliū predicatorem dicere aliqua que nō sunt reprobara nec contra fidem vel bonos mores sed

Dubia: quis ipse non sit illius opinionis sufficit sibi dicere opinionem suam cum suis rationibus et non impugnet alium odiose: quia hoc est intrare contentiones et scandalizare populos. Si etiam audit predicatorem alium dixisse contra fidem et bonos mores vel determinata per ecclesiam non credat faciliter nisi audiat a fide dignis. Et tunc corrigat eum fraternaliter ut retractet. Quod si ille noluerit facere tunc publice predicandum contra ipsum. Si autem predicator ipse admonitus erravit debet patienter audire et se corrigere dictaque sua erronea emendare. ¶ Sexto predicatorum prudentes debent abstinere a superfluitate et nimia prolixitate: quia ut proverbio dicitur. Sudent breuitate moderni. ff. quod metus causa. l. i. Et. C. de appellationibus. l. Ampliorem. §. In refutatorijs. Et. C. de precibus imperatori offerendis. l. Simili. unde Gregorius in omelia ait. Alimenta que minus sufficiunt avidius sumuntur. ¶ Septimo abstinere debent predicatorum a leuitate ne dicant verba ociosa et fabulas ad prouocandum risum. Et si aliquando opus est facere populum attentum cum aliqua modesta facecia temperate fiat et raro. Non sit etiam leuis predicator ad ferendam sententiam de quo libet actu quod sit peccatum mortale. Et in omnibus utatur grauitate sicut bos lapsus qui fortiter figit pedes. ¶ Octauo abstinere debent predicatorum ab indiscretionem. Nam quidam inter mulierculas de subtilitatibus theologie predicant. Alij doctis et sapientibus viris fabulas narrant. Nonnulli in precipuis et maximis iesu christi et virginis matris aliorumque sanctorum solennitatibus de ludo alee: de blasphemia de usura et similibus predicant. Nihil de copiosa materia festiuitatum occurrente tangentes. Deu non possum non accusare quendam qui in die natiuitatis iesu christi in ciuitate neritonensi de sodomia totum sermonem contexit: cum tamen miranda occurrant de natiuitate christi iocunda. Plerique etiam dum contra vitia inuehant omni honestate demissa talia loquuntur et dicunt qualia etiam in ore lenonum turpissima viderentur. Ad nolunt audire verba sancti francisci qui sic in regula fratrum minorum sanctissime retulit. Adoneo quoque et exhortor eosdem fratres meos in domino iesu christo ut in predicatione quam faciunt sint examinata et casta eorum eloquia ad utilitatem et edificationem populi. Annunciando vitia

et virtutes: penam et gloriam: cum breuitate sermonis. In omnibus predictis prudentissimus fuit pre ceteris predicatoribus horum temporum dux ille verbi sanctus Bernardinus. Nam semper recte incessit predicauitque veritatem sine falsitate: sine fictionibus: sine adulatione cum honore et reuerentia prelatorum et totius cleri: cum humilitate in verbis et factis: cum patientia ad contentiones vitandas: cum mensura et modo: cum grauitate et discretione multa adeo quod exceptis emulis eius sermo gratus dulcis et delectabilis fuit omnibus doctis pariter et indoctis viris et mulieribus cunctisque generibus hominum: prout omnis italia clare firmiterque testatur. ¶ Tertia conditio predicationis sancti bernardini dicitur efficacia. Predicauit enim cum admirabili animarum fructu adeo quod omnes italie ciuitates et maiores et mediocres et minores pro maiore parte sua doctrina reduxit ad christum. Ipse peccatores peruertit. Ipse vsuras extinxit. Ipse multos habitum religionis induit. Ipse fratrum de obseruantia loca et monasteria construere fecit. Ipse discordantes ad pacem reduxit. Ipse ad festa colenda populos traxit. Ipse denique cunctos mares ac mulieres ut deum timerent amarent allexit. Testantur hec omnia preclarissime incliteque italie vrbes. Roma: sena: perusia: florentia: bononia: ferraria: venetia: padua: verona: vincentia: brixia: mediolanus: ianua: et alie que plures. In quibus ita efficaciter seminauit verba vite ut vsque in presentem diem adhuc gustentur fructus predicationum suarum. Quinimo et si qui post ipsum in officio predicandi clari sunt: habiti ut fratres Joannes de capistrano: Iacobus de marchia: Mattheus de sicilia: Antonius de boronto: Andreas de sancto geminio: Joannes de prato: Iacobus de doncellis de bononia: Mercurianus de perusio: Franciscus de treuio: Siluester de senis: Antonius de arimino: Michael de mediolano: Bartholomeus de ayano: Antonius de vercellis: Scraphinus de gaieta. Eherubinus de spoletto: Franciscus de spoletto: Hieronymus de florentia: Dominicus de gonessa: Iacobus de gallio: omnes fratres minores in hoc genere dicendi famosissimi et quicumque alij etiam de alijs ordinibus mendicantium pro maiori parte conati sunt imitari modum et regulam atque stilum ipsius sancti bernardini. Adhuc et multi ex his sermones illius: populis pronun-

ciarunt qui fructus vberimos produxerunt. Ego etiam qui de bernardino et si incompositum tamen non sine deuotione precipua ista refero: omnem italiae lustravi predicauitque quadraginta annis euangelium iesu christi: bernardinum habui in stilo pronuntiandi necnon scribendi patrem et preceptorem. Et licet illud non viderim legi tamen sermones amenissimos quos compilauit. Predicauit et illos quoad hoc et postmodum alias ego profecerim. Quod utique non ex presumptione sed charitate ac necessitate temporum volui tentare. Nam et propter studia humanitatis quibus iam completa est omnis italia et propter virosum doctissimorum in qualibet facultate copiam ac etiam propter subtilitatem populorum qui quodammodo propter multarum predicationum frequentiam effecti sunt curiosi: consulte visum est mihi agere ut sermones illos contexerem. Quare ut partem istam expediam concludo quod sanctus Bernardinus fructuosissime predicauit.

Qualiter deus honorauit sanctum bernardinum: in miraculis: in canonizatione: et in gloria beata.

Capitulum. iij.

Tertia excellentia predicationis sancti bernardini: dicitur honorationis. Voluit enim deus honorare illum triplici honore.

Primus de miraculose rutilationis.

Secundus solennis canonizationis.

Tertius superne glorificationis.

Primus honor fuit miraculorum rutilantium. Multa equidem miracula visa sunt de sancto isto. Nam eo mortuo in vigilia ascensionis iesu christi: dum fratres eius socii in aquilano conuentu corpore in cellula cum lemnaribus solo dimisso incederent ut capsula celeriter fieret in qua corpus illud reconditum senas transferrent: Quidam adolescens pasqualis nomine per multos annos claudus qui nec reclusus incedere poterat sed manibus reptando ibat: cuius genua carnosissima dura erant et tumida a spiritu sancto inspiratus sic reptando ut potuit ad corpus sancti bernardini peruenit: et deuotione inflammatus tetigit faciem eius et inde genua sua cum fide infusa mirabili commendans se sancto viro. Adhuc in pedes surrexit sanus et liber et currendo cum lacrymis et clamoribus exultationis ad ecclesiam properauit. Sentiunt omnes voces: vident liberum

quem viderant vsu ambulandi priuatum. Admirantur: gratias referunt omnipotenti deo et sancto bernardino. Commouetur ciuitas tota et fit concursus virosum ac mulierum. **Liues** vero corpus ad ecclesiam cum hymnis et laudibus et armatorum custodia deferri faciunt: socii atque sancti referunt ne thesaurum ipsis a deo datum inde amouere presumant. vidi ego illum pasqualem et secum locutus sum qui retulit omnia que narrata sunt. Eodem die iuuenula quedam nomine partia que meis pluribus in lecto iacuerat nec per seipsam poterat ambulare: patiebatur etiam vulnera quedam que fistule dicuntur a medicis: audiens sanatum pasqualem suppliciter exposulauit ad corpus sancti deferri. Quo cum peruenisset orationeque facta incolumis redijt domum non solum restituta viribus corporis sed etiam eodem instanti a fistulis perfecte sanata. Hanc ego allocutus sum et parentes ac vicinos eius qui omnes affirmarunt sic esse ut expositum est. Sicilia de spoletio vxor nobilis viri francisci non valens se mouere de lecto cum sic per plures annos molestata fuisset: deducta ad corpus sancti bernardini restituta est optime sanitati. Et hec omnia retulerunt multi spoletini etiam et ipsa que prima erat in ecclesia maiore dum ibi vna quadragesima predicauit. Alia mulier de populo que annis triginta septem omni vsu ambulandi priuata extiterat ducta ad corpus sancti bernardini mox sanitatem adeptam est. Hanc ego vidi sanam et robustam ac si nullum antea malum passa fuisset. Sunt et alia istius sancti miracula multa usque in hodiernum diem. Ad sacrum cuius tumulum frequenter membra languentum morbo sanitati quilibet morbo fuerit grauata restituntur. **Secundus honor quo deus honorauit sanctum bernardinum dicitur solennis canonizationis. Fuit equidem canonizatus cum multa solennitate et magnificentia pre ceteris quos vidimus canonizari. Nam tempore meo eugenius quartus canonizauit sanctum nicholaum de tolentino. Calixtus tertius sanctum vincentium et sanctum osimundum. Pius secundus sanctam catherinam de senis. Sixtus quartus sanctum bonauenturam. Et nicholaus quintus sanctum bernardinum. Sed in canonizatione istius multa concurrerunt facientia ad gloriam eius: videlicet annus iubilaeus quo ex omnibus christianorum partibus mul**

titudo maxima confluebat ad urbem. Et dies
penthecostes festum utiq; sollemnissimuz. Et
generale capitulum fratrum minoruz in quo
conuenerunt vltra quinq; milia fratrum. Et
ego de ipso post canonizationem sermonem
ad populum habui in quo concurrerunt mul
ta milia virozum ac mulierum. ¶ Tertius ho
noz quo deus honorare voluit sanctum ber
nardinum dicitur superne glorificationis. In
celesti namq; patria vltra essentielle premium
coronatur aureola que debetur doctozibus d
qua diximus in opere de laudibus sanctorum
in sermone de sancto petro martyre. Dicere
itaq; possumus illud psalmiste. Magna est
gloria eius: magna utiq; in ecclesia militante
maior in ecclesia triumphante. Quare conue
nienter de ipso referre possumus quod de pau
lo primo heremita in sua vita Hieronymus
scribit. Si mihi inquit lectionem oprione do
minus dignaretur concedere magis eligere;
tunicam pauli cum meritis eius: ita ⁊ sancti
bernardini q̄ regum purpuras cum gemmis
suis. Deprecemur ergo deum celi vt per meri
ta tanti sancti dignos efficiat nos sua gratia.
Et tandē ad vitam perducatur eternam. Amen



Registrum

a
 alba
 In nomine
 conditionum
 Et. xj. c.
b
 materia ⁊
 incarnatione
 reparatus
 vbiq; est
c
 in celum
 habitu dicens
 num vel
 captiuitate
d
 populus
 fit adhibutum
 salutis nostre
 Ap[osto]lus ad
e
 erat in illa
 aliquis
 tñ videtur
 claritatis
f
 nec iustus
 Qualiter crux
 orasset p[er]tinuo
 amabilis
g
 ad patiendum
 per voluntatem
 Quare aut
 exposuerit


b
 beatam: vt
 comestionis
 gentiles. c.
 milibus patet
i
 Samiorum
 ergo iam sunt
 bilitas. Erunt
 aliud esse
k
 absolute
 recuperata
 aut non
 Multaq;
l
 remansit
 etiam dicit
 nis maria
 contra hoc
m
 ab omnibus
 refert magister
 p[ro] semine
 enim erat
n
 Sed ego
 erunt h[ic] loco
 Quarta
 sitauit illam
o
 per aliquam
 ribus depre
 crederetur
 verba gras

p
 morte violenta
 vj. ca. q[ui]nq[ue]
 priuilegium
 etiã operationes
q
 cause preter
 ⁊ laudabilis
 corporum:
 diuine gr[ati]e
r
 deum in suo
 certitudinaliter
 tudinem
 nis tanti
s
 esto curialis
 Capitulum. j.
 attente.
 uersalium:
t
 ait: profluens
 teri poterant
 nandum
 bus p[ro]prium
v
 Sermo
 accipit ⁊
 Secundum
 caliphis. iij. c.
x
 sim' p[ro]p[ri]is
 doctorum
 cipalis cã
 eius fluent

y
 sconia
 vrbis ep[iscop]o
 Statuto aut
 annis visu
z
 Quinq[ue]
 ue reprobum
 dus dicendi est
 Secunda
r
 oi diligentia
 illorūq;
 Capitulum. j.
 tibi argumētosa
z
 mutabunt
 Tertiu[m] quo
 de ad pedes
 se habebat
a
 Sermo
 oi deuotione
 conditio

Clarissimi ac celeberrimi preconis Fratris Roberti Caracoli de Licio:
Ordinis minorum: Pontificis Aquinatis: opus de laudibus sanctorum
accuratissime per Georgium Arruabenu Venetijs Impressuz: Anno
a natali christiano. MD. cccc. lxxxix. Mosis Quintilibus.

Deo Gratias.





De tempore huius in libro de spiritu et anima sic deservit / hinc a hinc magis
bene instituta / et intellige mater boni instituta ad similitudinem
regni quod boni instituta est si recte se cogulat / et recte imperat
et recte obediatur / sic mater bene instituta est si recte
respondeat voluntati recte imperat / et bonis subiecte voluntati
recte obediatur hanc bonam institutionem unus in mente facit
ita est mater / humiliter et voluntate de servitute / non ad
impia sublimat / sine virtute mater puerulorum regit / unde
vixit et perdesiastes est / vixit et terra puerulorum / sine ex regni
mater simple est regno robora quod ponit ad hunc spiritum puerulorum in prude
ra quod spiritus senum in spiritu et in

Impreso en Venecia año 1489.

na
le

Handwritten text in a cursive script, likely a signature or name, located at the top of the page.





Ymc 72-8^o80

Q. 209 687

